




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 195 8° (LN 820 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 195 8° (LN 820 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 195 8° (LN 820 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 195 8° (LN 820 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 195 8° (LN 820 8° copy 2)

203

N^o 195.




N. Tiedler fecit



= LN 820^{I-II}

ex. 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 195 8° (LN 820 8° copy 2)

127


Con
IN V
QVE E
PAVLI
c

Nicola



Declaratio
relig
C

Commentarius
IN VTRAM
QUE EPISTOLAM
PAVLI APOSTOLI AD
CORINTHIOS
scriptus
A
Nicolao Hemmingio.



Psalmo 119.

Declaratio sermonum tuorum illuminat, & in-
tellectum dat paruulis.

Cum privilegio decennij.

[Faint, illegible text on the left page]

CLAR
VIRO, NOBI
ENTIA ET PIE
Absoloni Varne
trono suo per
lendo grat
C...

Nicola



sa Dei, hoc est, en
dederunt nomina
thana imperio.
mum decus defi
nationibus, cum
affectum serua
ni Diaboli man
istud est decus q
ni nominis Tu



CLARISSIMO
VIRO, NOBILITATE, SAPI-
ENTIA ET PIETATE PRAESTANTI,
Absoloni Vurne Domino de Sœgaard, pa-
trono suo perpetua obseruantia co-
lendo, gratiam & pacem per
Christum Iesum pre-
catur

Nicolaus Hemmingius.



*VLLVM decus ex-
cellentius, & nulla glo-
ria maior est, quàm es-
se conciuem sanctorum
domesticum, & filium
Dei. Hoc decus & hæc
gloria solius est Eccle-
siae Dei, hoc est, eorum omnium qui Christo
dederunt nomina, renunciato impuro Sa-
thanae imperio. Turcicus tyrannus sum-
mum decus definit, imperare tot populis &
nationibus, cum ipse interea turpissimorum
affectuum seruus sit, & immanissimi tyran-
ni Diaboli mancipium. Sed quale quæso
istud est decus quo superbit hostis Christia-
ni nominis Turca? breue est, momentane-*

A 2 Wm

EPISTOLA

um est, fallax est, inconstans est, mixtum ingentibus malis est: cuius exitus, aeternae miseriae est aditus. Diues Epulo, cuius Evangelica historia meminit, in summis delicijs uiebat, & summam gloriam putabat, honoribus, diuitijs, luxu & voluptatibus abundare: sed hanc gloriam clausit tandem sempiterna ignominia. Lazarus contemptus, ulcerosus, mendicus in conspectu hominum, in animo maiores diuitias & delicias circumferebat suo, quam ut eas commutaret omnibus mundi opibus & voluptatibus. Sciuit enim se membrum Christi esse: sciuit se templum Dei uiuentis ab angelis Dei agnosci: nec ipsum spes sua fefellit. Nam defuncti animam ipsi angeli Dei deportarunt in sinum Abrahae, ut illis abundet, non ad breue aliquod tempus, sed in omni aeternitate, ueris & perpetuis delitijs. Non igitur immerito David à spiritu sancto edoctus, cum rex clarus & potens esset, maluit sedere in limine domus Dei, quam habitare in tabernaculis impiorum: ita enim canit Psalmo 84. Melior est dies una in atrijs tuis super mille, malo sedere in limine domus Dei,

DED
 Dei, quam habit
 rum. Hanc uicem
 bie multi Sarap
 fabulosam de se
 regum & princi
 ma felicitate
 signis & p
 bus, quibus
 iudicio p
 David, sed m
 Dei federe, h
 societate Ecclesie
 summis honorib
 sua uoluntatis ca
 rex, cum in eode
 uerba: Quia s
 gratiam & glori
 prius dicitur
 tia. Vide qu
 sic deus desce
 dicit Deum esse
 Ecclesie, dare
 sie, donare Ecc
 aeterni. Quis
 sua saluta

DEDICATORIA.

Dei, quam habitare in tabernaculis impiorum. Hanc vocem sanctissimi regis haud dubie multi Satrapæ in ipsius aula tanquam fabulosam deriserunt, intuentes splendorem regum & principum mundi, quorum summa felicitas est habitare in basilicis, ornatis signis & picturis, instructisq; rebus his omnibus, quibus abundant hi qui beati, mundi iudicio putantur. Horum iudicio non cedit David, sed mauult vel in limine domus Dei sedere, hoc est, mauult esse & manere in societate Ecclesiæ, quam extra Ecclesiam in summis honoribus & delitijs viuere, Huius suæ voluntatis causam exponit sanctissimus rex, cum in eodem Psalmo subiungit hæc verba: Quia sol & scutum dominus Deus, gratiam & gloriam dabit dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Vide quàm pulchris picturis Ecclesiæ decus describit hic rex & Propheta Dei, dicit Deum esse solem Ecclesiæ, esse scutum Ecclesiæ, dare gratiam & gloriam Ecclesiæ, donare Ecclesiam bonis presentibus & aternis. Quis non hoc decus (modo vlla suæ salutis cura tangeretur) iure præferret

A 3 his

his mundi vanitatibus? ut in mundo, hic
 aspectabilis sol est fons lucis & vitalis po-
 tentia, id est caloris viuifici & spirituum
 vitalium: ita Deus sol Ecclesie spargit lu-
 cem verae doctrinae, per quam restituit iusti-
 ciam & vitam aeternam, effuso in pectora
 spiritu sancto, & ut scutum corpus nostrum
 tuetur aduersus ictus hostiles: sic Deus scu-
 tum Ecclesie est. Nam tanquam scuto sua
 bonitate misericordia & miserationib. eccle-
 siam coronat, et se Ecclesie hostibus opponit
 inuictus. Quam ob causam hunc titulum si-
 bi vendicat, quod sit protector omnium spe-
 rantium in se. Huc addit donationem gra-
 tia et gloriae. Gratia, Ecclesie membra acce-
 ptat, & in numerum filiorum ascribit. Glo-
 ria, eadem Ecclesie membra glorificaturus
 est in resurrectione mortuorum. Interea etiam,
 donec in hac peregrinatione manebit Eccle-
 sia, dabit ei tuguriola, & alia bona quib. in
 hac vita indiget: etsi calici ipsius absinthii-
 um interdum admisceatur. Cogitatione hu-
 ius gloriae Ecclesie, debemus nos consolari in
 medijs ærumnis & cruce, exemplo Moysi, qui
 maluit socius ærumnarum populi dei esse, quam
 frui

DEDICATORIA.

frui uoluptatibus et honorib. aulae Aegyptiae.

Quoniam aut multa sunt, quae homines impediunt, quo minus se adiungant huic glorioso cœtui qui est Ecclesia: Deus, ut est Φιλάνθρωπος & amans hominum, multis medijs utitur ad alliciendos homines in suam familiam. Multi, voluptatibus huius mundi ebrij, contemnunt vocem Euangelij. non pauci, potentia sua superbi, nolunt Christo regi homagium præstare. nonnulli, nobilitate generis tumentes, contemnunt in numerum filiorum Dei ascribi. non pauci, blanditijs diuitiarum seducti, aures obturant ad vocem Dei vocantis. non desunt, qui curis huius mundi oppressi, non aspiciunt ad æternum solem Ecclesiae. Breuiter, nemo est qui non habeat quò se excuset, cur societati timentium Deum se non adiungat. Tanta est hominum peruersitas, tanta cæcitas, ut potius in suis tenebris palpare, quàm in luce Dei ambulare uelint. Sed quid hic Deus facit? num statim abijcit recusantes venire? id sane faceret iure optimo: sed maior est storga paterna in ipsius pectore, quàm ut tam facile paterni

A 4

amoris

amoris obliuiscatur, nouit figmentum no-
 strum quàm sit fragile. quid ergo facit? mo-
 re patrum bonorum agit, in quibus vesti-
 gium quoddam sui amoris erga humanum
 genus impressit, hi non statim contumaces
 abijciunt filios, sed nunc blanditijs, nunc mu-
 neribus, nunc minis, nunc plagis, nunc pro-
 positis seueritatis exemplis, eos in uiam re-
 uocare conantur. Quid blandius hac ora-
 tione Dei? Nunquid obliuisci potest muli-
 er infantem suum, ut non misereatur filio
 uteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen
 non obliuiscar tui. ecce in manibus meis de-
 scripsi te. Quid blandius uoce filij Dei? qui
 ita ad omnes clamat: Venite ad me omnes
 qui laboratis & onerati estis, & ego refocil-
 labo uos. quid dicam de muneribus quibus
 nos inuitat dominus in suam domum? Isaiæ
 55. Omnes sitientes uenite ad aquas, & qui
 non habetis argentum properate, emite, co-
 medite, uenite. Parua sunt hac temporalia
 bona, si conferantur spiritualibus et æternis,
 quæ offert gratis sine pecunia. Hac bona ideo
 donat & offert Deus, ut ipsius bonitate al-
 liciantur ad audiendam uocem eius, & ut
 uocẽ

DEDIC
 uocẽ ipsas credent
 ipsius, cui salu
 ta. Verum, quia
 blanditijs muerit
 scunt: Deus hanc
 ad minas uenit
 hereditate patrum
 esse contumacia
 trici, populi gra
 quam, filijs pecc
 dire me & irri
 rabit uos, quia es
 Christus: Luca 13.
 tis, omnes similiter p
 tinent exprobrationem
 Filios enarrari & ex
 uerunt me, cognouit
 asinus pascu. dom
 non cognouit, &
 xit. Hanc raro
 tit. Quoties uenit
 cum a sua contum
 uidem peccantem
 hunc ergo finem, a
 nm, nunc seruas b

DEDICATORIA.

voci ipsius credentes adiungamur familiae
 ipsius, cui salus & aeterna vita est propo-
 sita. Verum, quia sunt non pauci, qui nec
 blanditijs mouentur, nec munera agno-
 scunt: Deus haud raro iusta ira commotus
 ad minas venit, ac minatur exclusionem ab
 hereditate paterna, si perrexerint homines
 esse contumaces. *Isaia 1.* Va genti pecca-
 trici, populo graui iniquitate, semini ne-
 quam, filijs pestiferis. Item, si nolueritis au-
 dire me & irritaueritis me, gladius deuo-
 rabit vos, quia os domini locutum est. &
 Christus: *Luca 13.* Nisi paenitentiam egeri-
 tis, omnes similiter peribitis. huc etiam per-
 tinent exprobrationes, qualis illa est *Isaia 1.*
Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spre-
uerunt me, cognouit bos possessorem suum, &
asinus praesepe domini sui: Israel autem me
non cognouit, & populus meus non intelle-
xit. Haud raro a minis ad plagas se conuer-
tit. Quoties reuocauit populum Israeliti-
cum a sua contumacia plagis? nonne Da-
uidem peccantem plagis emendauit? in
hunc ergo finem, nunc famem, nunc gladi-
um, nunc seuas bestias immittit dominus

EPISTOLA

in contumaces, ut castigati resipiscant. Multi enim in secundis rebus, securè sine timore Dei, in utraq; aurem stertunt: sed castigati paternè, osculantur virgam, et plagis emendati, paternis iussis obtemperant. Ipse noui multos, qui cum abundarent opibus, honoribus & voluptatibus, sine omni timore Dei vixerunt: sed spoliati honoribus & fortunis, & prostrati morbis, ad mentem redierunt, ac seriam pœnitentiam meditati sunt, Deo gratias agentes, pro paterna castigatione, qua in viam fuerunt reuocati à præcipitio damnationis. Haud raro etiam seueritatis exempla ponit Deus ob oculos, ut qui blanditijs, muneribus, minis & plagis non emendantur, intueantur eos quos dominus iusta sua ira abiicit, & reddantur cautiorez eorum exemplo. Abiectio Cain non parum excitauit in Abele timorem domini. Submersio Pharaonis populum Israeliticum ad tempus repressit. Excisio Chore, Datan & Abiron, reliquos in officio continuit. Saulis casus Dauidi salutaris fuit. Hodie abiectio Iudaorũ, nos ad gratitudinem & timorem inuitat. Fœlices ergo nos, si alie

no

DEDIC

no incommodo canit
dictam maturatione
Porro quia Eccl
cus tantaq; gloria,
mus, nisi renouamur
adoptemur a Deo
aterna, et hac re
ex cognitione Dei
lud: hac est
verum Deum, et
missi: Nemo nam
si vox Prophetarum
docet agnitionem D
Christum, Nemo non
utilitas patrum sibi
tuorur in Propheti
pris, qui aliquand
præficientur, et ma
liam Dei, qua est
clarissima sunt ac
cum in Propheti
scriptis prodita:
qua opus habent th
finitiones extrin, n
nec cause disjunct

DEDICATORIA.

no incommodo cautiores redditi, Dei vindictam matura respicientia anteuertamus.

Porro quia Ecclesia, cuius tantum est decus tantaq; gloria, membra fieri non possumus, nisi renascamur in novos homines, & adoptemur à Deo in filios, & heredes vitæ æternæ, et hæc renouatio & adoptio pendeat ex cognitione Dei & fide Christi, iuxta illud: hæc est vita æterna, ut te cognoscant verum Deum, et Iesum esse Christum quem misisti: Nemo non videt quàm necessaria sit vox Prophetarum & Apostolorum, quæ docet agnitionem Dei & fidem in Iesum Christum, Nemo non intelligit quanta sit utilitas piarum scholarum, in quibus instituuntur in Prophetis & Apostolicis scriptis, qui aliquando publicis concionibus præficientur, ut multos aggregent in familiam Dei, quæ est Ecclesia. Tametsi autem clarissima sunt axiomata nostræ religionis, cum in Prophetis tum in Apostolicis scriptis prodita: tamen non pauca sunt, quæ opus habent theoria: sine qua, nec definitiones extrui, nec distinctiones institui, nec causæ distingui, nec effecta discerni,

nec

EPISTOLA

nec antilogia solui, nec obscura illustrari, nec
 ambigua tolli commodè possunt. Quam ob
 causam præclarum donum Dei fatendum
 est, quod Ecclesia ornata sit dono interpre-
 tandi, & quod habeat pios scripturæ inter-
 pretes, qui obscurioribus dictis ex collatione
 plurium locorum lucem afferunt, & quæ
 late sunt sparsa veluti in unū corpus redi-
 gunt. Hoc donum agnoscit David cum in-
 quit: Declaratio sermonum tuorum illu-
 minat, & intellectum dat paruulis. Mens
 etenim nostra, naturæ prauitate vanitati
 obnoxia est, intelligentia obscurata, cor in-
 duratum. Verum cum Deus regulam suæ
 voluntatis adhibet, vocem Propheticam &
 Apostolicam, mens à vanitate liberatur,
 intelligentia illuminatur, atq; adeo cor ip-
 sum quod antea saxeam erat, fit carneum.
 tanta vis verbi diuini est, in quo spiritus
 sanctus verè adest, & est efficax in audien-
 tibus verbum. In hunc igitur usum p̄j
 Reges & principes erigunt scholas, alunt
 discentes & docentes, ut puritas doctrinæ
 retineatur, ut vitentur errores, ut iuuen-
 tus rectè edocta, quasi per manus posteris
 tradat.

DEDI
 tradat puritatem
 filio p̄j interpret
 & exegemas in la
 tes sint vera inter
 lucis afferant
 raris obscuriorum
 dioribus videtur
 magna est donum
 tibus, ex quo fit
 us, alij doctus, a
 etem: tamen lan
 omnibus, qui am
 Dei, & edificanda
 tur, etiam si semper
 euentus. Solomoni
 qui obtulit omnes
 affirmatione, prædic
 dua factum, qua
 Zophylacium mo
 animus, si accept
 quis, & non pro e
 cit etiam dulciss
 benti dabitur. qu
 habenti, hoc est r
 addat increment

DEDICATORIA.

tradat puritatem doctrinae. Hoc etiam consilio pijs interpretes suas theorias adornant, & exegemata in lucem emittunt, ut & testes sint verae interpretationis, & aliquid lucis afferant, ostensa rerum serie, & declaratis obscurioribus loquendi modis, qui à rudioribus videri non poterant. Etsi autem magna est donorum diuersitas in interpretibus, ex quo fit ut alij clarius, alij obscurius, alij doctius, alij rudius, easdem res tractent: tamen laudandum est studium in omnibus, qui amore propagandae gloriae Dei, & aedificandae Ecclesiae Christi ducuntur, etiamsi semper votis non respondeat euentus. Solomonis sacrificium praedicatur, qui obtulit oves & boues sine numero & estimatione, praedicatur & paupercula viduae factum, quae duo tantum minuta in Gazophylacium misit. Nam si adsit promptus animus, is acceptus est pro eo quod habet aliquis, & non pro eo quod non habet. Huc facit etiam dulcissima promissio domini: Habenti dabitur. qua significatur, quod Deus habenti, hoc est recte utenti donis collatis, addat incrementa donorum, & compenset rectum



EPISTOLA

rectum donorum usum maiore beneficio-
rum cumulo. Hac ego spe fretus, clarissime
vir & patrone singularis, adornavi com-
mentarios in utraq; Epistolam Pauli ad
Corinthios, in hunc finem, ut rudioribus
saltem lectoribus methodum tractationis
monstrem, & phrasas obscuriores declarem.

Quod si autem pijs lectoribus aliqua uti-
litas ex his commentationibus nostris acces-
serit, Deo acceptum ferant: Sin minus,
promptitudinem animi, qua gloriam Dei et
adificationem Ecclesie quero, agnoscant.

Quod autem hos commentarios sub tuo no-
mine, vir clarissime, in lucē prodire volui,
iustissimas habeo causas. Nam plurima be-
neficia vestrae familiae libens agnosco: pro
quibus perpetuam animi gratitudinem de-
beo. & quia non possum parem rependere
gratiam, hoc saltem officium postulat, ut de-
clarem animi gratitudinem, et agnosca bene-
ficia. Frater tuus piissimae memoriae Iohan.
Vurne, doctrina et pietate tantus, quod etiā
summos illos viros Mart. Lutherū & Phi-
lippū Melanchthonem habuerit sibi deuin-
ctissimos, quorum iucundissima familiarita

te in-

DED
te integro quadra
ret, vsus est prima
cōditiones perfec
aliquot anni
liberalitatis
debere vestra
in uocatione
Deo tradidisse
nobilissima
Vurne, Nobil
Vurnermand
re succedens frat
bus hominibus pla
beneficia. Huc acc
promptitudo animi
mā iam multos an
me solū, sed etiā cr
cū singulari sapi
magna pietate
se melius quā op
praeipue de ijs, q
esse animaduert
mē de me merito
plurimorū fam
esse uideat huius

D E D I C A T O R I A.

te integro quadriennio cum Vuiteberga ageret, usus est, primus in vestra familia meas conditiones perspexit, et liberali stipendio me aliquot annos Vuiteberga sustentavit: cuius liberalitatis nomine, agnosco me plurimum debere vestrae familiae. Postquam autem in inuocatione nominis diuini animam sanctam Deo tradidisset Iohannes Vurne: soror tua nobilissima & piissima foemina Adelhada Vurne, Nobilis ac praestantis viri Georgij Vuenstermand vidua, quasi hereditario iure succedens fratri in benemerendo de omnibus hominibus, plurima in me cummulauit beneficia. Huc accedit tua, vir clarissime, promptitudo animi et beneficentia, quam maximam iam multos annos sum expertus, non erga me solum, sed etiam erga complures alios. Nam cum singulari sapientia, praecleara doctrina, & magna pietate excellis, recte iudicas nihil esse melius quam optime mereri de omnibus, et praecipue de ijs, quorum opera utile in ecclesia esse animaduertis. Ego igitur ut et tibi optime de me merito gratus sim, et beneficiorum plurimorum familiae vestrae haud immemor esse uidear, hos meos comentariolos in utraque Epistolam

EPIST. DEDICAT.

Epistolam Pauli ad Corinthios tibi dicatos in lucem emitto, ac rogo ut non animum ex dono sed donum ex animo aestimes. Vale cum castissima uxore tua nobilissima femina Domina Birgitta Zuth, & cum tota familia.

Hafnia Mense Septemb. Anno

1564.

Argumen
Episto
Co



716. Quis sciat
tuncis nichiliter
decreta exponere in
rebus luce p[ro]p[ri]a
tum primo, hoc est
copiose in argumen
pra. Quare de
uiffime . .

OCCAS

OCCASIO
fuit Pauli p[ro]p[ri]a
Corinthiorum
thiorum ad
Schisma quidam

1 9

Argumentum in priorem Epistolam Pauli ad Corinthios.



QUATUOR IN PRINCIPIO enarrationum sacrorum scriptorum examinanda & excutienda sunt. *PRIMO*, Quis autor scriptionis sit. *SECUNDO*, Quae scribendi occasio. *TER- TIO*, Quis status. *QUARTO*, Quae tractationis methodus seu ordo. *Hec enim* quatuor dextrè explicata in cuiuslibet sacri scripti adytum veluti luce prætensa lectorem introducunt. De horum primo, hoc est, de autore huius Epistolæ, dixi copiosè in argumento Epistolæ ad Romanos scriptæ. Quare de reliquis tribus dicam quàm brevissimè . .

OCCASIO HVIVS EPI- stolæ scribendæ.

OCCASIO scribendi hanc Epistolam, duplex fuit Paulo, prior, fama de schismate corruptisque Corinthiorum moribus, posterior scriptum Corinthiorum ad Paulum de coniugio, & alijs rebus. Schisma quidem inde ortum est, quod postquam

B Paulus

Paulus Corintho discessit, qui illic sesquiannum docuit, subingressi sunt arrogantes quidam doctores, qui philosophico verborum splendore & ambitione effecerunt, ut varijs factionibus scinderetur Ecclesia: ex quo factum est, ut simplicitate Pauli contempta, alij alijs Doctoribus adhaerent. Haec res multis sceleribus & litibus occasionem praebuit: ad quod non parum iuuit ciuitatis mercatoriae eiusdemque opulentissimae conditio. Solent enim in Emporijs, maior luxus, fastus, vanitas, delitiae, ambitio, libido, & alia plurima vitia, regnare. Huic schismati mederi conatur Paulus hac Epistola. Deinde quia Corinthij scripserant Paulo de Coniugio, Diuortijs, Caelibatu, Virginitate, De victu ministrorum, De Idolothytorum esu, De Ceremonijs Ecclesiasticis, De ordine in Ecclesia, De Contentione super mortuorum resurrectione, &c. De his singulis rescribit Corinthijs. Hinc apparet praesentem Epistolam vtilissima doctrina refertam esse, ut quae tam varias de multis vtilissimis quaestionibus disputationes & exhortationes contineat.

3 DE STATU EPISTOLAE.

ET SI status huius Epistolae non est simplex, non enim vnum negocium tractat, ut ea quae ad Romanos est scripta: Tamen vno capite facile contineri potest tota Epistola. Hortatur enim
Corin-

A R G V
Corinthios, ut digni
capiti subiciantur
ut sint concordantes
propter sapientiam
minentiam, ut in
leratis, ut fugi
Christiana in ab
tur coniugio, ve
te vivant, ve
tis vescentur, i
pedicent, &c.
U. circa Dom
lata recte in ab
ut plaris faciant a
dons quatuordecim e
publicis congregati
perfusionibus a ve
rum sententia ablan
res sanctis, &c.

ORDO T

Quia quaestio
la tractatur, Na
rum non est artij
de earum
Ehigrapham &
schismatibus, &
quas paulo

Corinthios, vt digne Euangelio ambulent. Huic capiti subiiciuntur multa hypotheses, videlicet, vt sint concordēs, vitent dissidia, ne se efferant propter sapientiam humanam aut doctorum eminentiam, vt puniant excommunicatione sceleratos, vt fugiant lites, ne abutantur libertate Christiana in aliorum ruinam, vt vel casto vtantur coniugio, vel purè in calibatu & virginitate viuant, ne cum aliorum scandalo Idolothytis vescantur, vt victum debitum ministris suppeditent, vt honeste se gerant in sacris ritibus, vt cœna Domini digne vtantur, vt dona collata recte in aliorum adificationem conferant, vt pluris faciant dilectionem proximi quam alia dona quantumuis eximia, vt ordinem docendi in publicis congressibus seruent, Ne se sinant falsis persuasionibus à vera de resurrectione mortuorum sententia abduci, vt sint liberales in pauperes sanctos, &c.

O R D O T R A C T A T I O N I S. 4

Quia quæstiones quæ à Paulo in hac Epistola tractantur, Natura ferè discretæ sunt, ordo earum non est artificialis sed arbitrarius. Quare de earum ἀκολουθία non est laborandum. Post Epi-grapham & Exordium proponit de vitandis schismatibus, & eas tractat ordine hypotheses, quas paulo antea recitauit, ac tandè fausta imprecatione

qui illic sequuntur
 gigantes quidam do-
 borum splendore &
 rix factionibus con-
 tum est, vt simplici-
 is Doctoribus abso-
 leribus & libris oc-
 non parum iuuat ci-
 us opulentissima con-
 ruis, maior luxus, fa-
 ticio, libido, & alia plu-
 i schismati mederi co-
 Deinde quia Corin-
 thios, Diuorij, Cali-
 nistrorum, De Ido-
 Ecclesiasticis, De
 me super mortuo-
 singulis rescribit
 sentem Epistolam
 se, vt que tam va-
 stionibus disputari-
 ceat.

E P I S T O L A E.

ca non est simplex,
 fat, vt ea que ad
 vno capite facile
 Hortatur enim
 Corin-

catione suo more claudit Epistolam. Porro in enarratione singulorum capitum huius Epistolæ, Quatuor meo more faciam. Primum notabo summam capituli, huic subiiciam ordinem & partes eiusdem. Tum adiungam exegetin vñâ cum observatione locorum communium, eorumq; accommodatione ad nos docendos & admonendos.

Caput I.

Summa capituli primi.

VT gratulatur Corinthiis donorum spiritualium excellentiam, ita hortatur eos ad concordiamne, sint in eis schismata ob doctorum eminentiam, aut sapientiam humanam: præsertim cum ea in prædicatione Euangelij nihil valeat, imo obsit magis. Nam solus Christus saluandis factus est à Deo sapientia, iusticia, sanctificatio & redemptio, adeo vt extra ipsum nullus sit gloriandi locus.

Ordo & partes capituli primi.

Partes, huius capituli quinque sunt. Prima epigrapha.

capituli. Secunda.
Epigrapha ad corinthios
Quarta, propositio
tionem sapientiam
nem de conuentione
tissimum sunt im
commemoratione
Christi qui nobis
tia. sanctificatio
in sapientia huius

Exegetis
obseru

Paulus vocat
CHRISTI per
Softheas frat
est Corinthios
Iesu vocatis
uocantibus
Iesu Christi
& nostro.

In hac epigrapha
pigrapha & an
expr. esse, videtur
Corinthiis, quoniam

grapha. Secunda, salutatio. Tertia, propositio
 suasoria ad concordiam, vt vitent schismata.
 Quarta, propositionis confirmatio continens colla-
 tionem sapientiae humanae & diuinae: admonitio-
 nem de conditione & qualitate electorum, qui po-
 tissimum sunt infirmi & rudes in hoc mundo: &
 commemorationem praecipuorum beneficiorum
 Christi qui nobis à Deo factus est, sapientia, iusti-
 tia, sanctificatio et redemptio, vt in illo solo & non
 in sapientia humana glorientur sancti.

*Exegetis primi capituli cum
 obseruatione doctrina-
 narum.*

Paulus vocatus Apostolus I E S V
 CHRISTI per voluntatem, Dei &
 Sosthenes frater, Ecclesiae Dei quae
 est Corinthi, sanctificatis in Christo
 Iesu vocatis sanctis, cum omnibus in-
 uocantibus nomen Domini nostri
 Iesu Christi, in quouis loco eorumque
 & nostro.

In hac Epigrapha duo sunt, Nempe partes E-
 pigraphae & amplificationes. Partes sunt duae
 expressae, videlicet scriptor Epistolae Paulus, &
 Corinthij, quibus haec Epistola scribitur. Ampli-
 ficatio

ficatio prima est descriptio Pauli, ab officio nimirum, quod sit vocatus *Apostolus IESV CHRISTI* per voluntatem Dei. Cum autem dicit se vocatum, significat se Dei gratia & mandato designatum esse ad fungendum apostolico munere, idq; ut & omnem ambitionis speciem vitet: & Corinthios atque adeo omnes pios ad legendam hanc Epistolam compellat, tanquam ex mandato Dei præscriptam. Unde & nos monemur, quo in loco hanc Epistolam habere debeamus. Deinde cum se Apostolum vocat, ostendit, & se nihil ab officio suo alienum facere, dum Corinthios instruit, & Corinthiis haud impunè licere aspernari, quæ ab Apostolo Dei proponuntur ex Dei mandato. Præterea haud frustra addit, *Per voluntatem DEI*. Nam, ut hac voce omnem arrogantiae suspicionem à se auertit: ita innuit Dei ordinationem oppugnare eos, qui doctrinæ eius aduersantur. Quod autem adiungit sibi *Sosthenem* fratrem tanquam scriptionis socium, id eò facit, ut ipsum commendatiorem reddat Corinthiis. Fuit autem hic *Sosthenes* princeps Iudaicæ synagogæ quæ erat Corinthi, Unde & nos monemur, fratres & cōministros Evangelij commendatiorem suis auditoribus reddere nostro testimonio. Altera amplificatio continet perspicuam definitionem Ecclesiæ Dei, nimirum quòd Ecclesia Dei sit cætus hominum sanctificationum in Christo Iesu, Vocatorum ad sanctitatem

rem & invocacionem
Christi vbique errant
certo loco claudunt,
uerfam orbem videri
catum & inuicem.

Gratia vobis
nostro & Dei

Hac salutatio
fructum breuissimam
Dei & benedictionem
suo recipit nos, &
patet in filios. Ca
epistat Paulus à Deo
fiducia in Deum patet
ne fidei uerum illa
fectus gratia est, uerum
ciliatio, tranquillitas
tius: breuiter, uerum
in Deo successus.

Gratias ago
bis ob gratias
bis in Christo
Exortum grat
tinet ut premollia
se magis lucidas pr
hortationis habet.
Corinthios hanc gra
postolus.

tem, & inuocantium nomen domini nostri Iesu Christi vbiuis terrarum. Non enim Ecclesia certo loco clauditur, sed latè sparsa est per vniuersum orbem, vbiunque Christi nomen prædicatur & inuocatur.

Gratia vobis & pax, a DEO patre nostro & Domino Iesu Christo.

Hæc salutatio apostolica proprium Euangelij fructum breuissimè proponit. Gratia est fauor Dei & beneuolentia, qua Deus pater in Christo recipit nos, remittit nobis peccata & adoptat in filios. Cum ergo hanc gratiam nobis optat Paulus à Deo patre nostro, vult vt vera fiducia in Deum patrem recumbamus. Nam sine fide nemini illa adoptio contingit. Pax effectus gratiæ est, nempe ipsa per Christum reconciliatio, tranquillitas conscientie, gaudium spiritus: breuiter, omnium rerum felix ac prosper in Deo successus.

Gratias ago Deo meo semper de vobis ob gratiam Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu.

Exordium gratulatorium est: quod eò pertinet vt præmolliat Paulus Corinthios, quò se magis dociles præbeant. Deinde vim exhortationis habet. Nam ad perseuerandum Corinthios hac gratiarum actione incitat Apostolus. Tum beneuolentiam hoc pacto

B 4

Paulus

Paulus sibi conciliat. Nam testatur se non secus illorum commodis affici quam suis. Hic primum obseruetur, quod, cum gratiarum actio beneficij sit agnitio, omnia bona salutaria Deo ferenda sint accepta. Vocat autem hic per Metonymiam Gratiam, ipsa dona ex gratia collata. Deinde obseruetur, quod haec bona contingant per Christum & in Christo quem pijs fide possident. Praeterea exemplum Pauli nos admoneat gratitudinis erga Deum, cum pro beneficijs nobis ipsis praestitis, tum pro donis alijs collatis. Ministri quoque Euangelij suum esse officium obseruent, vt pro felici Euangelij successu gratias Deo agant. Praeterea praetereundum non est, quod dicit DEO MEO, qua loquendi forma non excludit alios, sed quod est commune, sibi per fidem applicat. Est igitur fiducia argumentum, quo monet nos, qualem fiduciam erga Deum habere debeamus.

Quod in omni ditati fitis in ipso, omni sermone, omniq; cognitione.

Exponit speciatim quod per genus, hoc est, per gratiam ipsis datam intelligit. Ut autem diuitiarum nomen, abundantiam & copiam: Ita particula OMNI plenitudinem rei denotat. Significat ergo Paulus sermonem Christi, hoc est Euangelium, clarè & plenè ipsis fuisse propositum, adeo vt plenam Christi cognitionem ex praedicato Euangelio sint consecuti. Cognitionis vocabulo

CAPVT
 habet synecdochicè, & n
 agnitione nascitur, & illi
 non pertinet ad omnia, &
 les nominat propter quod
 erant, sed ad eos quos q
 Christi cognitiōe collat
 Quemadmodum
 si confirmat
 Ratio est eorum
 monium Christi, hoc
 bus instructi estis, &
 cognitione inter vos.
 si Christi Euangelium
 in quoque esse varia
 testimonium de Christo p
 habent.
 Adeo vt nullo dōm
 peccantes reuelato
 tri Iesu Christi.
 Actiōe vti, &
 Christi confirmatiōe
 comprobatur, quibus ita
 nihil sit illi reliquum
 ueletur Christus secun
 tu. Monetur nos q
 Christi cognitiōem sal
 lenemus in rebus, &
 tor noster Iesu Christi

bulo Synecdochicè, & noticiam & fidem quæ ex cognitione nascitur, intelligit. Porro hoc Elogium non pertinet ad omnes, Nam postea ipsos carnales nominat propter quosdam qui reuera tales erant, sed ad eos paucos qui alijs pietate & vera Christi cognitione excelluerunt.

Quemadmodum testimonium Christi confirmatum est in vobis.

Ratio est eorum quæ dixit, ac si dicat: Testimonium Christi, hoc est, varia dona spiritus, quibus instructi estis, testantur de Christi sermone & cognitione inter vos. Obseruetur quod vbicunq; sit Christi Euangelium, Christiq; vera cognitio, ibi quoque esse varia spiritus Charismata, quæ testimonium de Christi præsentia & virtute perhibent.

Adeo vt nullo dono destituamini, expectantes reuelationem Domini nostri Iesu Christi.

Aetiologia est, Nam in ipsis testimonium Christi confirmatum esse, ex donis quæ acceperant comprobatur: quibus ita eos abundare dicit, vt iam nihil sit illis reliquum, nisi vt expectent, donec reueletur Christus secundo suo in mundum aduentu. Monemur nos quoque hoc loco, vt nacti Christi cognitionem salutarem, iam porro animos leuemus in cælum, vnde expectandus est saluator noster Iesus Christus. Huc pertinet illud ad

Philip. 3. *Nostrum πολιτευμα est in caelis, unde expectamus Dominum nostrum IESUM CHRISTVM.*

Qui etiam confirmabit vos usque ad finem inculpatos in die Domini nostri Iesu Christi.

Promissio est perseverantiae Dei in benefaciendo. Solet autem Paulus ab antecedentibus ad consequentia argumentari, quando de voluntate Dei erga Ecclesiam agit, ut Philip. 1. Persuasus, quod qui incepit in vobis opus bonum, perficiet usque ad diem Iesu Christi. Porro cum promittit confirmationem, duo subindicat: Unum, nunquam eò perfectionis venire homines in hoc mundo, quin manu Dei qua fulciantur, indigeant. Alterum, ut ex fide hanc petamus confirmationem.

Fidelis Deus, per quem vocati estis in communionem filij ipsius Iesu Christi Domini nostri.

Ratio promissionis à constantia Dei: Deus qui vocavit vos in communionem filij sui est fidelis, id est, constans & verax in suis dictis & factis, Ergo quod incepit in vobis, ad bonum deducet finem. Huius collectionis ratio à qualitate donorum & vocationis Dei sumitur. Nam dona (ut Roman. II. ait) & vocatio Dei huiusmodi sunt, ut eorum ipsum pœnitere non possit, Quare nostrum

CAP
nostrum est carere, de
gratitudine promissionem
tantum thesaurum
car eos, qui sunt Christi
la est condempnatio
um est, ut ita
possit.

Obsecro autem
men Domini
idem loquamur
vos disidia, se
eadem mente, d

Proposio est sua
sui concordas. Magna
modo, cum ait: per
Christi, ac si dicas, si
epud vos aliquem locum
Hoc enim ipse
hoc loco scribitur
tem (hoc est, annu
tionem) et eandem
religione iudicium.
lus à posterioribus
mo loco ponitur causa
Nam qui videm anim
luntate etiam coherem
cutionis eiusdem

nostrum est cauere, ne nostra proteruia & ingratitude prouocemus Deum, nostraq; culpa tantum thesaurum amittamus. Inculpato vocat eos, qui sunt in Christo Iesu, quibus iam nulla est condemnatio, quorumq; unicum hoc studium est, vt ita viuant ne quis se merito culpate possit.

Obsecro autem vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idem loquamini & non sint inter vos dissidia, sed sitis coagmentati in eadem mente, & in eadem sententia.

Propositio est suasoria, vt vitent dissidia & sint concordēs. Magna vis est in obtestationis modo, cum ait: per nomen Domini nostri Iesu Christi, ac si dicat, si Christi nomen & religio apud vos aliquem locum habet, estote concordēs. Hoc enim ipse vnice expetit. Opponit autem hoc loco schismati tria: Orationem, eandem Mentem (hoc est, animorum & voluntatum coniunctionem) et eandem Sententiam, hoc est, idem de religione iudicium. Procedit autem hic Paulus à posterioribus ad priora. Quod enim postremo loco ponit, causa est mediij, & medium primi. Nam qui eodem animi iudicio præditi sunt, voluntate etiam coherent, voluntatis coniunctio locutionis eiusdem effectrix est.

Signifi-

Significatum est enim mihi de vobis fratres mei a domesticis Cloæ, quòd lites sint inter vos.

Ratio exhortationis à rumore, imo certo testimonio de illorum dissidijs: & ne falsa suspicione duci videatur, nominat domesticos honestæ Matronæ Cloæ, quos sibi hoc dissidium narrasse dicit. Obseruetur exemplum. Ut enim ministris verbi non licet suos auditores reprehendere, nisi certò constiterit de factò contra leuitatem eorum, qui quiduis sibi licere putant: Ita piorum in Ecclesia est, exemplo Cloæ, si quid malè in Ecclesia geri animaduuerterint, piè id Ecclesiæ ministris indicare. Neque hoc qui accusari videntur agre ferre debent, cum eorum emendatio & salus queratur.

Dico autem hoc quod vnusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego vero Apollo, ego vero Cephæ, ego vero Christi.

Per Mimesin causas dissidiorũ exponit, nimirum, quod alij de alijs Doctõribus arroganter gloriati sint aduersus alios, qui iisdem Doctõribus secum non sunt vsi. Quidam enim Paulum, quidam Apollo, quidam Cephæ, & quidam alios suos iactarunt magistros in aliorum contemptum. Neque defuerunt qui ita se Christi discipulos esse contenderent, vt alios omnes ministros verbi super-

*superbe contentum. N
reprehendit, quod dicit
simpliciter, sed magis
quibus etiam hoc
uerunt superbi. Hic
Monachorum
scum, alij Dominum
um magistrum suum
ter, vt Paulus
rium asserere in E
omnes: sic eos
abducunt, vt Enclitica
Ergone diuinitas
Paulus crucifixus
in nomen Pauli
Congeries argumen
tum crassum errorum
deprimis, Põm autem tri
gumenta. Primum
Si in eadem Carthago
licet, ita vt alios
strum: tum sententia
uisus & factus.
titus in parte & factus
sti Ecclesia fundere
alio magistro arrogante
in primis doctrina
Christus Ecclesia*

superbè contemserint. Nequaquam enim Paulus reprehendit, quòd dicerent se Christi discipulos simpliciter, sed quia hac arrogancia elati alios, quibus etiam suus honor deferendus fuisset, spreuerunt superbè. Hic manifestè arguitur vana Monachorum superstitio, quorum alij Franciscum, alij Dominicum, alij Bernardum, alij alium magistrum suae sectae superbè iactant. Breuiter, vt Paulus hic vult vni Christo, ita magistrum asserere in Ecclesia, vt ab eo pendeamus omnes: sic eos reprehendit qui post se discipulos abducunt, vt Ecclesiae scindant vnitatem.

Ergone diuisus est Christus? Num Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomen Pauli baptizati fuistis?

Congeries argumentorum, quibus Corinthiorum crassum errorem confutat & arrogantiam deprimit, Ponit autè tria ordine efficacissima argumenta. Primum sumtum est ab absurdo: Si in eadem Christi Ecclesia scindere vnitatem licet, ita vt alius alium superbè iactet ministrum: tum sanè Christus est etiam in partes diuisus & factiones. Sed Christus non est dispersus in partes & factiones. Ergo in eadem Christi Ecclesia scindere vnitatem non licet, alio de alio magistro arroganter gloriantem. Obseruanda in primis doctrina, quòd, quemadmodum vnus Christus Ecclesiae caput est, & solus in Ecclesia regnat:

regnat : Ita qui in Ecclesia esse volunt , sub hoc vno Christo copulati inter sese vera animorum concordia esse debent , quoscunque tandem ductores ad Christum habuerint. Secundum argumentum, similiter ab absurdo sumtum. Si Paulo aut alij cuiquam ita adherere licet, vt isto pacto scindatur Ecclesie vnitas : tum Paulus aut alius, quisquis ille magister fuerit, pro vobis crucifixus est, hoc est, vos redemit persoluto sui sanguinis precio pro vobis. Sed nec Paulus, nec alius quisquam, nisi solus Christus pro vobis crucifixus est, Ergo nullius magistri causa scindenda est Ecclesie vnitas. Doctrina obseruanda, quod ita sub iure Christi simus propter redemptionis beneficium, vt non liceat ab eo discedere & vnitatem Ecclesie scindere : quod qui faciunt in summae ingratitude notam incurrunt. Deinde ita soli Christi sanguini ascribitur hoc redemptionis beneficium, vt meritum salutis & remissionis peccatorum in neminem alium sine sacrilegio transferri possit. Confutantur ergo Papistæ hoc loco, qui thesaurum Ecclesie componunt ex sanguine Christi & martyrum simul, Quasi martyres aliquid nobis meruissent suo sanguine ad expianda peccata nostra. Tertium argumentum, ab inauguratione nostri per baptismum sumitur. Illi inauguramur illiq; nomen damus, in quem baptizamur. Sed non baptizamur in nomen Pauli aut alterius, sed in nomen Christi. Ergo non Paulo inaugura-

capitulum
 agatur sed Christo
 affatur suam gratiam,
 recipit : Ita nos magis
 adheremus, qui vni
 lati rei sumus. Vnde
 primo inauguramur in
 nemur concordia & v
 nus in Christo, Vnde
 tate baptismi exorta
 vnitatem spiritus in
 minant & diuidunt
 & scilicet vnitatem
 igitur baptismi necesse
 tate & concordia, quam
 sibi nomen in baptismo
 Gratias ago Deo
 nem vestram bap
 spum & Gaium,
 quod in nomen me
 Baptizati autem e
 miliam, Pretere
 quam alium be
 nim mihi me C
 Euangelizare.
 Sensus horum veri
 duabus questionibus
 or est, num recte nomen
 stinuisse à pater & hanc
 quomodo verum sit,

auguramur sed Christo, qui vt nobis hoc simbolo testatur suam gratiam, nosq; in suam familiam recipit: Ita nos vicissim obligamur, vt ipsi fide adhareamus, quod nisi fecerimus fæderis violati rei sumus. Obseruetur doctrina, quod vt baptismo inauguramur Christo: Ita eodem admonemur concordie & coniunctionis mutue inter nos in Christo, Unde Paulus ad Ephes. 4. ab unitate baptismi exhortationem petit, ad seruandam unitatem spiritus in vinculo pacis. Quare contaminant & diuidunt baptismum, qui suis dissidijs & sectis unitatem Ecclesie scindunt. Quoties igitur baptismi meminerimus, cogitemus de unitate & concordia, quam Christus ab omnibus, qui sibi nomen in baptismo dederunt, requirit.

Gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizauit nisi Christum & Gaium, vt ne quis dicat, quod in nomen meum baptizauerim. Baptizauit autem etiam Stephanæ familiam, Præterea non noui an quenquam alium baptizauerim. Non enim misit me Christus baptizare, sed Euangelizare.

Sensus horum verborum facilis est, sed præbet duabus questionibus occasionem. Quarum prior est, num recte minister verbi gloriatur, se abstinnisse à pio & laudabili opere? Posterior, quomodo verum sit, Paulum non esse missum ad bap-

ad baptizandum, sed ad Euangelizandum, cum tamen dominus miserit Apostolos non solum, vt docerent, sed etiam vt baptizarent? Ad vtramq; questionem respondendum est: quod neutra illarum simpliciter, sed comparate intelligenda sit. Gratias quidem agit Deo Paulus quod neminem baptizauerit, scilicet ne inde raperent occasionem gloriandi de se vt magistro, in aliorum contemptum, Neq; propterea quisquam à baptismo exclusus est, quod Paulus non baptizari. Fuit enim baptismus administratus per alios. At quod dicit se non esse missum ad baptizandum sed Euangelizandū, Non negat simpliciter ad suum officium pertinere baptizare, sed officij partes distinguit, & potissimam partem functionis Apostolicæ munus prædicandi Euangelium asserit, quam partem non potuit in alterius humeros conijcere. Verum cum baptizandi opus tale erat quod per multos administrari potuit, voluit Paulus in magis necessario officio, cui potissimum erat destinatus, occupatus esse. Neque hæc quæ h'c loco à Paulo dicuntur, rectè rapiuntur ad extenuandum baptismum. non enim hic questio agitur de virtute baptismi, sed de ministerio, quo non occupabatur Paulus, vt magis arduo prædicandi munere perfungi posset.

Non in sapientia sermonis, ne inanis reddatur crux Christi.

Remo-

Remouet causam
 illi iactantur quæ
 oriam dicendi funda
 rem & faciendam
 peritiam omni
 certam speciem
 peritiam referend
 detur, cum id orat
 tentis Euangelij
 vt eloquentia præ
 sit. Grauis enim
 reddatur crux Ch
 ministri faciendæ, qu
 nefici redemptiois.
 Christus elegerit Ap
 sapientia pollerent
 non fuit dominatus im
 retur virtus ipsa eloq
 hic dicit arduæ questio
 Paulus præcipue tam
 tanquam Euangelij
 repudiandus sit qu
 diori sermone illast
 questionem atinet,
 tes omnes, non ipse
 Dei. Denique fuisse
 Apostolos summæ elo
 olim excellens. Dani
 am manifestum est.

Remouet causam gloriationis Corinthiorum. Illi iactarunt quisque suum magistrum ob oratoriam dicendi facultatem, & sermonis splendorem & facundiam (Hic enim sapientia (quæ peritiam omnis generis artificum continet) ad certam speciem, nempe ad dicendi artificiosam peritiam referenda est) sed hæc magis obesse videtur, cum id orationis uirtuti tribuatur, quod potentia Euangelij tribuendum esset, tantum abest ut eloquentia prædicationi Euangelij accommoda sit. Grauis enim ratio est cum inquit, Ne inanis reddatur crux Christi, hoc est, ne tribuatur hominis facundia, quod proprium est crucis & beneficij redemptionis. Atque hæc causa fuit, cur Christus elegerit Apostolos rudes, & qui nulla sapientia pollerent coram mundo. Causa igitur non fuit donationis imbecillitas, sed ut non tribueretur uirtus ipsa eloquentiæ humanæ. Verùm hinc duæ arduæ quæstiones se offerunt, Una, Num Paulus prorsus damnet sermonis sapientiam tanquam Euangelio contrariam? Altera, Num repudiandus sit quisquis Euangelium Paulo nitidiori sermone illustret? Quantum ad primam quæstionem attinet, certum est cum honestas artes omnes, tum ipsam eloquentiam esse donum Dei. Deinde fuisse Paulo potissimum, inter Apostolos summam eloquentiam constat, qua etiam olim excelluisse Dauidem, Salomonem & Esaiam manifestum est. Quare Paulus non est putandus

C

tandus

Remo

tandus aliquid in contumeliam artium dicere, sed Euangelij prædicationem vult esse simplicem, cum vt appareat sola spiritus efficacia in prædicatione Euangelij, tum vt sermone rudi & impolito nostra obedientia, docilitas, & humilitas magis conspicua reddatur. Ex hoc etiam ad secundam quæstionem respondere non est difficile, Licere quidem omni Eloquentiæ gratia illustrare Euangelium, modo vana verborum oblectatione non inebrientur homines. Verum hic modus seruandus est, ne hominis eloquentiæ tribuatur quod est virtutis Dei. Quare præstat simplicitatem in docendo, grandiloquentiam & eloquentiam in exhortando & confutando adhibere.

Nam sermo qui est crucis, ijs quidem qui pereunt stulticia est, nobis uero qui seruamur potentia Dei.

Concessio est cum correctione per distinctionem. Obijciunt quidam qui humanam iactant sapientiam & eloquentiam, genus illud sermonis quo vtitur Paulus atque alij Apostoli, in annuncianda salute per Christi crucifixi mortem, esse impolitum, rude atque adeo stultum, vt quod careat omni eloquentiæ laude, sed Paulus illis hoc concedit, sed mox per diuisionem corrigit: Sermo qui est crucis (id est, prædicatio de Christo

Christo crucifixo) sem
humane sapientia col
non solum stultus, sed i
iudicio qui potest:
potentia Dei. Nam p
cam vim declarat
minibus à potentia
donata remissionem
Hac potentia Dei
narum artium sub
tum hominibus m
est propriam cruci

Sed sicut scripu
tiam sapientum
dentum reproba
Esia testimonio pr
tentiam hominum in
nullum habere locum
apud. Esiam se abdit
sapientiam vanam
est, Euangelio Chr
salutis doctrina m
philosophia, vt q
ludibrio habeat.

Vbi sapiens?
quisitior seculi
tuauit Deus sa
ius?

Christo crucifixo) simplex & minime ornatus humana sapientiae coloribus, ijs qui pereunt, est non solum stultus, sed ipsa stulticia, eorum sane iudicio qui pereunt: At ijs qui saluantur est potentia Dei. Nam per illum Deus suam mirificam vim declarat: qua utitur in eripiendis hominibus à potentia Sathanæ, in adoptandis filijs donata remissione peccatorum per Christum. Hæc potentia Dei non ita emineret, si ab humanarum artium subsidio pendere videretur. Nam tum hominibus magna ex parte tribueretur, quod est proprium crucis Christi.

Sed sicut scriptum est, perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo.

Esaia testimonio probat sapientiam & prudentiam hominum in religionis negotio plane nullum habere locum. Quare minatur dominus apud Esaia se aboliturum, et e medio sublaturum sapientiam mundi, ut locus sit sapientiae Dei, hoc est, Euangelio Christi. Docet hic locus, quod in salutis doctrina nihil prorsus valeat sapientia philosophica, ut quæ ministerium Euangelij pro ludibrio habeat.

Vbi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor seculi huius? Nonne infatuauit Deus sapientiam mundi huius?

Ex Esaia pronunciato Paulus validè infert per insultationem, gloriationem mundi & sapientiam nihil prorsus in mysterio salutis valere. Sapiens est Paulo hoc loco, qui philosophiam iacetat, veluti sapientiae fontem. Scriba est interpres legis, aut quilibet literatus ac studio longo exercitatus. Conquisitor seculi est qui in huius mundi arcanis perscrutandis, & acutissimis quibusque quaestionibus explicandis omnem aetatem consumit.

Postquam enim in sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stulticiam praedicationis saluare credentes.

Ut probat ab effectu, mundi sapientiam non perducere hominem in veram noticiam Dei: Ita sapientiae mundi opponit stulticiam praedicationis, hoc est, stultam praedicationem ipsius Evangelij: quam stultam nominat, quia iudicio mundi talis videtur, quae tamen reuera iudicio Dei & Ecclesiae Christi summa est sapientia. Postquam inquit, in sapientia Dei (hoc est in hac mundi fabrica, quae est veluti quoddam speculum sapientiae Dei) non cognouit mundus (hoc est, homines non regenerati) per sapientiam (hoc est, per lumen rationis, ac demonstrationes ex natura rerum sumptas) DEVM (scilicet vera & salutari noticia) Placuit Deo (hoc est, ita visum

sum est ex gratuita ipsius bonitate) per stultam (scilicet coram mundo) prædicationem (de Christo crucifixo) saluare credentes. Doctrina prima hic obseruetur, quod homines non possint venire in salutarem Dei noticiam per mundi sapientiam. Secunda, quod solum Euangelium salutarem Dei noticiam pariat. Tertia, quod omnes homines absque noticia Euangelij in damnatione hæreant. Quarta, quod fructus creditæ prædicationis Euangelij sit salus animarum.

Quandoquidem & Iudæi signum petunt, & Græci sapientiam quærunt, Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Græcis vero stulticiam.

Exegesis per collationem. Exponit enim quomodo Euangelium mundo sit stulticia, sed ipsis electis summa sapientia. Iudæi plerique miracula & signa petunt, non contenti miraculis, quibus iam pridem veritas Euangelij confirmata est, vnde fit vt ipsis Christus in ruinam & lapsum prædicetur: Græci autem sapientia sua & rationis acumine Euangelium metiri conantur: quod dum rationis lumine non perspiciunt, stultum iudicant. Quare prædicatione Euangelij de Christo, ipsis stulta & ridicula videtur. Hinc discamus rationem nostram in rebus diuinis captiuare, ac voci Dei soli fidem adhibere.

C 3

At

At ipsis vocatis Iudæisq; & Græcis,
Christum Dei potentiam & sapien-
tiam.

*Excipit eos quibus prædicatio de Christo est
salutaris, nempe vocatis, hoc est, ijs qui Euange-
lio prædicato fidem adhibent (Hi enim vocati
dicuntur) His prædicatio de Christo crucifixo, est
& potentia Dei & sapientia Dei. Potentia qui-
dem, qua Deus illos potenter eripit à damnatio-
ne & Sathanae imperio : Sapientia vero, qua in
salutarem Dei noticiam eruditi, Deum ex fide
vera colere norunt.*

Nam stulticia Dei sapientior est ho-
minibus, & infirmitas Dei robustior
hominibus.

*Ratio, quod prædicatio de Christo crucifixo
(nam stulticiam Dei & infirmitatem Dei cru-
cem Christi appellat) quæ stulta videtur mundo,
sit potentia & sapientia Dei. Mundus iactat su-
am sapientiam & suas vires, sed prædicatio Eu-
angelij quæ in hominum oculis quædam stulticia
& infirmitas apparet, habet suam vim & vir-
tutem à Deo, qui & sapientissimus & robustissi-
mus est. Cum ergo de prædicatione Euangelij
quæritur, Unde tanta eius vis sit ? ad eius auto-
rem qui in eo est efficax, respiciendum est.*

Videtur enim vocationem vestram
fratres, quod non multi sapientes se-
cundum

cundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt in mundo elegit Deus, vt sapientes pudefaciat: & quæ sunt infirma in mundo elegit Deus, vt pudefaciat ea quæ sunt robusta: & quæ ignobilia sunt in mundo & spreta, elegit Deus: & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt aboleret, Vt non gloriatur omnis caro coram Deo.

Id quod scripturis antea probauit, hîc ipso reuentu & propria Corinthiorum experientia confirmat, vt vel hoc pacto eorum fastum deiciat, ne quid sibi arroganter tribuant. Atq; hæc summa sententiæ est, Verum ne hunc locum rapiamus in contemptum nobilium, potentum & sapientum huius mundi, opus est collatione huius loci, cum alijs dictis & exemplis scripturæ. Ad Timoth. ait Paulus, quod Deus velit omnes saluos fieri, Ad Rom. Qui diues est in omnes: item, non est distinctio Iudæi & Græci. Iohan. 3. Omnis qui credit non peribit, sed habebit vitam æternam. Dauid præterea hortatur Reges ad osculandum filium, quos Esaias Ecclesiæ nutritores vocat. Diuites & potentes fuerunt Dauid, Ezechias, Iosias & multi electi. Quare nec diuitiæ, nec nobilitas, nec potentia, nec sapiëntia est causa reiectionis: sed harum rerum abusus. Nam pleriq; his reb. ebri,

C 4 Euange-

Euangelium spernunt, Cùm contrà pauperes, ignobiles, contemti coram mundo, istis impedimentis non implicantur: etsi inter illos quoque non pauci sua incredulitate pereunt. Porro ea quæ non sunt, Hebraico idiotismo vocat quæ pene nulla sunt: sed hominum non Dei iudicio. His opponuntur ea quæ sunt, hoc est, quæ in precio coram mundo habentur. Cæterum duos fines hic ponit, cur non multi nobiles, potentes, &c. eligantur, Quorum primus est, vt pudefaciat sapientiam, potentiam & nobilitatem mundi, hoc est, vt declaret quod deus ista non respiciat in salutis negotio. Vult enim Deus, vt vnusquisque abneget semetipsum, & prosternat se nudum & destitutum omni merito & dignitate coram Deo. Alter finis est, ne coram Deo vlla caro gloriatur, hoc est, ne quisquam mortalium salutis meritum ponat in nobilitate, diuitijs, potentia, aut vlla alia re mundi: sed eam acceptam ferat soli Christo crucifixo, Quemadmodum sequentia Pauli verba testantur. Porro de electione copiosius scripsi in primum Caput ad Ephesios.

Sed ex ipso vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, iusticiaque & sanctificatio & redemptio.

Exposuit quales sunt in se, qui vocantur. Nunc autem explicat quales fiunt ex gratia, & ex communi-

CAPVT
 manatione quam hab
 ut in quidem adoptam
 ceteris hominibus tant
 ti ex Deo, quam De
 Deinde, vt dicitur
 Ecclesiam, ea par
 quatuor seruato
 Christum esse nobis
 sanctificationem
 dam primus suo
 iniusticia, impuri
 nouus & secund
 entis iusticia, san
 num itaq; factus est
 lo recordari sunt omni
 entis Dei. Hac aut
 Dei notitia, qua tunc
 scimus, & veram col
 nou. Hac sapientia
 Omnia scilicet non su
 fit nobis, quando ven
 bus iusticia ipsius
 cia vestiti, non am
 spectu Dei. Tertio
 Nam sicuti Christi
 liberat & a morte
 sanctificando regene
 am reddit in vltis et
 dos in nobis per igni

municatione quam habent cum Christo. PRIMUM quidem adoptantur in Christo, unde fit ut ceteris hominibus tanto sint nobiliores, utpote nati ex Deo, quanto Dei gloria omnibus excellit. Deinde, ut illustriora sint Christi beneficia erga Ecclesiam, ea particulatim recitat, ac numerat quatuor seruatō consecutionis ordine. Ait enim, Christum esse nobis factum sapientiam, iusticiam, sanctificationem & redemptionem. Nam ut Adam primus suo lapsu factus est nobis stulticia, iniusticia, impuritas & exilium: Ita Christus novus & secundus Adam, factus est nobis, sapientia, iusticia, sanctificatio & redemptio. Primum itaq; factus est nobis Sapientia: quia in illo reconditi sunt omnes thesauri sapientie & scientie Dei. Hæc autem sapientia constat vera Dei noticia, qua eius in Christo dilectionem cognoscimus, & veram colendi Deum rationem tenemus. Hac sapientia destituuntur omnes, qui in Christi schola non sunt edocti. Iusticia deinde fit nobis, quando remissis peccatis nobis credentibus iusticia ipsius gratuito imputatur. Hac iusticia vestiti, non amplius ut rei apparemus in conspectu Dei. Tertio factus est nobis Sanctificatio. Nam sicuti Christus nos iustificando à peccatis liberat & à morte, qua peccati pœna est: Ita sanctificando regenerat in novos homines, & suam reddit in nobis efficacem iusticiam, ad creando in nobis per spiritum sanctum novos motus, et

ad efficiendas Dei filijs dignas actiones. Obseruetur igitur hic, res distinctas esse iustificationem & sanctificationem, quamuis ita natura coniuncte sunt, vt sanctificatio à iustificatione nunquam abesse possit. Quarto, factus est nobis Redemptio, quia ita per eum sapientia donati, iustificati & sanctificati, certam redemptionem tandem assequemur, resuscitatis corporibus & donata nobis vita aeterna. Hic Pauli locus, ideo obseruandus est diligentius, quia vix vllus alius in scripturis est, qui distinctius omnia beneficia Christi erga Ecclesiam enumerat.

Vt sicut scriptum est, qui gloriatur in Domino gloriatur.

Soli Christo sapientia, iusticia, sanctificatio & redemptio est accepta ferenda, Ergo in solo Christo gloriandum est. Stulte igitur faciunt, qui vel humana & philosophica sapientia tumidi, schismata in Ecclesia faciunt, Vel qui gloriantur de suis in religione magistris: Propterea quod magis secundum mundum sapere videantur.

Caput II.

Summa capitis secundi.

VT qua orationis humilitate Euangelium sit predicandum, suo ostendit exemplo: Ita qualis

qualis sit sapientia Eua
indicans, eam non posse a
sed tantum per gratiam

Ordo & p

Primum, quia in
angelio quodammodo
& philosophicam e
demonstrat qua bu
candum. Deinde se
tis illius, quam profu
mo, vt hanc sapientiam
pium: Ita non percipi in
dotti fuerint, mouet: quo
ram facit.

Exegesis secun
obseruat

Et ego, cum veni
veni non in exc
sapientia, anne
monium Dei.
me scire quocumque

qualis sit sapientia Euangelium ipsum, exponit :
indicans, eam non posse ab homine carnali percipi,
sed tantum per spiritum Dei cognosci.


Ordo & partes capituli secundi.

Primum, quia in superiori capite ostendit, Eu-
angelio quodammodo contrariam esse sapientiam
& philosophicam eloquentiam : hic suo exemplo
demonstrat qua humilitate Euangelium sit prædi-
candum. Deinde sequitur commendatio sapien-
tiæ illius, quam profitetur Euangelium. Postre-
mo, ut hanc sapientiam excedere humanum ca-
ptum: Ita non percipi nisi ab ijs qui spiritu Dei e-
docti fuerint, monet: quod suo quoque exemplo cla-
rum facit.

Exegesis secundi capituli, cum observatione doctri- narum.

Et ego, cum venissem ad vos fratres,
veni non in excellentia sermonis aut
sapientiæ, annuncians vobis testi-
monium Dei. Non enim iudicaui
me scire quicquam in vobis, nisi Chri-
stum

as actiones. Obser-
esse iustificati-
ita natura. conu-
ificatione ruerunt
est nobis Pelm-
a donati, iustitia-
ntionem tandem d-
ibus & donata no-
i locus, ideo obser-
vix vllus alius in
omnia beneficia Chr-
qui gloriatur
sanctificatio &
in solo Christo
unt, qui vel hu-
midi, schisma-
riantur de suis
a quod magis se-
ntur.
Secundi.
Euangelium su-
it exemplo: Ita
qualis



stum Iesum & hunc crucifixum.

Suo exemplo confirmat, naturam Euangelij quodammodo contrariam esse grandiloquentie humane, ac omnino diuersissimum esse Euangelium à sapientia mundi: vt, quod nec ex inani sermonis splendore, nec ex humane sapientie supercilio dependeat. Huius sui facti Paulus rationem reddit, cum ait: non enim iudicauit me quicquam scire, hoc est, non eximium duxi, nec quicquam cognitione sum dignatus, Nisi Iesum Christum eumq; crucifixum: vt crucis humilitati meum sermonem accommodem. Hic locus, vt indicat quid docere debeant fideles ministri verbi: Ita monet quid nobis, toto huius vitæ curriculo discendum sit, modo alioqui salus nobis curæ fuerit.

Et ego in infirmitate, & in timore, & in tremore multo, fui apud vos, & sermo meus & prædicatio mea: non in persuasorijs humane sapientie sermonibus, sed in demonstratione spiritus & potentie: vt fides vestra non esset in sapientia hominum, sed in potentia Dei.

Exponit clarius quod dixit, & sunt in ipsa expositione quatuor potissimum membra:

PRIMUM, quod perpensa magnitudine negotij, quod sustinuit sue infirmitatis memor, in
eo ma

et magno cum timore
Quo, vt monet quod
nistrorum Euangelij
rio: Ita per
qui tantum man
bè afferebant.
SECVNDVM
enim suam prædic
sorijs humane sapi
artificio subtili qu
fit vt magni orator
ant ac veritati rem
TERTIVM est
onem fuisse in demon
tis, id est, spiritualis ca
us & suo spiritu effica
angelij, & multis super
angelij obsequat.
QVARTVM est
sum Euangelium
delicet fides Corin
sapientia & grand
monis splendore ac
ducta: sed vt const
predicatione latere.
bantur, vt hanc De
latentem agnoscerent
Et ab ea doctrina an
adeo clarè confere

crucifixum.

naturam Evangelij
esse grandiloquentiam
sumum esse Evangelij
quod nec ex humana
sapientia factum
sunt facti Deus rati
onem indicat ne qui
minimū dicit, nec quic-
tus, Nisi Iesum Chri-
stus crucis humilitati me-
e. Hic locus, ut in
lebes ministri verbi
us rite curriculo
alio nobis cura

timore, &
pud vos, &
o mea: non
ca sapientia
monstratione
ut fides vestra
ominum, sed
& sunt in ip-
sorum membra:
magnitudine
tatis memor, in
eo m


eo magno cum timore & tremore versatus sit. Quo, ut monet qualisnam cura & sollicitudo ministrorum Evangelij esse debeat in tanto ministerio: Ita perstringit Thraconicos concionatores, qui tantum inanem verborum splendorem superbe afferebant.

SECUNDUM ex primo nascitur, Dicit enim suam prædicationem non fuisse in persuasorijs humane sapientie sermonibus, qui magis artificio subtili quam veritate nituntur: ex quo fit ut magni oratores sepe imperitis fucum faciant ac veritati tenebras offundant.

TERTIUM est, quod dicit suam prædicationem fuisse in demonstratione spiritus & potentie, id est, spiritualis cuiusdam virtutis, qua Deus & suo spiritu efficax est in prædicatione Evangelij, & multis stupendis factis veritatem Evangelij obsignat.

QUARTUM est finis, cur Christus voluerit suum Evangelium humili sermone proponi, ne videlicet fides Corinthiorum videretur pendere ex sapientia & grandiloquentia humana, ac si sermonis splendore ac eloquentia esset ad finem deducta: sed ut constaret potentiam Dei in humili prædicatione latere. Unde Corinthij admonebantur, ut hanc Dei potentiam in Evangelio latentem agnoscerent, & non sinerent se villo pacto ab ea doctrina auelli, in qua potentia Dei adeo clarè conspiceretur.

Porro



Porro sapientiam loquimur inter perfectos.

Prolepsis est, anticipat enim obiectionem illorum, qui ex dictis inferre poterant, Paulum despiciere sapientiam omnem hominum, sicut homines barbari & imperiti solent: verum isti obiectioni respondet, & dicit se cum alijs Euangelij ministris veram sapientiam loqui & profiteri, sed inter perfectos, quibus solis sapit verbum quod annunciamus. Vocat autem perfectos eos, qui integro & incorrupto iudicio sunt, quorumq; mentes, spiritus gratia, iam capaces sunt huius sapientie. Significat igitur alios iudicio corruptos esse, vt qui de humana glorientur sapientia.

Sapientiam autem non seculi huius, neque principum seculi huius qui abolentur.

Prolepsis alia est, Anticipat enim Apostolus ne quis obiceret, eam quam iactaret sapientiam, à summis quibusque ingenijs contemni, Ideoque sapientie nomen non mereri. Concedit itaque Paulus non esse sapientiam huius mundi aut principum huius mundi, hoc est, eorum qui in mundo ingenio dignitate & potentia excellunt. Hic igitur obseruetur, Euangelium nequaquam iudicio sapientum huius mundi subiiciendum esse, vt quod diuersissimum sit à sapientia principum huius mundi qui abolentur cum sua sapientia.

Innu

Iam ergo his verbis, Sapientiam eternam esse, eternum habeat.

Sed loquimur sapienterio absconditum rat Deus ante stram.

Definit qualis nempè sapientia a cens nata, sed defu stram: Esti iam tuerit.

Quam nemo per cognouit.

Ratio est, cur sapienterio absconditum f nemo mortalium vel sa mine perceperit.

Nam si cognouit quam dominu sent.

Aetiologia est a mundi cognouit: quam eius auctem tentem illum Deum plenum, cruciatu ad Psalmum 2, in tur. Obseruetur

Innuit ergo his verbis, Euangelium quandam sapientiam aeternam esse, vt quæ Deum autorem aeternum habeat.

Sed loquimur sapientiam Dei in mysterio absconditam, quam præfinierat Deus ante secula in gloriam nostram.

Definit qualisnam sapientia sit Euangelium, nempe sapientia à Deo autore profecta, non recens nata, sed definita ante secula in gloriam nostram: Et si iam diu in mysterio abscondita latuerit.

Quam nemo principum huius seculi cognouit.

Ratio est, cur sapientiam hanc Dei dixerit in mysterio absconditam fuisse, nempe ideo quia eam nemo mortalium vel sapientissimorum, suo acumine perceperit.

Nam si cognouissent (eam) nequaquam dominum gloriæ crucifixissent.

Aetiologia est ab euidenti signo, Si principes mundi cognouissent hanc Dei sapientiam, nequaquam eius autorem Dominum gloriæ, hoc est, potentem illum Deum veræ gloriæ & maiestatis plenum, crucifixissent. Alludit autem hic Paulus ad Psalmum 24. in quo Christus rex gloriæ dicitur. Obseruentur hic duo testimonia, Unum diuini-

diuinitatis Christi quæ opponitur crucis ignominie. Alterum coniunctionis duarum naturarum in unam personam. Hic enim quod solius humanitatis est (si naturas seorsim spectas) cum diuinitate communicatur. Quemadmodum Ioha. 3. Quod est solius diuinitatis, cum humanitate communicatur propter vnionem personalem. A parte igitur hic distinguuntur due nature in Christo, & vna confirmatur hypostasis, id est, persona. Christus enim adeo vnus est, vnitis duabus naturis in vnâ personam, vt, quod vnus nature est proprium, interdum toti Christo tribuatur: Ut, cum dicimus Christum natum ex muliere, passum, crucifixum, sepultum, &c. Hic enim toti tribuitur Christo, quod est humane tantum nature proprium: Interdum vero quod vnus nature est, ad alteram transferatur. Ut cum Paulus hic dicit, Dominum gloriæ crucifixum, Hic enim quod est humane nature, ad diuinam transfertur per Tropum quem veteres vocarunt, κοινωρία ἰδιωματων, hoc est, communicationem proprietatum. Hæc eo spectant, vt discamus naturas Christi ita distinguere, vt tamen alteram ab altera non separemus. Nam nisi idem ille Christus qui passus est, Deus sit æternus, quomodo saluaret? Et vicissim, nisi idem Deus ille æternus passus esset in carne sua, quomodo redimeret? Neutrum enim potest, nisi vnus & idem sit Deus & homo: qui potest quidem quia
Deus

Deus est, debet ver

Sed sicut scriptur
lus non videt, &
& in cor hominis
quæ præparat
ipsum.

Dixit principes
tiam Dei, Nunc
cap. 64. Qui enim
in ingeny compre
cogitare non potest
rauis, quomodo quæ
hendere? Nam cum
ex sensibus (vixit p
his punit Apostolus)
Et nullo horum, vel sap
tuerunt hanc Dei sapien
cessi est eam postquam e
concordantiam, qua
xal. 12. 13. Quidam
sus eos, qui transfo
nescio quam morale

At nobis Deu
rum suum.

Prolepsis est, Nat
Si nec sensibus nec me
gelium, quomodo ergo

Deus est, debet vero quia homo est.

Sed sicut scriptum est: Quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ipsum.

Dixit principes mundi non cognouisse sapientiam Dei, Nunc id confirmat testimonio Esaiæ cap. 64. Qui euincit, doctrinam Euangelij humani ingenij comprehensionem superare. Si enim cogitare non potest homo de ijs, quæ Deus suis parauit, quomodo quæso ea poterit sensibus comprehendere? Nam cum omnis humana cognitio, aut ex sensibus (visu potissimum & auditu quos hic ponit Apostolus) aut ex intellectu oriatur: Et nullo horum, vel sapientissimi in mundo, potuerunt hanc Dei sapientiam comprehendere, necesse est eam positam esse extra omnem hominis comprehensionem, quam Philosophi vocant $\sigma\omega\chi\alpha\lambda\acute{\alpha}\lambda\eta\iota\upsilon$. Obseruetur hoc testimonium aduersus eos, qui transformant Euangelium in legem nescio quam moralem & Aristotelicam.

At nobis Deus reuelauit per spiritum suum.

Prolepsis est, Nam huic quæstioni respondet: Si nec sensibus, nec mente comprehenditur Euangelium, quomodo ergo vobis innotuit? Respondet:

D

Deum

Deum illud reuelasse per suum spiritum. Atque ita postquam Apostolus ostendisset, humanam mentem non posse conscendere suo Marte ad capienda mysteria Dei, monstrat verum & vnicum mysteriorum Dei magistrum spiritum sanctum, cuius solius magisterio Paulus edoctus fuit. Hic locus nequaquam suffragatur Anabaptistis aut alijs Enthusiasticis. Nam spiritus sanctus est semper doctor Ecclesie, sed per vocale verbum, quod iussi sunt Apostoli & eorum successores annunciare omni creaturæ.

Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates Dei.

Ratio reuelationis Euangelij per spiritum. Spiritus enim sanctus, qui vnus est cum patre & filio Deus, occultissima quæque & solus nouit, & solus eadem docere nos potest. Est ergo argumentum à sufficienti causa sumtum, quæ causa vt nostræ cecitati opponenda est, Ita eidem medetur.

Quis enim hominum nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in eo? Ita etiam quæ Dei sunt nemo nouit, nisi spiritus Dei.

Alia ratio seu rationis declaratio à comparatis sumta: Quemadmodum spiritus hominis, id est, anima ipsa (in qua vis intellectualis residet)

C A P V T I I
 det) sola nouit boni
 que alios homines
 ne promittuntur e
 & voluntatem Da
 solus spiritus Da
 per predicationem
 tunc coribus electum
 locus, extra comp
 positam esse sapien
 Euangelium.

Nos vero no
 cepimus, sed sp
 re sciamus quæ
 sunt.

Discerni inter spiri
 Dei, & in quem finem a
 et. Accipere autem spi
 es spiritum, qui ea docet
 quorum capaces sunt
 tudine. Sed accipere
 tu affari qui nos ad
 ius vi scilicet fructu
 tis nostræ mysterium
 Notemus itaque boni
 Dei, Idiōtismo Hebræ
 Epitheta ipsa vnicū
 ritus mundi est, qu
 Dei spiritus est qui

det) sola nouit hominis consilia & voluntatem, quæ alios homines latent, priusquam sermone promuntur è Thesaurò cordis : Ita consilia & voluntatem Dei de salute generis humani, solus spiritus Dei nouit, quæ ipse spiritus promit per prædicationem Euangelij, & sua diuina uirtute cordibus electorum obsignat. Docet & hic locus, extra comprehensionem humani ingenij positam esse sapientiam eam quam profitetur Euangelium.

Nos uero non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui est ex Deo, ut sciamus quæ nobis a Deo donata sunt.

Discernit inter spiritum mundi & spiritum Dei, & in quem finem donamur spiritu Dei docet. Accipere autem spiritum mundi est afflari eo spiritu, qui ea doceat, quæ mundus curat, & quorum capaces sunt homines suæ naturæ aptitudine. Sed accipere spiritum Dei, est eo spiritu afflari qui nos ad Deum usque subuehat, cuius uis scilicet scrutemur & intelligamus salutis nostræ mysterium, alioqui inperuestigabile. Notemus itaque hoc loco genitiuos Mundi & Dei, Idiotismo Hebraico pro Epithetis poni, & Epitheta ipsa obiecta significare. Ut enim spiritus mundi est, qui circa mundana, ita Dei spiritus est qui circa diuina occupatur,

D 2

Hinc

Hinc vtilem doctrinam petamus de fide, quod non sit incerta opinio. Sed vera scientia ex demonstratione spiritus in cordibus electorum extructa. Turpiter igitur errant qui iubent homines dubitare, an sint in gratia nec ne. Nam hic Paulus aperte dicit, spiritum Dei accipi, vt sciamus, quæ nobis Deus est gratificatus, hoc est, vt beneficia nobis in Christo ex mera gratia collata intelligamus.

Quæ & loquimur, non in eruditis humanæ sapientiæ sermonibus, sed spiritus sancti: spiritualibus spiritualia comparantes.

Hactenus ostendit Apostolus, quæ & quanta sit sapientia Dei, & quod differat ab humana sapientia: Nunc quo dicendi genere hæc ipsa Dei sapientia proponenda sit, docet. & vt eam longe diuersissimam ab humana sapientia docuit: Ita eandem longe alio dicendi genere tradendam esse, suo aliorumq; Apostolorum exemplo demonstrat. Humana sapientia eruditis humanæ sapientiæ sermonibus (hoc est compositis ad Rhetorum normam, & refertis philosophicis ampullis, Ita, vt in sui admirationem grandiloquentia quadam auditores rapiant) traditur: At hæc Dei sapientia traditur spiritus sancti sermonibus, hoc est, ad syncerum simplicemq; stilum, Maestate spiritus dignum, magis compositis quam

capitulum ad vnam obiecta
animalibus (hoc est rebus
spiritualibus) (hoc est, ser
dicio aptemus. Nam
cui disciplina maxime
proprijs, & ad vna
verbis & formam
sicut à Deo & m
etiam res docet ab
to igitur in eo trad
nam eloquentiam

Animalis autem
quæ sunt spiritus

Amicipatio est, quæ
nem: Qui fit, quod tan
sapientiam amplectantur
proposita causa, quæ est
vtrum quod nulla sunt
piendam vana celestis
admodum enim vana
piam maius ipsorum
sunt: Ita homo an
naturali luce præditi
habeat (ita enim vt
Iude explicatur, id est
qua dicitur spiritus
suis facultatibus han
am. Observatum est

quam ad vanam ostentationem, Idq; ideo vt spiritualibus (hoc est, rebus cœlestibus & diuinis) spiritualia (hoc est, sermonem spiritualem) iudicio aptemus. Nam ea demum tradendæ alicui discipline maxime est apposita oratio, quæ proprijs, & ad id de quo agitur accommodatis verbis & formulis vtitur. Atqui Euangelium sicuti à Deo & non ab hominibus manat, Ita etiam res docet ab humano sensu remotas. Merito igitur in eo tradendo non humanam, sed diuinam eloquentiam vsurpare oportet.

Animalis autem homo non capit ea, quæ sunt spiritus Dei.

Anticipatio est, qua anteuertit hanc obiectionem: Qui fit, quod tam pauci hanc cœlestem sapientiam amplectuntur? Respondet Apostolus proposita causa, quæ est impotentia quædam, nimirum quod nullæ sint hominis facultates ad capiendam hanc cœlestem sapientiã idoneæ. Quemadmodum enim vasa minorâ nulla ratione quippiam maius ipsorum proportionem capere possunt: Ita homo animalis, id est, non alia quam naturali luce præditus, vt qui spiritum Dei non habeat (ita enim vocabulum *ψυχὴς* in Epistola Iudæ explicatur, id quod patet ex ipsa anthithesi, qua *ψυχὴς* spirituali opponitur) non potest illis suis facultatibus hanc capere cœlestem sapientiam. Obseruandus est imprimis hic locus, Nam

D 3

vt cla-

vt clare docet, nullas esse facultates in homine, quibus homo possit per se Dei Euangelium percipere: Ita eneruat, imo prorsus subuertit liberum arbitrium, quantum ad obedientiam spiritualem Euangelio præstandam attinet: de quo adeo gloriatur sophistæ. Tametsi autem ex contemplatione rerum creaturarum philosophi Deum esse ratiocinati sunt, eumq; omnipotentem, æternum, sapientem & bonum agnouerunt: tamen hanc sapientiam Dei, quod Deus sit nobis pater in filio reconciliatus nequaquam agnouerunt. Nam hæc sapientia non agnoscitur nisi ab ijs, quibus spiritus sanctus eam peculiari gratia patefecit.

Stulticia enim ipsi sunt, & non potest cognoscere, quia spiritualiter dijudicantur.

Duplex ratio cur animalis homo non percipiat ea quæ sunt Dei, quarum prior sumitur ab ingenio hominum, Posterior à natura doctrinæ cælestis. Priorem his verbis ponit, quia stulta ea videntur, vt quæ nullis rationis demonstrationibus, aut probabilitate euidenti suffulta esse videantur. Posteriolem ita exprimit, nec potest ea cognoscere, quia spiritualiter dijudicantur, id est, non possunt agnosci nisi ab ijs, qui spiritum sanctum habent, & nouo spiritus afflatu sunt præditi.

At spiritualis quidem dijudicat omnia

omnia, Ipse autem a nemine dijudicatur.

Quisnam huius diuinæ sapientiæ non sit capax ostendit: nunc quisnam eiusdem sit capax docet, nimirum, spiritualis, id est, spiritu sancto afflatus. hic enim solus dijudicat & intelligit omnia pro mensura gratiæ sibi collatæ, at ipse contra à nemine dijudicatur, quantum scilicet ad eam partem attinet qua spiritualis est. Nam nec fides, nec veritas Euangelij ullius hominis arbitrio subiecta est, Non igitur vllæ humanæ scientiæ & sapientiæ siue consilij, res fidei subiectæ sunt.

Quis enim nouit mentem Domini, qui dirigat eum?

Confirmatio est superioris sententiæ ex 40. capite Esaiæ petita, & est sensus: Nullus animalis homo nouit arcana Dei, vt possit edocere quenque quid sit agendum aut non agendum, quid rectum & iniquum, Ergo animalis homo, spiritualem nequaquam iudicare potest, vt qui omni iudicio spirituali destitutus sit. Monet hic locus, vt ex verbo reuelato iudicemus de voluntate Dei, & non ex ratione humana, quæ prorsus ceca est in rebus diuinis.

Nos autem mentem Christi habemus.

Antithesis est, vt enim supra dixit, animalis

D 4

lem

lem hominem non capere, quæ sunt spiritus Dei,
Ita hic eorundem capaces esse docet eos, qui afflati
sunt spiritu Dei, sed se Paulus aliosq; Apostolos,
exempli causa ponit.

Caput III.

Summa capituli tertii.

Corinthijs vt carnalibus simplicem Euange-
lij prædicationem displicere affirmans, mi-
nistros Euangelij agricolis & edificatoribus
comparat, ac se tanquam sapientem architectum
fundamentum iecisse, super quod alij aliud ædi-
ficant testatus: à dignitate extructi ædificij sum-
to argumento, hortatur Corinthios ne se inani
mundi doctrina prophanari permittant: vnde
concludit, non in hominibus sed in solo Deo glo-
riandum esse.

Ordo & partes capituli tertij.

Quia in superiori capite, se humili sermone in
prædicando Euangelio vsum fuisse, dixit, In ini-
tio huius capituli rationem facti petit à Corinthio-
rum persona: qui adhuc veluti infantes lactis
potu

CAPVT
ner alendi erant & f
ingressus fecisse dicere
tut. Deinde de
beant commone: sup
stituens, moniti a v
sem Christum: sup
debent. Tum
Dei templa sunt
aut doctrina, aut n
tius toti incumbat

Exegesis
observa

na

Et ego, fratres,
bis vt spiritualit
bus, vt infantibus

A Corinthiorum
tionem sui humilis
cum pueris agit &
iporum castri acc
infantes est in Ch
plene adultis loqui
infantibus. Lucas
monet ministros Eu
captum denuntiam

potu alendi erant & fouendi, & ne se maiores
 progressus fecisse dicerent, à factis illorum eos con-
 futat. Deinde de ministris agit, ostendens quid ha-
 beant commune, seq; inter eos architectum con-
 stituens, monstrat verum fundamentum esse Ie-
 sum Christum, super quod alij omnes ædificare
 debent. Tum hortatio sequitur, vt qui iam
 Dei templa sint effecta, non sinant se prophanari
 aut doctrina, aut moribus prophanis. sed in hoc po-
 tius toti incumbant, vt in solo Deo glorientur.

*Exegesis tertij capitis cum
 obseruatione doctri-
 narum.*

Et ego, fratres, non potui loqui vo-
 bis vt spiritualibus, sed vt carnali-
 bus, vt infantibus in Christo.

*A Corinthiorum persona sumit Apostolus ra-
 tionem sui humilis sermonis apud Corinthios. Qui
 cum pueris agit & infantibus, debet orationem
 ipsorum captui accommodare, Vos autem adhuc
 infantes estis in Christo, Igitur non potui vobis, vt
 plene adultis loqui, sed loquendum mihi fuit, vt
 infantibus. Locus hic admodum vtilis est. Nam
 monet ministros Euangelij, vt se ad auditorum
 captum demittant: quod nisi fecerint, labor eo-
 rum*

rum frustraneus erit. Oblique præterea hic taxat Apostolus novos illos & arrogantes Doctores, qui in rudi adhuc Corinthiaca Ecclesia grandiloquentiæ laudem affectarunt. Porro ut spirituales hic vocat qui amplioribus donis spiritus erant donati, quique maiores progressus fecerant in pietate: Ita carnales vocat, non ut ad Romanos, qui fide vacant, Sed, sicuti ipse se interpretatur, infantes in Christo. Nam cum fide inserimur in Christum, eius spiritu agitamur, ex quo fit, ut pro mensura fidei & profectus dicamur adlescere.

Lactis potu vos alui & non solido cibo, non enim poteratis, imo ne nunc quidem adhuc potestis.

Quod simpliciter dixit, idem nunc figurate repetit, sumta occasione ex eo quod ipsos infantes appellauerit. Sensus igitur est: Quemadmodum bonæ nutrices, non statim infantibus solidum ingerunt cibum (eum enim ob imbecillitatem ventriculi ferre nequeunt) sed primum lacte eos alunt, donec adolefcunt: Ita & ego vos, adhuc infantes in Christo, alui lactis cibo, hoc est, simplicissima Euangelij prædicatione, exclusa omni humana eloquentia & orationis illecebris. Ut autem hic Apostolus prædicationem Euangelij nutritioni puerorum comparat: Ita ipsos concionatores nutricibus confert. Quare monemur non
solum

Non quoniam affectu
sua suos audire: C
diligentia se capi
ant. Ceterum
quidem eandem
Sed tantum
dem dicitur d
cepis verbis, r
quando grandiori
que oratione prædi
simus puerilis lacte
confari potest, tan

Nam adhuc ca

Dixit eos non capi
huc infantes sunt: Nam
vintiorum probat, qu
et, rudes & spiritibus
ictos.

Cum enim in vol
contentio & te
les estis, & sec
bulatis?

Probat eis carne
interpretatur, secun
carnis vicium se
re, idque a prioris
gnantibus spiritibus
tentionibus et factis

solum quoniam affectu debeant esse ministri verbi erga suos auditores: Verum etiam quod singulari diligentia se captui illorum accommodare debeant. Ceterum lac & esca, seu solidus cibus, re quidem eandem significant Euangelij doctrinam, Sed tantum tradendi modo differunt. Lac quidem dicitur dum simplici sermone & veluti conceptis verbis, rudibus instillatur. Esca vero, quando grandiori sermone ac latiori splendidiori- que oratione predicatur. Sicut apud nos Catechismus puerilis lacti: plenior explanatio, solido cibo conferri potest, tametsi re eadem sint.

Nam adhuc carnales estis.

Dixit eos non capaces esse solidi cibi, ut qui adhuc infantes sint: Nunc idem ab adiunctis Corinthiorum probat, quos dicit esse carnales, hoc est, rudes & spiritus omnino imperio non subiectos.

Cum enim in vobis sint, æmulatio, & contentio & dissidiæ, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?

Probat eos carnales esse, hoc est, sicuti ipse se interpretatur, secundum hominem ambulare, & carnis vicissitati seu affectibus morem gerere, idque à proprijs effectibus carnis & repugnantib. spiritus. Quicumque æmulationibus, contentionibus et factionib. indulgent, carnis affectibus ducun-

ducuntur, & non reguntur toti spiritus imperio :
Sed vos Corinthij emulationibus, contentionibus
& factionibus indulgetis, Carnales igitur estis,
& carnis opera facitis, vt qui humani iudicij im-
becillitati sitis obnoxij : quod sane aliquatenus
etiam in eos cadit, qui alioqui sunt spirituales.

Cum enim dicat aliquis, ego quidem
sum Pauli, Alter vero, Ego sum Apol-
lo : nonne carnales estis?

Dixit inter eos emulationes, contentiones &
factiones esse : Nunc speciem vnā ponit, in qua
ista omnia insunt. Verum quia hæc in primo su-
pra sunt explicata, Hic solummodo obseruetur, pa-
rum aut nihil in schola Christi proficere eos, qui
ambitioni indulgent, & se alijs propter res exter-
nas in Ecclesia præferre volunt.

Quis igitur est Paulus? Quis autem
Apollos? nisi ministri per quos cre-
didistis, & vt cuique Dominus de-
dit?

Iam de ministris infert quæstionem, ne quis
vel in ipsis ministris hæreat, vel ministris mini-
stros anteponat arroganter. Ponit autem se &
Apollo loco generis, vitandæ inuidiæ gratia. Est
autem sensus : Ministri Euangelij, vt nihil pro-
pria virtute agunt, sed sicuti cuique dominus lar-
gitur, Ita instrumenta sunt ministri, per quos
credi-

C A P
credidistis. Igitur non
est, nec vnus aliorum
aliorum d. spectum.
Primum, quis se
mirum, quod sit
ad fidem vocatum
virtuti nihil sit
trahatur Deo : se
benda sint.

Ego planta
Deus incre

Ne quis ex pro
ministorum operam
se, affirmat : sed in
deri. Hæc commu
plantandi & rigam
Deus celestis agricola
in laboribus benigni
Ex hac comparatione
Prima, quod se
mini, in qua vt
ipsius palmires :
agricole sunt, s
Secunda, quod hæc
ua doctrina & m
conuertatio in vni
larum cura, plant
Tertia, quod vn

credidistis. Igitur non superbe in ipsis hærendum est, nec vnus alteri arroganter præponendus in aliorum despectum. Hic duo obseruanda sunt: Primum, quis sit vsus ministrorum verbi? Nimirum, quod sint organa Dei, per quæ homines ad fidem vocantur. Alterum, quod eorum virtuti nihil sit ascribendum, ne quid gloriæ detrahatur Deo: sed omnia Deo vt auctori ascribenda sint.

Ego plantaui, Apollos rigauit: sed Deus incrementum dedit.

Ne quis ex proximis verbis inferret, inanem ministrorum operam, se plantasse, Apollo rigasse, affirmat: sed ita, vt Deus incrementum dederit. Hæc commendatio, qua ministris verbi plantandi & rigandi partes assignantur, vt Deus cælestis agricola plantantium & rigantium laboribus benignus aspiret, non est exigua. Ex hac comparatione tres colligantur hypotheses: Prima, quod Ecclesia sit ager Dei seu vinea Domini, in qua vt Christus est vitis, & credentes ipsius palmites: Ita ministri verbi vinitores & agricolæ sunt, sed sub Deo summo agricola. Secunda, quod hæc vinea obducatur sentibus prauæ doctrinæ & malorum morum, & paulatim conuertatur in vastam solitudinem, nisi agriculturalum cura, plantatione, rigatione excolatur. Tertia, quod horum agriculturalum labor sit irritus,

ritus, nisi summam manum adhibuerit summus agricola Deus. Ex prima sequitur, quanta sit Ecclesie dignitas. Ex secunda, quodnam sit ministrorum officium. Ex tertia, quod soli Deo omnia sint attribuenda, & in eo solo gloriandum, sicut iam concludit Apostolus.

Ita neque is qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed Deus qui dat incrementum.

Hæc conclusio est, Quemadmodum plantatio & rigatio nihil prodest, nisi Deus incrementum dederit: Ita prædicatio Euangelij nihil prodest, nisi Deus suo spiritu conatibus laborantium aspiret. Ergo gloria soli Deo, & non ministris est tribuenda, nec in ministris hærendum est, ac si quicquam eorum virtute propria fieret. Hæc itaque comparatio, qua omnia Deo nihil autem hominibus tribuatur, reprimit illorum arrogantiam, qui magisterij humani iactantia abuti videbantur.

Is vero qui plantat, & is qui rigat, vnum sunt: vnusquisque autem propriam mercedem accipiet, secundum proprium laborem.

Idem confirmat à fine ministrorum verbi, Ut ministri verbi huc suos conatus vnanimiter referunt, quo ager Domini excolatur: Ita vnusquisque

capite eorum mercedem
laborem. Ergo sicut
his doctoribus ad
das: Sic nec Deum
applausum, sed ad
solum mercedem ex
ministros inter se
cordiam hortatur.


Dei enim su
agricolatioe

Ubi probat, em
gat vnum esse, qu
eundem spectantes si
vinea Dei: Ita con
hoc est, Ecclesiam vnu
ent & edificauerit.
huius conclusio appareat
formam dialecticam e
tibus expressis: Qu
rarij vnum sunt,
Dei sunt cooperarij
sunt vnum. Ex
gitur: Qui planta
At Paulus planta
Paulus & Apollon
sus: Si Paulus &
qui est Paulus, idem
idem et Paulus, Sed

quisque eorum mercedem accipiet iuxta suum laborem. Ergo sicuti auditores non debent abuti suis doctoribus ad sectas & factiones stabilien- das : Sic nec Doctores querant inanem vulgi applausum, sed ad Dominum respiciant, & ab eo solo mercedem expectent. Hic ergo locus, cum ministros inter se, tum auditores ad mutuam con- cordiam hortatur.

Dei enim sumus cooperarij, Dei a- gricolatio estis, Dei ædificatio estis.

Ut probat, eum qui plantat & eum qui ri- gat vnum esse, quia vnus Dei ministri sunt eundem spectantes scopum, nempe ædificationem vineæ Dei : Ita conuincit auditores illorum, hoc est, Ecclesiam vnus esse Dei, qui eos excolu- erit & ædificauerit. Ut autem melius huius loci conclusio appareat, Argumentum Pauli in formam dialecticam cogam, omnibus eius par- tibus expressis : Qui eiusdem Dei sunt coope- rarij vnum sunt, qui plantat & rigat eiusdem Dei sunt cooperarij, Ergo qui plantat & rigat, sunt vnum. Ex hac conclusione rursus colli- gitur : Qui plantat & qui rigat vnum sunt, At Paulus plantat & Apollos rigat, Ergo Paulus & Apollos vnum sunt. Hinc rur- sus : Si Paulus & Apollos vnum sunt, Ergo qui est Pauli, idem & Apollo : & qui Apollo, idem et Pauli, Sed nec Pauli nec Apollo estis, nisi quatenus



quatenus illi vnus Dei ministri sunt, Ergo nec in illis, nec in alijs ministris gloriandum est. Verum quia Dei estis agricolatio, qui vos excoluit, & edificatio Dei, qui vos in filio ædificauit, vnus Dei eritis. Quare in eo gloriandum est solo, & non in homine. Male igitur facitis, qui arroganter ad sectas & factiones vestris magistris abutimini. Atque hæc postrema conclusio, horum trium capitum principalis fuit propositio.

Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens Architectus fundamentum posui, Alius autem superædificat, cæterum quisque videat quomodo superædificet.

Quia ædificationis mentionem fecit, iam de Architectis & fabris agit. Ac primum, ne quid gloriæ Deo detrabere videatur, Deo acceptum refert suum ministerium, quod ipse sibi ex gratia contulerit. Deinde discernit inter se & alios Architectos, ac se ait fundamentum Ecclesiæ Christi iecisse apud Corinthios, quos ipse primus ad fidem conuertit, alios vero superædificare. Tum admonet, vt vnusquisque videat quomodo super fundamento iacto superædificet. Vt primo loco, autoritatem suæ doctrinæ conciliat, & omnia ad Deum autorem refert: Ita secundo reprimit arrogatum doctorum insolentiam, qui se Paulo, propter nouam dicendi rationem & argutias

Philosophicas
quæ fundamentum per
ædificat. Eum
ne superædificet
damento adæquatus

Fundamentum
test ponere, quod
est, quod est
Dixit se iecisse
Corinthios iam illa
nam sit ostendit de
stunt: hic ideo fundam
vnia est causa saluati
est nobis sapientia a Deo
redemptio supra capite

Si quis autem
fundamentum
tum, lapides prec
stipulam, cuius
fiet, Dies enim
in igne reuel
fit, ignis prob
net, quod ædifi
piet: Si cuius
damnum faciet
Ita tamen sicut
Ut hos versus

gutias Philosophicas, præponebant. Nam maior est qui fundamentum perite iacit, quam qui superædificat. Et tertio monet, vt quisque caueat, ne superædificet ea quæ minus tam nobili fundamento adeo peritè iactò congruant.

Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus.

Dixit se iecisse fundamentum Ecclesiæ apud Corinthios, iam illud & vnicum esse ait, & quod nam sit ostendit, definiens vnum esse Iesum Christum: hic ideo fundamentum Ecclesiæ dicitur, quia vnica est causa salutis & vitæ æternæ. Nam is est nobis sapientia à Deo, iusticia, sanctificatio & redemptio, supra capite primo.

Si quis autem superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, cuiusque opus manifestum fiet, Dies enim manifestabit. Nam in igne reuelatur, & cuiusque quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manet, quod ædificauit, mercedem accipiet: Si cuius opus exustum fuerit, damnum faciet, ipse vero saluabitur, Ita tamen sicut per ignem.

Ut hos versus rectè intelligamus, diligenter
E peristasis

peristasis loci est obseruanda. Primum enim certum est, Paulum hic loqui de ministris verbi, de doctrinae fundamento, de modo tradendi hanc doctrinam, seu de adificandi ratione super hoc vnicum fundamentum, quod est Iesus Christus. Quare non patiemur, hanc Allegoricam orationem aliorum torqueri contra mentem Apostoli, & contra scopum instituta disputationis. videtur autem hic simplicissimus sensus esse verborum Pauli: Lux veritatis suo tempore ignorantia tenebras pellit, atq; tunc quae pro auro, argento et preciosis lapidibus admirationi sunt (id est, curiosa ista humanae sapientiae ostentatio) apparebunt, nihil aliud esse quam res inanis & prorsus vana, quam cum coeperit illucescens animis vestris Dominus tanquam igne explorare, necesse est eam euanescere, & tanquam lignum aut fenum aut stipulam consumi: ignis enim proprium est, vt illustret & probet, Quare examen illud spiritus Dei recte per ignem significatur. Verum cuius si opus manserit, hoc est, ritè adificatum fuerit, mercedem accipiet: at si cuius opus exustum fuerit, id est, inutile cognoscatur, propter humanas argutias & sermonis inanem splendorem, opere quidem & mercede multabitur, at ipse saluabitur, quia in fundamento manet, Ita tamen vt examinis illius rigorem non effugiat, & non nisi probatus et exploratus abstersis demum sordibus placeat. Hic simplex loci huius sensus est. Alij quorū sententia

CAPVT
 tunc videtur probat
 rum et precioso
 iustis doctrinae
 fertur. Per lignum
 cari dicuntur
 firma materia
 difcili inapte
 mltorum genera
 ideo ardentis
 ventibus confert
 ferunt, q ligno
 stitua ministrorū
 telligunt q adificat
 carnis, unde
 pe, res aut aurū
 argenti quod auro
 lapides preciosos
 manantes et a
 ti enim lapides
 firmi dicitur
 fluunt, insignem
 modū enim in
 erāt in vestibulo
 spicui: Sic Christus
 bona opera, in
 his trib. super
 opera collocat
 res, ligna, fena
 edificat, Quae

tia etiã videtur probabilis. Intelligũt per aurũ, ar-
 gentum et preciosos lapides, vtilem et necessariam
 Ecclesiæ doctrinã, quæ nobili et solidæ materiæ con-
 fertur, Per lignum aut, fœnum et stipulas, signifi-
 cari dicunt inutilem doctrinã, quæ ignobili & in-
 firma materiæ atq; ideo ad stabile et diuturnũ æ-
 dificiũ inepte cõparatur. atq; ita faciunt duo mi-
 nistorũ genera: quorũ quidã sincere docent, atque
 ideo architectis auro, argento, et lapidib. preciosis
 vtentibus conferunt: quidã humanã doctrinã af-
 ferunt, q̄ ligno, fœno et stipulæ cõparatur. Hac con-
 stituta ministorũ distinctiõne, per aurũ fidem in-
 telligunt, q̄ ædificatores proximã fundamẽto collo-
 carũt, Unde Moyses arcã fœderis auro ornauit, pro-
 pterea quod aurũ Typus fidei erat. Deinde vt per
 argẽtũ quod auro proximũ, caritatis doctrinã, Ita
 p̄ lapides preciosos actiões ex fide ex charitate pro-
 manantes et à deo p̄ceptas, significari asserũt. Sicu-
 ti enim lapides preciosi in auro et argento arte di-
 stincti lucent: Ita bona opera q̄ ex fide et charitate
 fluunt, insignem pietatis splendorẽ edunt. Quemad-
 modũ enim in tẽplo Salomonis duodecim lapides
 erãt in vestib. sacerdotis, omnib. suo splendore con-
 spicui: Sic Christus vult lucere suorũ discipulorum
 bona opera, vt glorificetur pater cœlestis. Atq; in
 his trib. super fundamento collocãdis, omnem suã
 operã collocãt fideles ædificatores. At alij ædificato-
 res, ligna, fœnũ, stipulã, hoc est, humanas doctrinas
 ædificãt, Quẽadmodũ Pauli tẽpore Pseudoapostoli,

& nostro seculo Papiſtae, & alij multi faciunt :
 Hi ornant ſua ligna, ſœnum & ſtipulas auro,
 vt purum eſſe aurum videantur : verum detra-
 ctis auro, lignum, ſœnum, & ſtipula agnoſcuntur,
 quæ ignis comburet & dies, hoc eſt, clarum ver-
 bum Dei manifeſtabit, hoc eſt, monſtrabit illam
 inutilem materiam, Sicuti hodie doctrina de dele-
 ctu ciborum, miſſis, indulgentijs, inuocatione diuo-
 rum (quæ aurum purum iam multis annis viſa
 ſunt) lucente die, id eſt, reuelato Euangelio &
 exhibito igni, hoc eſt, ſpiritus ſancti examine ma-
 niſteſtatur, hoc eſt, detrahatur aurum, & apparent
 ligna, ſœnum & ſtipula. Nam verbum Dei eſt
 ignis conſumens, hoc eſt, docet nos abijcere ea quæ
 à Deo non ſunt profecta, vt nullam fiduciam in
 illis collocemus, atque id eſt, quod Paulus dicit :
 Si cuius opus exiſtum fuerit, damnum operis &
 laboris patietur, ſed ipſe ſaluabitur, ac velut per
 ignem ſcilicet pœnitentiæ, per quam redit ad fun-
 damentum. Ita Bernardus poſtquam multas ſti-
 pulas extruxiſſet, & tandem hoc agnoſciſſet, illu-
 ceſcente clariuſ in animo verbo Dei, ſtipulas ab-
 iecit & proiecit in ignem, confugiens ad vnicum
 fundamentum Chriſtum, faſſus ſe perditæ vixiſſe.
 Hæc interpretatio, tametsi aliena à mente Pauli
 videtur, ferri tamen poteſt, cum nihil in ea ſit,
 quod pugnet cum analogia fidei. Verum ſi quis
 eam conſutare velit, ſatis erit ei dicere, Paulum
 hic loqui de ijs ædificatoribus, qui ſuper funda-
 mento

CAPVT
 nati Chriſto extru-
 ad fundamentum
 menam doctrinam
 igitur eſt prius
 rum Gregorium
 libro Dialogorum
 hoc de igne tribu-
 bito, poſſit intelli-
 gunt purgationis
 qui illum per ignem
 ſuper fundamentum
 cat, id peccata man-
 tum iam inſolubilia,
 id eſt, peccata man-
 cile conſumit. Hæc
 mos error ab eius
 cultus, qui lenia
 ſpergine eluenda,
 xima quæque ſibi
 obtinere non
 eſt per fidem in
 ma ſua iſta man-
 xima cum Chriſti
 marum extremo
 ſtudioſi aduerti
 fuerit cura Papiſ-
 tis animarum : &
 iam lucem hanc
 Papiſtici regni

mento Christo extruunt, non de ijs qui aliud salutis fundamentum iaciunt, vt faciunt illi qui humanam doctrinam praeferunt Euangelio. Verior igitur est prior interpretatio quam adduxi. Verum Gregorius adhuc longius à scopo aberrans libro Dialogorum 4. capite 39. Ita ait: Quamuis hoc de igne tribulationis, in hac nobis vita adhibito, possit intelligi, Tamen si quis hoc de igne futurae purgationis accipiat, pensandum solicite est qui illum per ignem dixit posse saluari, non qui super fundamentum ferrum, aes, plumbum aedificat, id peccata maiora & idcirco duriora atque tum iam insolubilia, sed lignum, fœnum, stipulam, id est, peccata minuta & leuissima quæ ignis facile consumat. Hæc Gregorius, Cuius blasphemus error ab eius successoribus plurimum est auctus, qui leuia illa peccata reliquerunt aquæ aspergine eluenda, Maiora vero atque alia maxima quæque sibi reseruarunt: vt horum scilicet obtentu non animos repurgent (quod solius Dei est per fidem in Christum) sed crumenas fœdissima sua ista nundinatione emungant, idque maxima cum Christi contumelia, ac infinitarum animarum extremo exitio. Hæc adijcere volui, vt studiosi admoniti animaduertant, quam exigua fuerit cura Papistis; vel gloriæ Christi, vel salutis animarum: & vt agamus Deo gratias, qui iam lucem suam accendit, quæ prodit istas Papistici regni fraudes & imposturas igni,

hoc est, examine spiritus examinandas.

An nescitis, quod templum Dei estis,
& spiritus Dei habitat in vobis.

Multis argumentis haecenus conuicit, non esse gloriandum in hominibus ob humanam sapientiam. & quia incidit in mentionem aedificij, cuius fundamentum est vnicus Iesus Christus, occasione oblata fundamentum suaserij argumenti à pœnis quas luunt prophanatores templi Dei iacit, cum credentes vocet templum Dei, propterea quod in eis spiritus Dei habitat. Plenum autem argumentum hoc est: Quicumq; habent spiritum sanctum in se habitantem, sunt templum Dei, Credentes habent in se habitantem spiritum Dei, Ergo credentes sunt templum Dei. Hæc Pauli verba multa continent. Primum, quanta sit Christianorum dignitas, qui templum Dei sunt. Secundum, quæ deceat Christianos sanctimonia & innocentia, ne hoc sanctum Dei templum prophanent. Tertium, quodnam sit Christianorum officium, videlicet, vt Deum in se habitantem perpetuis celebrent laudibus. Quartum, quod quisquis Deum fide non retinet ac eum non colit, non sit Christi. Quintum, quomodo se Deus nobis comunicet, nempe spiritum suum sanctum nobis infundendo, quo spiritu veluti vinculo quodam illi adhaeremus. Sextum, illustre testimonium hic habemus de diuinitate spiritus sancti. Si enim spiritus

ritus sanctus creatura esset, non efficeret habitando in nobis, vt templa Dei essemus.

Si quis templum Dei destruit, destruet ipsum Deus, Nam templum Dei sanctum est, quod estis vos.

Hoc argumentum suasorium à pœna sumtum est, quo deterret doctores Corinthiorum, ne sua iactantia ob sapientiam mundanam schismata in Ecclesia faciant. Complebitur autem argumentum hoc pacto: Quicumque templum Dei destruit, Deum vindicem sceleris sui habet, At vos qui creditis, Dei templum estis, Igitur quicumq; vos destruit, hoc est, dissidia inter vos facit & factiones excitat, per iactantiam humanæ sapientiæ, aut quocumque alio modo, sui sceleris vindicem & ultorem Deum habet. Hic duo notentur, Primum, quantum scelus sit Ecclesiam Christi turbare factionibus, Nam qui hoc facit, templum Dei destruere dicitur. Secundum, quanta pœna eos maneat qui hoc faciunt: monemur igitur vt pacem & concordiam sanctam inter nos mutualamus.

Nemo seipsum seducat.

Admonet vtrosq; cum Doctores tum auditores, ne vel illi falsa humanæ sapientiæ persuasione tumeant, vel hi ambitiosis doctoribus se accomodando schismata in Ecclesia faciant. Nam vt triq; se fallunt, dum à recto cursu defleant.

E 4

Si

Si quis videtur sapiens esse inter vos in seculo hoc, stultus fiat vt sit sapiens.

Admonuit ne quis se fallat, Nunc suum consilium communicat : nimirum, vt qui sapiens est in hoc seculo, id est, iuxta rationem, vel opinionem mundi, stultus fiat, hoc est, mundi sapientiæ renunciet, quo fiat sapiens, hoc est, vt sit locus veræ sapientiæ quæ Dei est.

Locus obseruandus, quod non possimus alia via ad sapientiam Dei peruenire, nisi stulti fiamus mundo. Verum hic diligenter animaduertendum est, quid Paulus vocet sapientiam mundi, & quid stulticiam, ne quis Paulum patrocinari ignavia putet eorum, qui artes contemnunt. Sapientia itaque mundi hoc loco est, velle omnia sua ratione metiri, tanquam sibi ipsa sufficiat ad capiendum de rebus salutis consilium. Ergo ex contrario sequitur, stulticiam esse hoc loco, renunciare iudicio carnis in reb. ad salutem spectantibus. Non igitur Paulus stulticiam vocat hoc loco stuporem, nec iubet vt qui liberalibus disciplinis sunt instituti, earum cognitionem abijciant, quasi Christianus esse nequeat, nisi qui pecudi magis similis sit quam homini. Pueros non sensu sed malicia, requirit Christiana professio. Hoc igitur vult Paulus adeoque Christiana requirit professio, ne quis aut proprii ingenij aut doctrine fiduciam in scholam Christi asserat : ne quis fastu turgidus mox repellat

CAPVT
plur quod propinquit
ne fastus ab ipso
inde cause sunt tunc d
noticia.

Nam sapientia
cia est apud Deum

Ratio à contrariis
apud Deum stulticia
ciet mundi sapientia
tia diuina.

Scriptum est
pientes in astu

Idem confirmat per
prie libri Job. Scribit
sapientes mundi, eos
pro nihilo habeantur
179.

Et rursus: Don
tiones sapientia

Psalmo 94. idem
suo acumine in reb
Quare stulti sunt qu
desiam subiectam

Proinde necio
nibus.

Uniuersalis

pellat quod proponitur priusquam gustauerit, huius fastus abiiciendi & veræ humilitati recipiendæ causæ sunt timor domini, ac suiipsius vera noticia.

Nam sapientia mundi huius, stulticia est apud Deum.

Ratio à contrarijs. Sapientia huius mundi est apud Deum stulticia, Ergo necesse est vt renunciet mundi sapientiæ, qui vult esse capax sapientiæ diuinæ.

Scriptum est enim, deprehendens sapientes in astutia sua.

Idem confirmat petito testimonio ex quinto capite libri Iob. Sensus est: vtcunque sunt vafri, sapientes mundi, eos tamen capiet dominus, vt pro nihilo habeatur eorum sapientia coram ipso.

Et rursus: Dominus nouit cogitationes sapientum quod vanæ sint.

Psalmo 94. idem probat. Quicquid agit homo suo acumine in rebus diuinis, mera vanitas est, Quare stulti sunt qui humanis consilijs Christi Ecclesiam subiectam esse volunt.

Proinde nemo gloriatur in hominibus.

Uniuersalis conclusio est, cum in sapientibus mundi

mundi, si religionem spectes, nihil est nisi mera vanitas, non est quod quisquam in eis gloriatur.

Omnia namque vestra sunt, siue Paulus, siue Apollos, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura, omnia vestra sunt, Vos autem Christi, Christus vero Dei.

Conclusioni comprobationem subiicit, videlicet cur non sit gloriandum in hominibus, sed in Domino tantum. Homines, atque adeo omnia eo destinata sunt à Deo, vt Ecclesie seruiant, Ergo non debent Ecclesie dominari, sed singula debent in suo loco & gradu subsistere, ne quid derogent Christi magisterio: idq; in eum finem, vt fideles soli Christo adhaereant, & à Christo ad Deum subuehantur. Ministrorum ergo verbi proprium est, suos auditores ad Christum adducere, & non sibi arroganter adiungere discipulos, Unde schismata & factiones in Ecclesia nascuntur, quæ Ecclesie pacem turbant in multorum infirmorum ruinam.

Caput IIII.

Summa capitis quarti.

Cum

Cum præcones verbi ministri sint Christi, & œconomi mysteriorum Dei, atq; ideo humano iudicio, modo fideles fuerint, nequaquam obnoxij, Temere faciunt & doctores qui se arroganter alijs ob donorum eminentiam præponunt, & discipuli qui doctorum caussa insolescunt.

Ordo & partes capitis quarti.

Huius capitis partes sunt plures. Prima, definitio muneris Apostolici & propria nota verorum ministrorum verbi. Secunda, quoniam Corinthiorum iudicium de Paulo potissimum corruptum erat, eo repudiato ad diem Domini prouocat Apostolus. Tertia, quo superior tota disputatio pertineat, & cur Apostolus sub suo & Apollo nomine omnia proposuerit aperit, nempe ne quis ob doctoris sui eminentiam intumescat. Quarta est obiurgatio, eaq; duplex, Priori enim arrogantes doctores, Posteriori autem superbos discipulos obiurgat. In quinta, enumeratis suæ fidelitatis signis, se alijs Doctoribus Corinthiorum comparat, eos quidem pedagogos, se vero patrem, vt qui Corinthios in Christo genuerit, asserens. Postrema pars exhortatio est, vt se imitentur cum commendatione Timothei & sui aduentus denunciatione: quo aduentu promittit se ostensurum quam vana sit Pseudoapostolorum iactatio.

Exege-

*Exegesis quarti capitis cum
observatione doctrinarum.*

Sic nos æstimet homo, vt ministros
Christi, & œconomos mysteriorum
Dei.

Hæc definitio est muneris Apostolici & officij Ecclesiastici pastoris, nimirum quod Ecclesiasticus pastor sit minister Christi, vt mysteria Dei dispenset. Ex qua definitione quatuor hypotheses colligamus. Primam, quo in loco habendi sint ministri Euangelij, & quales æstimandi sint à suis auditoribus, nempe ministri & œconomi Christi. Secundam, quod ministri verbi non sum, sed Christi cuius ministri sunt negocium agere debeant. Tertiam, qualenam sit ministerium præconum verbi & quam late pateat, nempe vt mysteria Dei, quæ ex ore Dei didicerunt hominibus patefaciant: Quod sane ministerium peruertunt, qui in locum mysteriorum Dei humana substituunt somnia. Quartam, quod Euangelium sit doctrina arcana quæ prorsus ab hominibus ignoratur, donec per verbi cælestis prædicationem reueletur.

Quod reliquum est: in ministris requiri-

quiritur, vt fidelis aliquis inueniatur.

Hæc propria verorum ministrorum nota est, vt qui hoc sacro ministerio fungitur, fidelem se præbeat. Fidelitas autem hæc consistit in duobus, videlicet vt non promat nisi mysteria Dei de Thesauro cælesti, vtque posthabitis omnibus rebus mundi, sedulo studeat suo persungi officio, seipsum formam doctrinæ proponens.

Mihi vero pro minimo est, vt a vobis dijudicer, aut ab humano die.

Quia corruptum erat Corinthiorum de Apostolo iudicium, illud repudiat & contemnit, & simul suam innocentiam & fidelitatem testatur aduersus eos, qui vel ipsius doctrinam vel vitam sugillabant: Humanum diem vocat humanum iudicium, idq; metalepsi. Nam dies reis dici solet, & scriptura diem Domini vocat, diem extremo iudicio destinatum. Hoc iudicium ideo humanum vocat, quia non ex veritate & sententia Domini pronuntiatur, sed ex libidine hominum, quorum iudicium vel errore vel malicia deprauatum est. Alioqui cum homines ex veritate & sententia Dei iudicant, cum doctrinam suam, tum vitam debent p̄ pastores hominum iudicio subijcere. Non ergo hic damnat Paulus priuata charitatis iudicia, nec ciuilem aut Ecclesiasticam politiam: perperam proinde faciunt, qui hoc Pauli di-

li dictum ad genus vniuersum transferunt, cum ad certam hypothesin referri debeat: videlicet cum homines sine verbo Dei vel de doctrina nostra, vel de vita iudicare temere præsument. Exemplum hoc Pauli pijs pastoribus imitandum est, vt sic & doceant & vitam suam componant, vt nullius hominis formident iudicium: Sed crimina obiecta quantum in se est purgent: quorum purgatio si non recipiatur, consolentur se bonitate causæ.

Sed neque me ipsum diiudico, Nullius enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, sed Dominus is est qui me diiudicat.

Probat se non iudicandum a Corinthijs, quantum sit vel non sit, ex eo quod ipse qui optimus est sui cognitor, non seipsum diiudicet quantum sit vel non sit. & ætiologiam addit cur non audeat seipsum iudicare, nempe ideo, quia etsi nullius culpe in apostolatu suo sit sibi conscius, non tamen ex eo se iustum coram Deo agnoscat. Deinde quia Domini est iudicare de cuiusq; hominis dignitate vel indignitate. Neq; tamen simpliciter adimitur hominibus, his verbis iudicandi potestas de doctrina & vita, sed quatenus Domini iudicio spreto suum substituunt homines, vel errore decepti vel malicia adducti. sunt ergo hæc Pauli verba vt superiora, non ad genus vniuersum, sed ad certam speciem referenda.

Itaq;

Itaque ne ante tempus quicquam iudicetis donec venerit Dominus, qui & illustrabit occulta tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordium, & tunc laus erit vnicuique a Domino.

Conclusio est, in qua clarius aperit, quale iudicium improbet, nempe preceps & temerarium: quale fuit Corinthiorum de rebus occultis & incognitis: Quarum iudicium solius Domini est, qui nouit occulta cordium. Is enim non externam larvam respicit, sed intima cordis intuetur. Hinc utilis sumatur doctrina, videlicet ne temere & precipitanter ex opinione de vllis rebus iudicemus, multo minus de prorsus occultis & incognitis. Hinc confirmatur istud vulgare dictum, De occultis non iudicat Ecclesia.

Hæc autem fratres transfigurauit in meipsum & Apollo propter vos, vt in nobis disceretur supra id quod scriptum est non sentire, vt ne vnus pro alio inflemini aduersus alterum.

Summam eorum quæ hæcenus tractauit exponit, videlicet ne quis arroganter se alij preponat huius vel illius doctoris nomine, sed potius singuli in simplicitate humilitatem & concordiam colant: quod autem dicat Apostolus: hæc transfigurauit in me et Apollo, vt in nobis disceretur & c. Hunc habet sensum, Ego exempli gratia in me & Apollo

Apollo transtuli omnia, vt in vos nostrum exemplum transferatis, discatisq; nostro exemplo neminem arroganter & nominatim carpere, sed potius humiliter de vobis ipsis iudicare omni fastu & arrogantia exclusa. Hinc plurimæ doctrinæ colligi possunt. Prima, quod superbia initium & caussa sit omnium contentionum. Secunda, quod ministri Euangelij alijs exemplar humilitatis & aliarum virtutum esse debeant. Tertia, quod exemplo Pauli neminem, quantum quidem fieri potest, sine læsione doctrinæ cælestis nominatim carpere debeamus. Nam inde maior ira, vnde prouenit discordia, nascitur, Nemo enim audiens (vt ait Ambrosius) nomen suum taxari aut eius cui fauet, contentus est tacere. Tacito autem nomine si quis audiens, etsi de se dictum intelligat, dictum dissimulat. Quarta, quod cum præcones verbi, tum auditores, sedulo humilitatem colere debeant & concordiam, Bene enim dixit qui ait, Concordia res parvæ crescunt, discordia magnæ dilabuntur.

Quis enim te dijudicat?

Ratio, cur alius aduersus alium inflari non debeat per obiurgationem. Obiurgat enim arrogantes doctores, qui ob sua eximia dona alios tanquam ex alto despiciebant, Etsi autem verborum Pauli hic sensus: Quis te dijudicat, hoc est, quis te segregat à cæterorum grege, lata sententia, vt alij
pro te

præ te pro nihilo habeantur, vt contra eos inflari tibi liceat? Num Deus hoc facit? minime, sed homo vanus & animi tui superbia, quæ facit vt donis Dei abutaris in aliorum contemptum.

Quid autem habes quod non accepisti? quod si etiam accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?

Ratio obiurgationis per prolepsin, Anteuertit enim eum qui obijcere potuit, se præ alijs eloquentia & doctrina aut etiam alijs virtutibus eminere, Ideoque merito præstantiorem haberi, sed hoc à causa sumto argumento diluit. Nemo merito ob gratuita dona et aliunde accepta gloriari potest in aliorum contemptum. Quicquid autem habet aliquis, vel doctrinæ, vel eloquentiæ, vel etiam aliarum rerum, gratuitum est et à Deo gratis acceptum. Igitur nemo talibus donis efferi debet & alios præ se contemnere, quibus pauciora aut minora dona contigisse videntur. Hic locus nos admonebit: Primo gratitudinis erga Deum, à quo omnia bona accepimus quæ possidemus. Deinde admonebit nos humilitatis, ne ob donorum eminentiam alios spernamus. Postremo nos admonebit hic locus rectæ dispensationis rerum quas à Domino accepimus, nempe vt iuxta voluntatem eius (à quo omnia bona quæ habemus accepimus) ea dispensemus. Præterea euertit hic locus dogma Papisticum, de meritis. Nam generalis est

F propo-

sitio, quid habes quod non accepisti?

Iam saturati estis, iam ditati estis sine nobis, regnum adepti estis, Atque utinam sane regnum essetis adepti ut & nos vobiscum regnaremus.

Obiurgatio Ironica est qua auditores, qui sibi placebant in nouis doctoribus, obiurgat: & simul eos ingratitudinis insimulat, qui per ipsum & Apollo edocti erant, Iam suum profectum Pseudoapostolis acceptum ferunt. est autem magna inhumanitas de donis Dei gloriari, & interea eos per quos ea dona accepimus, contemnerre, aut etiam eadem alijs autoribus asscribere. Saturitatis diuitiarum & regni vocabulis summam felicitatem designat, quam se adeptos esse per novos suos magistros putauerunt Corinthij. Hanc felicitatem testatur se illis non inuidere, modo non esset imaginaria & ficta. Nam ea demum est vera felicitas, illud verum & gloriosum est regnum, vbi Christus per suum Euangelium in cordibus hominum habitat. ibi enim anime saturitas, ibi thesauri caelestes, ibi denique regnum gratiae & salutis.

Existimo enim, quod Deus nos potestimos Apostolos demonstrauerit tanquam morti destinatos, eo quod theatrum facti sumus mundo & Angelis & hominibus.

Ratio

Ratio per Ironiam, & loquitur ex hypothesi Corinthiorum, sensus autem simplicissimus hic est: Si ita metiri oportet ministerium & apostolatus dignitatem, ut vos facitis, nos scilicet ultimi Apostoli non ad ministerium, quo regnum Christi erigitur, sed ad mortem tantum erimus designati à Domino, & quidem post acerbissimas quasque ignominias. atqui prorsus aliter se res habet, neque nostis, ut ut gloriamini vos regnum adeptos esse per arrogantes vestros Doctores, quid sit de Christi regno & Ecclesia iudicandum. Porro cum nominat angelos & homines, per distributionem exponit quid per mundum intelligat, nempe omnem rationalem creaturam, ut sunt boni & mali angeli & homines.

Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem validi: vos gloriosi, nos autem ignominiosi.

Contentio est Ironica, qua deridet Corinthiorum vanitatem, quod inuerso ordine filij & discipuli, prudentes, Validi & nobiles videri velint coram mundo: cum pater, stultus, infirmus & ignominiosus haberetur omnibus mundi probris expositus. Proinde hic est sensus. Ego vester Apostolus sustinui in mundo haberi stultus, ignominiosus, ut qui carnis sapientie, viribus, & nobilitati renunciauerim, ut in solo Christo
F 2 gloriari

gloriari possim, quomodo ergo conueniet, vt vos iam prudentes, validi & gloriosi coram mundo habeamini?

Ad hanc enim horam vsque, & esurimus & sitimus, & nudi sumus & colaphis cædimur, & incertis sedibus eramus, & laboramus operantes proprijs manibus.

Actiologia est, Reddit enim rationem cur coram mundo dixerit se stultum, ignominiosum, & infirmum: sumto argumento à vitæ suæ conditione. Hinc admonemur quanta constantia debeant præcones verbi in ministerio Euangelij versari, nempe vt nullis iniurijs aut aduersis fracti à ministerio deficiant. Deinde docet hic locus quod nihil derogat Ecclesiasticæ functioni, si quis verbi minister paupertate coactus victum sibi quærat honesto artificio.

Maledictis lacefsiti, benedicimus: persecutionem patientes, sustinemus: conuitijs affecti, obsecramus. quasi purgamenta mundi facti sumus, omnium reiectamentum vsque ad hunc diem.

Hæ Antitheses significant paulum voluntaria quadam humilitate præditum fuisse in calamitate ferenda: quod sane non carnis opus erat, sed virtus spiritus Dei renouantis cor Pauli, ac ipsum

ipsam subijcientis spiritus imperio. Est autem hoc demum reddere bonum pro malo, & iuxta Christi mandatum orare pro persequentibus nos. Hoc Pauli exemplum non solum pios ministros, verum etiam alios omnes qui veri Christiani censerent volunt, imitari oportet. Porro Græcæ voces *πικραδάματα* & *πικρία* hoc modo differunt: *πικραδάματα* proprie est quicquid de re lurida abraditur & abijcitur: ut quod de re reliquum manet mundius conseruetur, vnde sacri homines hac voce significabantur, quorum capita pro salute Reipub. deuuebantur, Quales fuerunt Decius, Codrus, Oedipus, Achan & similes. Hinc Paulus Apostolos ipsos, quia tales vulgo habebantur ab impio mundo, *πικραδάματα*, hoc est, piacula vocat: *πικρία* autem proprie est quicquid limando deteritur & abijcitur, Metaphorice pro homine reiectaneo hoc loco accipitur. Hinc se consolentur ministri Euangelij, cum se ab ingrato mundo contemni animaduertunt: neque enim sunt meliores Apostolis ipsis, qui eandem experti sunt fortunam.

Non quo pudorem vobis incutiam hæc scribo, sed vt filios meos dilectos admoneo.

Mitigat correptionem, eius sine proposito, qui non est vt pudore afficiantur Corinthij, sed potius vt admoniti se emendent, vt exemplo Apostoli

F 3

humili-

humilitatem discant deposito fastu. Obseruetur hic modus & finis correptionis Ecclesiasticae, quae quidem pro modo delicti moderanda est, & in emendationem salutemque eorum qui corripuntur ordinanda: quod tum demum fit, quando ij qui corripuntur intelligunt ex amico & paterno animo proficisci obiurgationem, & tendere ad ipsorum emendationem.

Nam etsi decem millia pädagogorum habueritis in Christo, non tamen multos patres: in Christo enim Iesu per Euangelium ego vos genui.

Ratio est cur Corinthios filios appellauerit, à natura relatiuorum sumpta, & amplificata comparatione. Ego pater vester sum in Christo, Ergo vos mei filij in Christo. Antecedens probat à definitione patris cum ait, In Christo Iesu per Euangelium vos genui. Praeclara sane natiuitas est in Christo nasci, & fieri Christi membra per semen incorruptibile Euangelium: quod vt iacitur à preconibus verbi per praedicationem Euangelij, Ita fide in agrum cordis recipitur, vt filij Dei nascantur. Transfertur autem haec gloria quodammodo ad ministros Euangelij, propterea quod organa sint Dei quibus vtitur in spargendo Euangelij semine. Porro collatio eo spectat, vt Corinthij in memoriam reuocent, se per Apostolum tantam dignitatem nactos esse, quod noni sint in Christo

Christo facti homines, atque ideo ingratos esse sub-
 indicat eos quod parum memores videantur esse
 tanti beneficij. Ex hoc loco primum colligamus,
 quæ sit ministerij Euangelij dignitas per quod ho-
 mines Iesu Christo inserti nouæ nascuntur creatu-
 ræ. Deinde qualis effectus mutuus præconum
 & auditorum esse oporteat, nempe vt illi hos vt
 filios complectantur. Hi autem illos vt patres
 reuereantur & colant. Caterum, quæstio quæ ori-
 tur ex verbis Pauli facile diluitur: cum enim
 quæritur, num soli illi pastores patres habendi
 sint, qui, vt Paulus, primi homines adducunt
 Christo per Euangelium, & eorum successores pæ-
 dagogi tantum habendi sint, Ita respondendum
 est, si comparatiue interrogatur, isti soli patrum
 titulum merentur, qui primi homines Christo ad-
 ducunt, reliqui autem pedagogi sunt: at si sine
 comparatione quæritur, patres agnoscendi sunt
 omnes, qui Euangelium docent, siue primi sunt
 siue eorum successores.

Obsecro ergo vos imitatores mei
 estote.

Conclusio est, per exhortationem. Cum honesto-
 rum liberorum sit à patribus non degenerare, sed
 eos potius in omnibus honestis imitari: Hortor
 vos filios meos vt me imitemini, deponentes fa-
 stum, sustinentes crucis contumeliam, sectantes
 humilitatem & sanctam concordiam aliasque
 F 4 virtu-

virtutes. Caterum hic duo obseruanda sunt: primum, quod pijs pastores debeant esse forma virtutum, quas grex imitari debeat. Secundum, quatenus imitari oporteat pastores, nempe quatenus nos ducunt ad Christum sincera doctrina & sancta conuersatione: id quod ipse Paulus infra explicat capite vndecimo, vbi ait: imitatores mei estote sicut & ego Christi.

Hac de causa misi ad vos Timotheum, qui est filius meus dilectus, & fidelis in Domino, qui vobis in memoriam reducet vias meas quæ sunt in Christo, quemadmodum vbique in omni Ecclesia doceo.

Prolepsis est siue presumptio, qua anteuertit eorum obiectionem qui arrogantius obijcere poterant, Quomodo te imitabimur cum absis, quomodo sciemus, qualis sit tua vita? Respondet Paulus, ea de causa se Timotheum misisse, cui vt fidem habeant, paucissimis verbis eum commendat Corinthijs: cuius commendationis duæ sunt partes. Prima, per quem Timotheus in religione sit institutus. Multum enim refert per quem rudimenta religionis percepimus. Nam ea prima semina tenacius adhærescunt, & veluti liquor infusus perpetuum odorem conseruant, iuxta illum prouerbialem versiculum: Quo semel est imbuta recens seruabit odorem, Testa diu. Cum ergo
Pau-

CAPIT
Paulus vocet Timotheum
fuit se illum gratia in
structionem in hanc
commendationem
uis. Altera
officium pastorem
Domino vocat, et
huius capitis dicitur
fidelis aliquis rep
tio fidelitatis in
narranti Timotheo
commendatione
apud Corinthios
memoriam vult Pau
& rinas, & quam
& rinas di raris.

Proinde ac si mo
rus inflati sunt e
Causam cuius
signat, qua est
cile illorum factum

Veniam aut
nus uoluerit,
monem inflat
Promittit
rum & rep
sua eloquentia &
gloriabantur.

Paulus vocet Timotheum dilectum filium, significat se illum genuisse in Domino, per fidelem instructionem in Euangelio Christi. Proinde hæc commendatio est sinceritatis in doctrina religionis. Altera commendationis pars pertinet ad officium pastorale. Nam cum illum fidelem in Domino vocat, exprimit id quod in principio huius capituli dixit, requiri in ministris, nempe ut fidelis aliquis reperiatur. Est ergo commendatio fidelitatis in officio, quæ eo spectat, ut Corinthij narranti Timotheo fidem adhibeant. Absoluta commendatione subiungit quidnam Timotheus apud Corinthios faciat, nempe ut reducat eis in memoriam vias Pauli, hoc est, quomodo doceat & viuat, & quam constans sit eius & docendi & viuendi ratio.

Proinde ac si non sim ad vos venturus inflati sunt quidam.

Causam cur cristas erigant Pseudoapostoli assignat, quæ est Apostoli absentia, qui presens facile illorum fastum reprimere posset.

Veniam autem breui ad vos, si dominus uoluerit, & cognoscam non sermonem inflatorum, sed virtutem.

Promittit Apostolus se ad Corinthios venturum & repressurum arrogantiam eorum, qui de sua eloquentia & excellentibus donis superbius gloriabantur.

Non enim in sermone regnum Dei est, sed in virtute.

Ratio cur non velit Pseudoapostolos æstimare ex sermone, sed ex virtute. ministri enim Euangelij æstimandi sunt ex eo per quod regnum Dei inter homines administratur, & Deus inter nos regnat, Sed regnum Dei inter homines administratur, non garrulitate & inani verborum tinnitu, sed virtute, hoc est, zelo propagandi regni Dei, desiderio illustrandæ gloriæ Dei, Timore Domini, inuicta constantia, conscientie puritate, humilitate sancta & pura conuersatione & huiusmodi alijs dotibus, quæ necessaria sunt ad adificationem regni Dei. Proinde ministri Euangelij non æstimandi sunt ex sermone tantum, sed ex virtute potius, quæ veluti anima sermonis esse debet. hoc ergo loco commendatur veris ministris verbi iusta administrandi regnum Dei ratio: quæ in virtute (qua continetur quicquid huc spectat & ad hunc finem destinatur, vt inter nos regnet Deus) consistit.

Caput V.

Summa capitis quinti.

O Biurgatis Corinthijs quod fornicarium de suo cœtu non excluderint, præcipit Apostolus

lus vt eum vna secum excommunicent, redditq;
causas cur flagitiosi in Ecclesia ferendi non sint.

Ordo & partes capituli quinti.

Quatuor huius capituli partes constituentur.
Quarum prima est obiurgatoria. obiurgat enim
Corinthios Apostolus quod incestuosum non exclu-
serint. Secunda, mandatum, modum & finem ex-
communicationis continens. Tertia est exhortatio
ad vite innocentiam. Quarta, in quosnam excom-
municatione animaduertendum sit exponit.

Exegesis quinti capituli cum observatione doctri- narum.

Quid vultis, cum virga veniam ad
vos, an cum charitate & spiritu man-
suetudinis?

Propositio obiurgatoria est, paternis mitigata
affectibus, ac si diceret: cogitate quid meriti sitis
vestris prauis moribus: qui sane vt filij inobe-
dientes, virga, id est, paterna castigatione digni
estis. hic locus, quomodo pastores cum suis audito-
ribus, agere debeant, docet. Primum enim paternam
charitatem & paternos affectus erga eos per-
petuo

petuo retinere debent. Deinde ex hac charitate leniter & mansuete, quantum fieri potest, omnia agent, Tertio cum opus sit virga, ei non parcent, sed seuerius castigabunt scelera, ita tamen ne paternos affectus exuisse videantur.

Omnino auditur inter vos scortatio, & eiusmodi scortatio, quæ ne inter gentes quidem nominatur, vt quis uxorem patris habeat.

Ratio obiurgationis, quod in suo cœtu ferant hominem, qui propriam nouercam in uxorem duxit, Quod sane factum collatione exaggerat, nempe quod talis scortatio ne inter gentes quidem nominetur. cum inquit inter vos, Emphasis habet, ac si dicat, nequaquam ferendum est, vt vos qui in familiam Dei per prædicationem Euangelij asciti estis, vt huiusmodi nefandis sceleribus polluamini. Hic locus primum nos docet turpissimum esse, Christianos Ethnicos ignaros Dei superare turpibus factis. Deinde testatur hic locus, lege naturæ certos consanguinitatis & affinitatis gradus prohiberi: qui Leuit. 18. enumerantur.

Et vos inflati estis, & non potius luxistis, vt tolleretur de medio vestri, qui facinus hoc patrauit.

Præsumptio est, poterant enim Corinthij obijcere non

re non se, sed autorem tantum istius facinoris ob-
iurgandum esse: sed Paulus respondet, non vnun-
tantum in vitio & culpa esse, sed totum illum
cœtum vnus scelere contaminatum. Hinc igitur
tria discamus. Primum, crebros fratrum la-
psus humilitatem nos debere docere. Secundum,
quod non solum nostra verum etiam aliena deli-
ceta lugere oporteat, quo emendentur delinquen-
tes. Tertium, vt seueritatem exerceamus in pu-
blicos lapsus, quo disciplina aliqua honesta in Ec-
clesia seruari possit.

Ego quidem certe & absens corpo-
re, præsens autem spiritu iam iudi-
caui tanquam præsens eum qui hoc
ita perpetravit in nomine Domini
Iesu Christi, congregatis vobis &
meo spiritu, Cum potentia Domini
nostri Iesu Christi, eiusmodi inquam
hominem tradere Sathanæ in interi-
tum carnis, vt spiritus saluetur in die
Domini Iesu Christi.


Hæc Pauli verba tria continent, Iudicium
Pauli quod vice mandati est, modum excommu-
nicationis, & eiusdem finem legitimum. Iudici-
um ipsum cum mandato tacitam reprehensionem
continet. Nam cum ait: ego tanquam absens cor-
pore, præsens vero spiritu, hoc est, animo & vo-
luntate iudicavi istum in cœstum tradendum Sa-
thanæ

thanae, significat multo magis Corinthios ipsos qui cum eo conuersationem quotidianam habebant, debuisse istum impurum ab Ecclesia sua excludere, ne totum corpus Ecclesiae vnius contagione pollueretur. Tradi autem Sathanae, nihil aliud est quam haberi tanquam Ethnicum & publicanum seu excommunicari, hoc est, excludi & segregari ex communione Ecclesiae, id est, regni Christi, nisi quod malum excommunicationis hac oratione expressius significatur. Nam duo tantum spiritualia regna sunt in hoc mundo: Unum Christi, alterum Sathanae, Necessè est, vt qui alterutro horum excluditur in alterum includatur. Christus in Ecclesia regnat tanquam hominum saluator & mediator. Sathan extra Ecclesiam regnat ac suo imperio subiectos habet, quotquot Christi iugum subire recusant. Est enim spiritus agens in filiis contumacibus, qui & princeps mundi huius & Deus huius seculi appellatur. aptissime ergo cum extra Ecclesiam sint impij dicuntur tradi Sathanae, quotquot iusta Ecclesiae censura ab Ecclesia excluduntur, seu excommunicantur. hinc proinde colligamus, quam graue sit malum à societate Christi & Ecclesiae excludi, quod nihil aliud est quam denuo mancipari Diabolo, vt in ipsis rursus operetur. Admoneamur ergo timoris Domini & verae pœnitentiæ, ne quid designemus propter quod ab Ecclesiae consortio merito excludamur.

dam. lam motus e
 canticandus est, a
 cetera cogniti
 di. Nam si
 incognitus, extra
 est locus. Quam
 excommunicati
 stultius adhuc fa
 res Republica ob
 communicat. Fru
 cetu qui vel sp
 discedunt, prater
 finibus legitima
 quam subiciatur.
 auctore facti, iudicium
 ne constituta Ecclesia
 operet rem: qui a
 non est ex societate
 scimus, si factum vult
 pationem debet vult
 Ecclesia latronum
 rit suum lapsum, a
 culpam satisfecer
 reum publice abso
 luit. Exhortando
 tius caueat, ne qua
 Etum paucis aucto
 corripitur, vnam
 Verum si

damur . Iam modus excommunicationis nobis explicandus est, in quo omnium primum est necessaria cognitio facti criminalis & autoris facti. Nam si constiterit de facto cuius autor est incognitus, externa excommunicationi nullus est locus. Quare temere faciunt illi, qui fulmina excommunicationis eiaculantur in ignotos, & stultius adhuc faciunt, qui absentes & desertores Republicæ ob aliquod enorme facinus excommunicant. Frustra enim excluduntur de nostro cœtu qui vel sponte sua vel coacti à nostro cœtu discedunt. præsertim cum talis excommunicatio finibus legitimæ excommunicationis nequaquam subiiciatur. Deinde cognitio facti & autore facti, iudicium senatus Ecclesiastici in bene constituta Ecclesia fieri debet, in quo conuicti oportet reum : qui conuictus si vere resipuerit non est ex societate separandus, sed eius resipiscentia, si factum vulgo innotuit Ecclesiæ toti, per pastorem declaranda est, & ubi ipse reus coram Ecclesia lachrimis & confessio facti testatus fuerit suum lapsum, ac ita Ecclesiæ deprecando suam culpam satisfecerit, Inuocato nomine Dei pastor reum publice absoluet, iam reconciliatum Ecclesiæ. Exhortando ipsum vt in posterum sibi diligentius caueat, ne quid deterius ipse fiat. At si factum paucis admodum innotuit, sufficit vt ab ijs corripiatur, coram quibus reus peractus est. Verum si conuictus coram iudicio noluerit resipiscere.

magis Corinthios qui
 quotidianam
 ab Ecclesia
 vnius
 in Sathana
 in Ebricam
 tri, hoc est
 ne Ecclesia
 excommunicat
 significatur. Nam
 sunt in hoc
 Sathana, Necessè
 excluditur in altera
 Ecclesia regnat
 mediator. Si
 te suo imperio
 iugum subire re
 ms in filiis contru
 ndi huius & Dem
 sime ergo cum ext
 uer tradi Sathana
 iura ab Ecclesia ex
 tur. hinc prouide
 malum à societa
 quod nihil aliud
 ilo, vt in ipsi
 ergo timoris Da
 quid designem
 rtio merito exch
 damus



resipiscere, & vera resipiscentia nota non appa-
 ruerint, sententiam excommunicationis ferant
 delecti iudices in presbyterij consistorio, adhibito
 in consilium verbo Dei, cum quo verbo Christi po-
 testas coniuncta est: vnde tota excommunicati-
 onis virtus dependet. Nam vt verbum Dei est
 regula, & veluti Lydius lapis ad quem examina-
 bitur factum quodlibet, Ita potestas Christi facit
 vt ratum habeatur in cælo, quod hic in mundo
 ab hominibus agitur: Contra vero vbi iudices
 verbo Dei destituuntur, Christum à sua parte
 non habent. Quare fulmen excommunicationis
 quod vibrant in fimum abit, & nequaquam in
 cælum pertingit, nec nocet ei in quem innocentem
 exercetur. Nequaquam enim ratum est in cæ-
 lo, quod homines stulti sine verbo Dei hic in terris
 agere presumunt. Deinde vbi iam constiterit de
 enormitate facti ex verbo Dei & de impænitentia,
 ex parte rei, charitas ex parte totius corporis
 Ecclesiæ, & ædificatio communis, in consilium
 adhibenda est. Nam vt charitas facit, vt omnia
 agant in bonum & salutem rei, si vltimus finis
 excommunicationis spectetur: ita ædificationis
 cogitatio euentum, quod ad totam Ecclesiam atti-
 net, spectat. Nam si facit ad Ecclesiæ conserua-
 tionem & communem ædificationem excommu-
 nicationis sententia, recte et grauius feratur, Sin-
 minus, sed potius ad destructionem propter pec-
 cantium multitudinem facit: cauendum est, ne
 ita

ita vni membro remedium adhibeatur, vt malum ipsum contagionis in totum corpus serpat: quare hic regulas Augustini, quas in Enchiridio posui sequamur. Porro vbi iam iudicium excommunicationis in consistorio presbyterij in reum latum fuerit, debet pastor congregata Ecclesia, non sine significatione ingentis doloris & inuocatione nominis Christi, sententiam excommunicationis toti Ecclesie exponere, ac ita cum potestate Christi reum in nomine patris & filij & spiritus sancti excommunicare, & prohibere ne quis familiarem consuetudinem cum excommunicato habeat, nisi quatenus reus vel docendus est, vel adhortandus ad resipiscentiam. **C**eterum, excommunicationis fines reliqui sunt, qui sunt tres, Nam si Deum respicis in Dei familia non est ferendus, qui non potest illic esse sine contumelia nominis Dei. Si Ecclesiam spectas, ab ea excludendus erit ex cuius contagione periculum est, ne ea plures inficiantur. Postremo si reum consideras, in istum finem feratur excommunicationis sententia, vt caro rei intereat, & spiritus saluetur in die Domini Iesu Christi. Quemadmodum Paulus hic docet. Verum quia oratio Pauli ambigua est, (nam quid interitus carnis & quid salus spiritus sit inter omnes non conuenit) declaratione quadam indiget, quam declarationem petemus partim ex sine communicati incesti & euentu, partim ex vsu vocum quibus hoc loco Apostolus

G

vtitur,

vtitur. excommunicatus incæstus non est ita tra-
 ditus Sathanae vt interiret caro, hoc est corpus
 rei. Nam postquam resipuit incæstus in Ecclesi-
 am Corinthiacam receptus est. Quare finis ex-
 communicati incæsti non fuit vt interiret corpus,
 sed vt ipse pudore suffusus & dolore compunctus
 tandem resipisceret. Caro ergo hoc loco non sub-
 stantiam sed qualitatem significat. iam autem ca-
 ro quoties pro qualitate capitur & opponitur spi-
 ritui, vt hoc loco, significat vitiositatem naturæ
 seu veterem hominem: quæ caro tum interire di-
 citur quando vera pœnitentia conuertimur ad De-
 um & vitiosis affectibus renunciamus, subijci-
 entes nos spiritu renouationis, hoc est, obtemperan-
 tes nouis motibus quos in conuersis excitat spiri-
 tus sanctus. Est ergo sensus huius loci germanus,
 non vt miser iste pereat, sed vt saluetur, id est,
 vt cum ipse pudore ac tristitia sapere didicerit,
 Caro quæ in hoc precipitium ipsum abripuit fun-
 ditus pereat: Spiritus autem qui videbatur in
 certamine prorsus occubuisse, erigat sese iterum
 nec aboleatur, sed carne interempta superstes ma-
 neat. Nam hic est finis Ecclesiæ propositus, non
 modo in extremo illo remedio, sed etiam in omni-
 bus tum admonitionibus, tum reprehensionibus,
 vt caro dometur, & spiritus confirmetur. Cate-
 rum quo huius loci plenior sit explicatio, duæ que-
 stiones nobis explicandæ sunt, quarum prior est:
 Num necessaria sit excommunicatio, vbi pius
 præsi-

prode magis
 a rebus que ad
 ent, excommuni-
 Quantum ad
 num necessa-
 fians est mag-
 alia si magis
 Ecclesiastici fin-
 usque rationem
 hares manus p-
 membra tam
 idem speciale
 proximum. mag-
 poralibus punire
 gen, idque in
 maneat autem
 Ecclesiæ autem est
 lege Dei punire
 Alia sententia
 huius finem, vt
 admonitio, ac
 tus recipiatur.
 lum vtramque
 re manus por-
 am vtramque
 dis peccatis, ut
 caueatur. Re-
 Juris, dum pœ-
 nitione punire

*presidet magistratus? Altera, num errata iuris
 in ijs rebus que ad hanc externam vitam perti-
 nent, excommunicatione castiganda sint nec ne?
 Quantum ad priorem quaestionem attinet:
 num necessaria sit excommunicatio, vbi Chri-
 stianus est magistratus? hoc tenendum est. cum
 alia sit magistratus civilis, & alia ministerij
 Ecclesiastici functio, diuersam quoque esse vtri-
 usque rationem. Nam tametsi sibi mutuo auxi-
 liares manus porrigunt, eiusdemq; Ecclesie sunt
 membra: tamen quia diuersa sunt membra, non
 idem speciale officium habent, nec eundem finem
 proximum. magistratus officium est pœnis cor-
 poralibus punire fontes qui suam violarunt le-
 gem, Idque in hunc finem, vt legum suarum
 maneat autoritas, tranquillaque sit Respublica:
 Ecclesie autem est, peccata quæ pugnāt cum
 lege Dei punire gladio spirituali, Alia lenius,
 Alia seuerius pro ratione culpæ, Idque in
 hunc finem, vt qui peccauit resipiscat pœna
 admonitus, ac ita in familiam Dei emenda-
 tus recipiatur. Ex his perspicuum est, non so-
 lum vtramque functionem sibi inuicem debe-
 re manus porrigere auxiliatrices, verumeti-
 am vtramque suo fungi officio debere in corrigen-
 dis peccatis, quo offensa Dei quantum fieri potest
 caueatur. Restat altera quaestio: num errata
 Iuris, dum petitur iudicis sententia, excommu-
 nicatione punire liceat? vt si quis agrum
 sibi*

sibi vendicet, existimans ipsum ad se spectare. hanc questionem diluit Paulus, qui in ijs quæ ad vitam hanc externam spectant, quæ ipse *βιωικά* appellat requirit iudicium civile, quo erratum manifestatur iudicis voce. Verum si quis contumaciter reclamauerit iudicis sententiæ, nouo se obstringit reatu, quem punire vtrumq; magistratum oportet. vt si quis agrum retinere conaretur contra iudicis sententiam, sine prouocatione ad superiorem iudicem, is quia errato iuris contumaciam adiunxit rectius edoctus, vt contumax iure puniendus erit. Porro, questiones de lapsuum generibus & de peccatis multitudinis &c. in Enchiridio copiose explicantur.

Non est bona gloriatio vestra.

Repetit obiurgationem. Corinthij non solum efferabant se ob sua insignia dona supra alios, sed etiam in vitijs sibi placebant, dum Corinthium incestum tanquam re bene gesta in suo ferebant cætu. Locus memorabilis, quod alienus lapsus ad nos quoque pertineat, si eum non emendemus, modo potuerimus. Deinde admonet nos hic locus humilitatis & communis imbecillitatis.

An nescitis, quod paululum fermenti totam Massam fermentat?

Ratio allegorica est: quæ integra similitudine explicari potest hoc pacto: Sicut paululum fermenti

enti totam massam
 ma totam congrega
 ciant: Ut enim
 vitijs cum alijs
 desic corpus
 dius excommuni
 niversum Eccl
 ficatur, iuxta
 Morbida fact
 Ne macula
 Expurgat
 vltis nou

Exhortationis
 tione, Allegorica
 pedes ad ioseph
 nam, quod sepe
 di vin inopi
 rum. Non
 ad vita p
 aut morum
 mentum Pha
 ptam & hypo
 vocat renas
 gati in Dei
 fermenti exp
 doctrina & s
 moribus.

menti totam massam fermentat: ita paucorum vitia totam congregationem sua contagione inficiunt: Ut enim hic fermentum societatem vnus vitiosi cum alijs notat, ita massa vniuersum Ecclesie corpus significat. Hic obseruetur finis medijs excommunicationis, qui est ne corpus vniuersum Ecclesie, contagione vnus membri inficiatur, iuxta vulgares versiculos:

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile:

Ne maculet reliquas, est separanda gregi.

Expurgate igitur vetus fermentum vt sitis noua Massa, vt estis Azymi.

Exhortationis huius occasionem sumit ex ratione Allegorica, quæ præcessit: & transit ab hypothese ad thesin, seu à specie ad generalem doctrinam, quod sæpe tum Propheta tum Apostoli & alij non inepti ministri verbi facere consueverunt. Nam hic in genere hortatur Corinthios ad vitæ puritatem, ne sinant se vlllo aut doctrinæ aut morum fermento corrumpi. Ut vetus fermentum Pharisæicum fastum, doctrinam corruptam & hypocrisin vocat, Ita nouam massam vocat renatos in Christo Iesu, cuius sanguine purgati in Dei conspectu apparent Azymi, id est, fermenti expertes, hoc est, puri & sine fastu in doctrina & sine prophanitate & hypocrisi in moribus.

Etenim pascha nostrum pro nobis
imolatus est Christus.

Ratio exhortationis ex collatione veteris & noui paschatis sumta: quæ collatio vmbrae ad veritatem illustrior fit hoc modo: Quemadmodum in veteri populo maectato phase, id est, agno transitionis, fermento abiecto, Azymis, id est, panibus in fermentatis vescabantur: ita exhibitio vero phase, hoc est, agno immaculato, qui est Christus Iesus, oportet vt abiecto fermento prauæ doctrinae & hypocriseos Azymis vescamur. Notandum est, quod pascha hic non certum anni tempus significet, sed metonymice agnum, hoc est, Christum Dominum, qui in ara crucis maectatus est, cuius sanguine aspersus populus Dei, a seruitute liberatur, & in libertatem veram vindicatur.

Itaque festum celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento nequitiae & maliciae: sed in Azymis sinceritatis & veritatis.

Conclusio exhortationis, quæ ex collatione vmbrae ad veritatem infertur, hoc sensu: Quemadmodum in veteri populo maectato agno phase, celebrarunt festum Azymorum per septem dies, hoc est, comederunt dulces panes carentes omni fermento: Ita nostro agno maectato pro nobis, viuamus vitam in sinceritate & veritate. AZY- mos ergo Paulus interpretatur sinceritatem & verita-

veritatem. Illa opponitur fermento doctrine & fermento veteri: hæc hypocrisi & prauis moribus, quos Paulus malitiæ & nequitie nominibus designat. Vult ergo Paulus vt qui festum phase celebrant, hoc est, qui vere credunt, Christum pro se passum esse & factum piacularem victimam, ~~sinceram doctrinam amplectantur & innocen-~~tem vitam degant.

Scipsi autem vobis in Epistola, ne cõmiseremini cum scortatoribus, ac non omnino cum scortatoribus huius mundi, aut cum auaris, aut cum rapacibus, aut idololatræ, alioqui deberetis e mundo exire.

Reuocat Corinthijs in memoriam de quibus eis antea scripserat, & distinguit inter flagitiosos qui in sinu Ecclesiæ reperiuntur, & inter eos qui extra Ecclesiam sunt. illos. excludendos monet propter causas supra notatas, hos autem non ita vitari posse ait, nisi in nouum quendam mundum migrare liceret: significans maiorem esse malorum turbam, quam vt facile vitari aut emendari possit. Verum hoc tamen ita intelligendum est, vt cum sceleribus eorum pijs nihil sit commune: & vt Deus rite animo & corpore colatur, Sic Christus cum Phariseis & Publicanis cibum capiebat ac conuersabatur.

At nunc scripsi ne commisceamini,
G 4 si quis

si quis cum frater nominetur, sit scortator, aut auarus, aut idololatra, aut conuiciator, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi inquam ne edatis quidem.

Recitat quædam scelerum genera exempli causa, quæ excommunicatione vult puniri: & ponitur hic propositio maior præsentis de incæsto excludendo disputationis. Idololatriæ ideo mentionem facit, quia quidam (sicuti patebit ex octauo capite) Ethnicis & Christianis placere studuerunt, atque idcirco interfuerunt sacris Idolorum, pacis, vt aiebant, & concordie publicæ gratia: qui tamen fratres, hoc est, Christianæ religionis professores censeari voluerunt. Quemadmodum, hodie multis accidit, qui cum volunt vtrique parti placere, Papistis multa tribuunt, ac etiam interdum laudant, ac interim Euangelici & esse & dici volunt: Verum Paulus id improbat, & vult tales excommunicationis pœna in viam rectam reuocari.

Quid enim mea refert etiam de extraneis iudicare? Nonne de ijs qui intus sunt vos iudicatis? de extraneis vero Deus iudicat?

Ratio cur de extraneis, hoc est, ijs qui sunt extra Ecclesiam, nolit sibi iudicandi autoritatem sume-

sumere. Nam censuræ
de ad domesticos Scilicet
Corinthiorum excom-
municati subiuugis, sunt
non censura Scilicet
qua castigare.

Tollite igitur
vobis ipsi.

Conclusio est
facitur: Si quis
tiosus, excom-
municatus, iste incæstus fra-
ter Christi nomen, &
cum nouerit habere
communicationem, ne
citate merito casti-

Ca

Summ

CHRISTIANUS
Cum ne peti-
li: aut potius pe-
quam suam per-
iudicibus. Christi-
tate, nec scortatio-
sum sit grauissim-

sumere. Nam censura Ecclesiastica tantummodo ad domesticos Ecclesie se extendit, quod etiam Corinthiorum exemplo confirmat, cui aliam causam subiungit, nimirum quod solius Christi sit et non censuræ Ecclesiasticæ, alienos à fide pœna aliqua castigare.

Tollite igitur istum sceleratum ex vobis ipsis.

Conclusio est, quæ ex his propositionibus conficitur: Si quis, cum frater nominetur, sit flagitiosus, excommunicatione castigandus est, At iste incestus frater est nominatus ac dederat Christo nomen, & hoc tamen scelus, quod rem cum nouerca habuerit, perpetravit. Proinde excommunicatione, id est, exclusionem ex vestra societate merito castigandus est.

Caput VI.

Summa capituli sexti.

Christianus aduersus Christianum iudicium ne petat sub infideli iudice, sed sub fidei: aut potius patiatur iniuriam vel damnum, quam suum persequatur ius coram infidelibus iudicibus. Christiani non abutantur sua libertate, nec scortationem inter res medias ponant, cum sit grauissimum scelus.

G 5

Ordo

Ordo & partes capituli sexti.

Dua sunt huius capituli partes, Prior est inuectiua, & constat propositione & confirmatione. Inuebitur enim in eos, qui eo temeritatis progressi erant, quod fratres coram infidelibus iudicibus, propter res leues accusarint, & non potius ipsi fideles iudices constituerint, aut etiam iniuriam aut damnum passi fuerint. Altera est confutatio & dehortatio. Confutat enim errorem eorum, qui abusi libertate Christiana, scortationem etiam rebus medijs annumerarunt. Deinde dehortatur grauissimis argumentis à scortatione, hortans ut Deum glorificent corpore & animo.

Exegesis sexti capituli cum observatione doctrinarum.

Audet aliquis vestrum negocium habens aduersus alterum, iudicari sub iniustis & non sub sanctis.

Propositio est, qua increpat cum Corinthiorum litigandi ardorem, tum quod sub iniustis iudicibus litigantes, exposuerint Euangelium ludibrio prophanis.

phanis hominibus, id quod audendi vocabulo innuitur: Ac si diceret Apostolus: Eone demum amentie processistis, vt vos non pudeat palam Euangelium exponere prophanorum hominum obtrectationibus? plerunq; enim accidit, vt hominum vitia professioni eorum ascribantur. Deinde propositionis altera pars requirit, vt controuersias suas Christiani coram sanctis, hoc est, Christianis & pijs iudicibus persequantur. Hanc propositionis partem iusta confirmatione confirmandam sibi proponit. Verum hic discernendum est inter necessario & voluntarie litigantes. Illis licet suam iustam causam tueri, imo debent si res postulauerit etiam coram infideli iudice, vt si quis ab alio trahatur in iudicium, licet sane imo necessarium est, vt coram suo magistratu, siue pius siue impius sit, respondeat. His autem non licet fratribus lites intendere in foro infidelium, ne Euangelium male audiat, & contumeliosi videantur in fratres. Quare hic Pauli consilium, quod paulo post sequitur, sequendum est, potiusque ferenda est iniuria, quam vt eam persequamur cum ludibrio Euangelij & contumelia fratrum. Verum quatenus Christiano liceat causam suam coram iudice persequi sine peccato, in Enchiridio explicatum est.

DEINDE hoc quoque tenendum est, quod in iustis iudicijs Christianis inferatur iniuria ab impijs & hostibus doctrine, liceat ipsis PAULI & mul-

& multorum aliorum exemplo prouocare ad iudicem etiam (si res postulauerit) infidelem, quemadmodum Paulus fecit dum ad Cæsarem prophanum appellauit.

An nescitis, quod sancti mundum iudicabunt?

Confirmationis fundamentum est, interrogatione figuratum, quo uehementior & minus dubia appareat propositio: Verum hic propositio sola ponitur loco huius prosyllogismi: Sancti mundum iudicabunt, Vos Corinthij estis sancti: Ergo vos Corinthij mundum iudicabitis. Ex hac conclusione extruit Apostolus argumentum hypoteticum quod sequitur. Verum sciendum est quod Paulus hic loquatur non de presentia, sed de futuro iudicio, in quo caput Christus cum suis membris totum impium mundum iudicaturus est, quemadmodum ipse Dominus testatur, Matth. 19.

Quod si per vos iudicabitur mundus, indigni estis minimis iudicijs?

Hoc argumentum, ut supra admonui, extructum est ex proxime precedente fundamento, & ponitur hic rursus propositio sola loco totius argumenti, quod hoc pacto excluso interrogationis schemate complebitur. Si Corinthij iudicabunt mundum, non sunt indigni qui præsiciantur iudicijs.

CAP
*ci & rebus minimis
 riu. Sed Corinthij
 na sunt indigni
 minima iudicia
 caducis ideo videri
 rius expressit
 nimis iudicetis.
 ad mains summa*

An nescitis
 mus, nedu

*Aliud argum
 mains summa
 iudicabunt, multo
 ad vitam hanc spect*

*Iudicia ergo de
 tinentibus, si ha
 tibles sunt in
 tuce.*

*Quia soliam
 licere Corinthijs
 de rebus ad vi
 componere: ian
 seu arbitros, qui
 mant. Huius loc
 testetur in Sabel
 nem dominiorum
 ad cultum pertan*

cijs de rebus minimis & ad hanc vitam spectantibus. Sed Corinthij iudicabunt mundum, Ergo non sunt indigni minimis iudicijs. Vocat autem minima iudicia, quæ sunt de rebus minimis & caducis. ideo interpres vetus per periphrasin clarius expressit consequens, Indigni estis qui de minimis iudicetis. Est ergo argumentum à minori ad maius sumtum.

An nescitis quod angelos iudicabimus, nedum ad vitam pertinentia?

Aliud argumentum, similiter à minori ad maius sumtum: Sancti angelos, hoc est, diabolos iudicabunt, multo magis res minores, vt sunt quæ ad vitam hanc spectant.

Iudicia ergo de rebus ad victum pertinentibus, si habueritis qui contemtibiles sunt in Ecclesia, eos constituite.

Quia solidis argumentis concluderat Paulus, licere Corinthijs priuatas fratrum controuersias de rebus ad victum pertinentibus iudicare & componere: iam præcipit vt constituant iudices seu arbitros, qui lites inter fratres ortas dirimant. Huius loci vsus duplex est, Primus, quod testetur in Ecclesia Corinthiaca fuisse distinctionem dominiorum et bonorum, quæ ad vitam & ad cultum pertinent. Secundus, quod remedium præ-

præscribat nobis imitandum, quo lites ortæ inter
 fratres de rebus victualibus componi possint.
 Non enim cuiq; quod rectum putat, facere licet :
 sed arbitris partes suas controuersias commit-
 tant, eorumq; iudicio acquiescant. Quod autem
 iubeat eos Paulus constitui iudices qui in Ecclesia
 sunt contemtibiles, non detrahit, aliquid ut qui-
 busdam videtur, dignitati magistratus aut iudi-
 cum. Nam per anticipationem & comparative ea
 vox intelligenda est. Cum enim Corinthij obijcere
 possent, se idoneos iudices d. siderare, atq; adeo or-
 tas controuersias priuatas inter fratres ad iudi-
 ces prophanos deferre, Paulus respondet: Imo po-
 stemus & abiectissimus vestrum, si constituatur
 arbiter, melius res inter vos controuersas compo-
 net, quam impij iudices, tantum abest, ut vlla ne-
 cessitas vos cogat litigare coram prophanis iudici-
 bus. Præterea Paulum non velle simpliciter ab-
 iectos homines constitui iudices ostendit correctio,
 quæ in textu sequitur: ad erubescentiam vestrâ,
 & c. Nequaquam igitur hac sententia Pauli ele-
 uatur magistratus dignitas aut iudicum officii-
 cium, qui vice Dei in dirimendis controuersijs fun-
 guntur, non enim suum sed Dei iudicium exercent
 iudices, modo legum suarum, non pugnantiam
 cum decalogo, præscriptum sequantur, perperam
 proinde faciunt, qui hoc Pauli dicto abutuntur ad
 extenuandam legum ciuiliū scientiam, et eleuan-
 dam magistratus & iudicum dignitatem. Peius
 adhuc

CAPVT
 aduolunt fecerunt
 illi huius loci
 neglecto, controuersias
 rant: qui potius
 sent, qui cum regere
 tri suos, ut fecerunt
 det: Quis me con-
 per vos? signifi-
 men Politicum
 omnium abutuntur
 iurisdictionem
 bere contendunt
 clesia, hoc est, sua
 committunt. Pe-
 rabilis per iudicium
 Et dicit Paulus
 vobis, quod contemni-
 dignitatem, tantum
 ut arbitri & iudice
 sanctum est, et
 enim pugnat cum
 Nam Paulus
 nullos omnino
 in leuissimis
 tiam querere
 IN DE illorum
 xus reclamatione
 indicat, hoc Paulus
 dem verbis extrin-

adhuc olim fecerunt Episcopi, qui & prauo intellectu huius loci, proprio officio magna ex parte neglecto, controuersijs secularibus se implicuerunt: qui potius Christi exemplum sequi debuissent, qui cum rogaretur à quodam vt diceret fratri suo, vt secum diuideret hæreditatem, respondet: Quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? significans discrimen esse inter regimen Politicum & Ecclesiasticum, Sed pessime omnium abutuntur hoc loco Papiætæ, qui hinc iurisdictionem ciuilem in causis pecuniarijs se habere contendunt, quam contemptibilibus in Ecclesia, hoc est, suis officialibus (vt vocant) committunt. Porro quod quidam verbum καθίζητε per indicatiuum reddunt: Constituitis, Et dicunt Paulum hic reprehendere Corinthios, quod contemptibilibus in Ecclesia tantam dignitatem, tantumque officium demandarunt, vt arbitri & iudices in causis & controuersijs sanctorum essent, facile refellitur. Primum enim pugnat cum scopo presentis disputationis. Nam Paulus Corinthios reprehendit, quod nullos omnino constituerint iudices, adeo vt in leuissimis etiam rebus coacti sint sententiam querere à prophanis iudicibus. DEINDE illorum interpretationi orationis nexus reclamatur. Nam particula illationis satis indicat, hoc Pauli dictum ex superioribus eiusdem verbis extrui & concludi. Cum enim docuis-

docuisset licere pijs causas cognoscere & iudicare, infert præceptum, vt id quod licet faciant, constituentq; iudices seu arbitros qui inter fratres ortas lites de rebus ad victum pertinentibus, componere possunt.

Ad erubescentiam vestram dico, adeo non est inter vos sapiens ne vnus quidem, qui poterit iudicare inter fratres, sed frater cum fratre litigat, idq; sub infidelibus.

Aliud argumentum à contingentibus sumtum: quibus hic sensus est: magnum dedecus est coram prophanis iudicibus causas agere. nam inde aduersarij vestram inscitiam arguunt, quasi nemo omnium vestrum sit, qui ea sit prudentia præditus, vt possit vestras controuersias priuatas componere.

Iam quidem omnino delictum in vobis est, quod iudicia habetis inter vos.

Deprimit illorum fastum qui nihil sibi deesse ad perfectionem iudicarunt, sumto argumento ab effectu ad causam, Iudicia habetis inter vos, hoc est, lites & contentiones sectamini, Ergo in vobis est delictum, id est, animi imbecillitas, qua ita succumbitis, vt iniuriam & damnum non potius patiamini, quam coram impijs iudicibus causas agatis.

CA P
agis. Neque hac Pa
legibus civilibus an
prehendit. Apph
franguntur, v. m
confugiant.

Cur non pe
cur non pe
at vos iniu
citis, idq; f

Duo repre
quod lingarunt
male audir. Chri
tulere fratibus
improba habendi ca

An nescitis qu
hereditatem n

Argumentum
gnum. De vobis
fratribus & de
igitur regnum I
go ne tantam
culpa.

Ne erretis n
idololatra, n
les, neque qu
sculis, neque

agatis. Neque hæc Pauli verba aliquid detrahunt legibus ciuilibus aut iudicibus, sed tantum eos reprehendit Apostolus, qui leuibus iniurijs ita franguntur, vt mox ad magistratum vindicem confugiant.

Cur non potius iniuriam sustinetis?
cur non potius damnum accipitis?
at vos iniuriam facitis & damno afficitis, idæ fratres?

Duo reprehendit hic in Corinthijs. Primum quod litigarunt coram prophanis iudicibus, vnde male audit Christiana religio. Deinde quod intulerint fratribus damnum & iniuriam. adeo improba habendi cupiditas inter homines regnat.

An nescitis quod iniusti regni Dei hæreditatem non consequentur?

Argumentum à pœna sumtum. Iniusti regnum Dei non obtinebunt. qui inferunt iniuriam fratribus & damno eos afficiunt sunt iniusti. igitur regnum Dei non obtinebunt. resipiscite ergo ne tantam hæreditatem vestra amittatis culpa.

Ne erretis neque scortatores, neque idololatræ, neque mæchi, neque molles, neque qui concumbunt cum masculis, neque fures, neque auari, ne-

H

que

que ebroſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei hæreditate obtinebunt.

Denunciat pœnam iniuſtis & iniuſticiæ quaſdam formas exempli cauſa recitat. Quomodo autem hæc denunciatio intelligenda ſit ſequens oratio Pauli oſtendit, & ſumma ſententiæ huc redit, quod tales excludantur à regni Dei hæreditate, niſi egerint pœnitentiam: quod cum fecerint, non amplius iniuſti ſed iuſti ceſſentur, Chriſti iuſticia ornati. Molles Paulo ſunt, qui verborum lenocinijs, effœminato geſtu & veſtitu alijsq; delitijs, impudicitiam ſuam produunt.

Et hæc fuiſtis quidem, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini Ieſu, & per ſpiritum Dei noſtri.

Ut commemoratione præteriti ſtatus Corinthios humiliat, ita propoſito gratuito beneficio excitat eos ad gratitudinem per ſolicitudinem ſanctam, qua caueant ne tantum bonum ſua culpa amittant. Utrumque & nos ex hoc loco diſcimus, humiliemur cogitatione præteriti ſtatus, & excitemur ad gratitudinem & innocentiam morum cogitatione præſtitæ gratiæ. Cæterum Apoſtolus non fruſtra hæc tria: purgationem, ſanctificationem & iuſtificationem, coniunxit, Nam vt purgationem ſordibus, ſanctificationem

impellunt. & in
lu vult vt purga
prioribus ſordibus
namentis poluam
nos obſtrigamus
ſanctificationem
tam noſtram vt
rea Apoſtolus i
tunis ſanctific
dum ait: In no
rum Dei noſtri
nem Euangeli
tante gratia: non
que ſidem requir
ſum talis in eſſe
dicatur in Euangeli
ſus ceſſentur. Veru
qui ſidem in actio
no purgatur, ſancti
a licet Apoſtolus
Nec præteritum
matres diuinit
ſpiritum ſanctum
beneficium.

Omnia mihi
conducunt,
non redigant
Confuſatio eſt

nem pollutioni, & iustificationem reatu opponit: Ita vult vt purgati non amplius inuoluamur prioribus sordibus, sanctificati non nouis inquinamentis polluamur, iustificati non nouo reatu nos obstringamus: sed vt potius puritatem & sanctificationem, iusticia Christi donati, per totam nostram vitam meditemur. Addit preterea Apostolus modum & causas nostrae purgationis, sanctificationis & iustificationis. Nam dum ait: In nomine Domini Iesu, & per spiritum Dei nostri, Primum significat praedicationem Euangelij de Christo creditam, esse causam tantae gratiae: nam nomen Iesu ad praedicationem quae fidem requirit refertur. qui ergo credit Iesum talem sibi esse, qualis nominatur, id est, praedicatur in Euangelio, is purus, sanctus & iustus censetur. Verum quia sine spiritu sancto, qui si lem in auditoribus Euangelij operatur, nemo purgatur, sanctificatur & iustificatur: recte adiecit Apostolus, Et per spiritum Dei nostri. Nec praetereundum est, quod Apostolus exprimat tres diuinitatis personas, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, quibus tribuit redemptionis beneficium.

Omnia mihi licent, at non omnia conducunt, omnia mihi licent, at non redigar sub vllius potestatem.

Confutatio est erroris eorum, qui pretextu

H 2

Chri-

Christiana libertatis quiduis sibi licere existimant, non habita ratione ædificationis mutæ & grauioris seruitutis, nempe peccati. Repetit autem bis obiectionem Corinthiorum. Omnia mihi licent, Vbi obseruandum, quod signum distributum ad res externas quas medias vocant, pertineat, Id quod circumstantia loci euincit. Incipit enim hic de rebus medijs disputare, quarum vsus liber est, modo habeatur ratio mutæ ædificationis, & caueatur maior seruitus, in quam incurunt qui suis cupiditatibus indulgentes rebus externis nimium addicti sunt. Liberum quidem est vesci quibuslibet cibis : at qui hoc facit cum scandalo fratris infirmi, aut ita indulget sibi vt gula mancipium fiat, sua libertate abutitur, Imo potius eam amittit, & mancipatur seruituti peccati. Nam iuxta Christi sententiam : Qui facit peccatum, seruus est peccati. Hic locus requirit explicationem doctrine de libertate Christiana & de rebus medijs seu adiaphoris : quam aliunde petant studiosi.

Esca ventri & venter escis. Deus autem & hunc & eas abolebit.

Proponit speciem exempli gratia, vnde de toto genere iudicandum est. Ciborum inquit vsus est, vt in hac vita conseruemur ad tempus, post hanc enim vitam nullus vsus erit, vel ventris, id est, nutritionis, & ciborum. quare illis ita vti conuenit

*ne eorum casu
illorum abusu in
ipsis coniciamus
donec ab alio casu
redigamur. Per
tri contra charit
& delicias, vt
mancipium rei
genus transfer
externas omni
te sunt simpli
est inter libera
tionem. libere qu
cibus, locus, temp
dum est. ne aut fra
dare est nimiam au
ti seruitutem conuenit*

*Corpus autem
Domino & T*

*De rebus me
cauendum sic b
errorem eorum
res medias coll
prætextu Christi
nitur autem hoc
quod hoc malum
dicatum est, non
pus nostrum De*

uenit ne eorum causa aut fratres offendamus, aut illorum abusu in fœdam seruitutem peccati nos ipsos conijciamus : Tantisper enim liberi sumus donec ab alio capiamur, & ab eo in seruitutem redigamur. Proinde qui indulget cibis & ventri contra charitatem proximi, aut ad voluptates & delicias, vt charitatis legem violat : Ita fit mancipium rei corruptibilis. Hoc iam ad totum genus transferri debet, hoc est, ad res medias & externas omnes : quæ nec prohibita nec mandata sunt simpliciter. Et diligenter discernendum est inter libertatem ipsam & libertatis vsurpationem. libera quidem sunt res mediæ, vt vestes, cibus, locus, tempus & c. sed in earum vsu cauendum est, ne aut fratres offendamus, aut nos ipsos, dum eis nimium addicti sumus, in fœdam peccati seruitutem conijciamus.

Corpus autem non scortationi sed Domino, & Dominus corpori.

De rebus medijs dixit, & quid in earum vsu cauendum sit breuiter disseruit. Nunc fœdissimum errorem eorum confutat, qui scortationem inter res medias collocarunt, & eam tanquam licitam prætextu Christianæ libertatis defenderunt. Ponitur autem hic minor loco totius argumenti, quod hoc modo complebitur : Quicquid Domino dicatum est, non est polluendum scortatione, Corpus nostrum Domino dicatum est (Nam per bap-
 ptismum

ptisimum Christi corpori insiti sumus) Igitur corpus nostrum scortatione non est polluendum, Proinde nequaquam licita est scortatio, nec in rebus medijs vlllo pacto numeranda. Locus communis, quod quælibet res ei fini cui destinata est certa lege intenta esse debeat, non alieno cum sua natura pugnantia.

Deus autem & Dominum suscitauit, & nos suscitabit per potentiam suam.

Secundum argumentum, sumtum à conditione nostrorum corporum, quæ glorificanda sunt olim cum glorificato Christi corpore. Et ponitur sola minor loco huius argumenti : Corpora olim cum Christo glorificanda, non sunt polluenda scortatione, Nostra corpora olim sunt cum Christo glorificanda per gloriam resurrectionis, Non igitur sunt contaminanda scortatione. Quod autem addit : per potentiam suam, Anticipatio est, qua occurrit rationis peruerso iudicio de resurrectione. Quando igitur ratio articulum resurrectionis in dubium reuocat, nos potentiam Dei opponamus : is enim quod statuit, potest etiam præstare. Porro ex hoc Pauli dicto hunc locum communem desumamus, quod corpora Christianorum propter futuram resurrectionis gloriam, casta & pura conseruari debeant.

An nescitis, quod corpora vestra sint mem-

membra Christi : igitur tollens membra Christi faciam, vt sint scorti membra? Absit.

Tertium argumentum ab absurdo seu indigno, sed minor & conclusio ordine ponuntur. Argumentum autem hoc pacto complebitur: Nullo pacto ferendum est, vt membra Christi cum scortis communicentur, Sed nostra corpora sunt membra Christi, Igitur indignissimum & absurdissimum est, ea scortatione polluere. Hæc absurditas & indignitas notatur particula abominandi, absit. Hoc loco & alia obseruetur doctrina, nempe quod spiritualis nostra societas cum Christo non tantum ad animam, sed etiam ad corpus pertineat, In qua societate spes nostra resurrectionis sita est.

An nescitis, quod qui agglutinatur scorto, vnum corpus est? erunt enim inquit duo in carnem vnam.

Amplificatio & aggeratio est proximi argumenti. quam enim ob causam sit absurdum & indignum polluere corpora nostra scortatione, exponit, Nam qui hoc faciunt, membra Christi de eius corpore discerpunt & agglutinant scorto, ita vt iam amplius non sunt vnum cum Christo, sed cum impuro scorto. Hoc confirmat ex secundo Geneseos capite, Erunt, inquit, duo in carnem vnam. Quæ ratio non simpliciter,

H 4

sed

sed per comparationem accommodanda est proposito hoc pacto : *Quemadmodum maritus & uxor vna caro fiunt benedicta copula : Ita scortator & scortum , maledicta copula coniunguntur & veluti vna caro fiunt. Habet enim scortatio cum coniugio aliquam similitudinem , sed tanquam eius corruptela , Aliter dictum Mosis non potest accommodari presenti argumento.*

Qui vero agglutinatur Domino vnus spiritus est.

Ostendit arctiorem copulam Christianorum cum Christo esse, quam est mariti & vxoris. Hæc enim corporalis tantum est : Illa vero spiritualis. Unde quartum argumentum à comparatis extrui potest hoc pacto ; Copula mariti & vxoris sancte est conseruanda , ne vlla impuritate contaminetur, Multo magis copula spiritualis inter Christum sponsum & eius sponsam Ecclesiam sancte conseruanda est , ne vlla turpitudine polluat. Qualis autem sit copula Christi & eius sponsæ , Oseas Propheta explicat his verbis : Sponsabo te mihi in fide, & cognosces Dominum.

Fugite scortationem.

Ostenso errore eorum qui scortationem rebus medijs annumerarunt, & monstrata scortationis turpitudine & scelere : exhortationem attexit, vt non secus atque pestem & rem extreme periculosam

culosam scortationem fugiant Corinthij. Nam fugiendi vocabulum duo innuit, videlicet, Periculum quod est ex scortatione, & quam acre studium euitandi illud periculum in pijs esse debeat.

Omne peccatum quod fecerit homo extra corpus est, sed qui scortatur in proprium corpus peccat.

Quintum argumentum ab effectu proprio scortationis sumtum, quod in hunc modum nonnihil commutata orationis forma concludi potest: *Quicquid debonestat & contaminat proprium hominis corpus, merito est fugiendum, Scortatio debonestat & contaminat proprium hominis corpus, Igitur scortatio merito fugienda est. Est autem in proprium hominis corpus peccare hoc loco, ipsum debonestare, contaminare, honore debito spoliare, ludibrioq; exponere. Minor sola hic ponitur amplificata per comparisonem scortationis cum alijs peccatis. Alia peccata dicit extra corpus esse, hoc vero in ipso manere corpore, ac veluti notam illi inurere. Verum hic oritur perdifficilis quæstio, nam Dominus apud Matthæum ait: De corde exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemie: hæc sunt quæ inquinant hominem, Et Esaias: Manus vestrae sanguine pollute sunt, Et ad Roma. præbuitis membra vestra arma, iniquitatis peccato, Et ad Titum, Omnia*

nia munda mundis, contaminatis vero et infidelibus, nihil mundum, sed contaminata est eorum, & mens & conscientia, Et multæ similes sententiæ testantur totum hominem peccato pollui. Qui fit ergo, quod Paulus dicat: reliqua peccata esse extra corpus, Scortationem vero in corpore manere? Respondeo. omne peccatum hominem polluit, quantum ad reatum attinet, Nam vt mentem & conscientiam contaminat: Ita hominem totum reatu obstringit, Verum scortatio (qua omnis venus extra matrimonium per synecdochen significatur) non solum mentem polluit, conscientiam coinquinat, ac totum hominem nouo reatu commaculat: verumetiam quodam singulari modo probum inurit corpori ac ipsum conspurcat, ac veluti ludibrio conspurcatum exponit. Huius singularis maculæ ita Deo mirabiliter ordinante, haud raro in scortatoribus testimonia quedam apparent, vt sunt morbus Gallicus, & alij turpissimi, quos nominare nolo: Qui turpissimi morbi in honestis coniugibus non conspiciuntur. Nam vt illic maledictio coniuncta est cum violatione ordinis diuini: Ita hic benedictio ordinationem Dei comitatur. Hoc scortationis probum moueat honestos adolescentes, ne sinant se in scortationis volutabrum precipitari.

An

An nescitis, quod templum sit eius ritus sancti...

Sextum argum
quod hoc modo
sancti purum e
vestrum corpus
Igitur corpus
conseruari oport
phanandum e
vlla alia impur
habetis a Deo,
ne sua culpa gra
que thesaurum am
tus sint, vt spiritus
plum mundum sancti
terum, cui Corin
dictum est supra
redit, Quod quilibet
plum DEI, qui
iuxta Christi
meos audit, ac
nem apud eum
libet Christianam
um celebrare, sed
tione conseruari.

An nescitis, quod corpus vestrum
templum sit eius qui in vobis est spi-
ritus sancti, quem habetis a Deo?

Sextum argumentum à destinatis sumtum, quod hoc modo absoluitur: Templum spiritus sancti purum & mundum conseruari oportet, Vestrum corpus est templum spiritus sancti, Igitur corpus vestrum purum & mundum conseruari oportet. Proinde nequaquam prophanandum & polluendum est scortatione aut vlla alia impuritate. Cum autem addit: Quem habetis à Deo, Tacite admonet Corinthios, ne sua culpa gratuitum hoc donum tantumque thesaurum amittant, imo in hoc toti potius sint, vt spiritus sancti domicilium & templum mundum sanctumque conseruetur. Cæterum, cur Christiani dicantur templum Dei, dictum est supra capite tertio. Et summa huc redit, Quod quilibet Christianus ideo sit templum DEI, quod Deus in eo sit, habitetque, iuxta Christi promissionem: Qui sermones meos audit, ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. Deinde quod quilibet Christianus debeat perpetuis cultibus Deum ccelebrare, seq; mundum à peccati prophanatione conseruare.

Et non

Et non estis vestri iuris, emti enim estis precio.

Septimum argumentum à iure sumtum: Qui non sunt sui iuris non possunt se alijs Dominis mancipare, Christiani non sunt sui iuris, Ergo Christiani non possunt se alijs Dominis mancipare. Quare iniuriam Christo Domino faciunt qui scortationi se prostituunt, ac eius mancipia se sponte constituunt. Minor sola cum sua probatione ponitur, quæ ita concluditur: Christiani emti sunt precio, Igitur non sunt sui iuris. Hoc ipsum argumentum in exhortatione ad vitæ innocentiam vsurpat Petrus, cum ait: Scientes vos non caducis, argento aut auro fuisse redemptos ex vana vestra conuersatione, ex patrum traditionibus accepta: sed preciosi sanguine agni immaculati & incontaminati Christi.

Glorificate igitur Deum, in corpore vestro, & in spiritu vestro, quæ sunt Dei.

Conclusio exhortatoria, Cum non sitis vestri iuris, cum iam templa Dei sitis, &c. par est, vt Deum & corpore & anima glorificetis. Anima quidem glorificatur Deus, Primum cum recte sentimus de natura Dei, maiestate & veneratione. Deinde cum ei tribuimus omnem misericordiam, sapientiam, iusticiam & potentiam. Tertio cum quicquid habemus illi soli acceptum ferimus,

ms Quarto cum
 & affectibus
 inuocantes & pu
 tur, cultu, p
 prosternimus
 & prophanam
 sternimus, illi
 tuas. Purge
 castum consen
 precepto pre
 omnes nostra
 verba, refuta
 hominum inco
 tur ali ad glori
 tra Deum sua
 qui contraria his

Cap

Summ

ET si bonu
 veatur se
 re, modo fiat
 gale fas non
 Christianis, lic
 nem diuortium
 dit, soluitur pi

mus. Quarto cum nos illi ex fide, mente, volunta-
te & affectibus subijcimus, per patientiam eum
inuocantes & prædicantes. Sed corpore glorifica-
tur, cultu, puritate, & exemplo: Cultus, cum non
prosternimus nos coram Idolis more Papiſtarum
& prophanarum gentium, sed nos coram illo pro-
sternimus, illum in cælo querentes non apud ſta-
tuas. Puritate, cum corpus purum, ſanctum &
caſtum conſeruamus ab omni turpitudine ſexto
præcepto prohibita. Exemplo, cum actiones
omnes noſtræ externæ, vita, conuerſatio, geſtus,
verba, veſtitus & huiusmodi alia quæ in oculos
hominum incurrunt, ſunt talia quod illis inuen-
tur alij ad glorificandum Deum nobiſcum: Con-
tra Deum ſua gloria quantum in ſe eſt ſpoliant,
qui contraria his vel ſentiunt, vel agunt.

Caput VII.

Summa capitis ſeptimi.

ETſi bonum ſit vxorem non ducere, modo ca-
ueatur ſcortatio, vel ab vxoris thoro abſtine-
re, modo fiat ex conſenſu: tamen vinculum coniu-
gale fas non eſt, per diſceſſionem violare, nec
Chriſtianis licet propter religionis diſſimilitudi-
nem diuortium facere. Verum ſi infidelis diſce-
dit, ſoluitur pius à coniugij vinculo. Præterea
eſt

etsi virginitas præferenda est coniugio propter necessitatem præsentem : Tamen parentes non peccant siue filias suas nuptum dederint siue non: etsi melius fecerint si non elocauerint, nisi alia cogat necessitas. Neque viduis neganda sunt secunda nuptia.

Ordo & partes capituli septimi.

Orditur Apostolus à concessione, nimirum quod homini bonum sit mulierem non attingere, Cui subiungit restrictionem seu exceptionem duplicem videlicet, vt caueatur scortatio : & ne alter coniugum alterum fraudet debito coniugali. Deinde contra separationem coniugum ex sententia Domini disserit, præcipiens ne coniuges a se inuicem discedant propter animorum offensionem, Tum de impari coniugio agit, præcipiens ne fidelis coniugem deserat infidelem. at si sponte infidelis discesserit, soluitur fidelis a lege coniugij. his subiicit nonnihil de vocatione, cui addit de virginitate & de iure parentum in elocandis liberis disputationem. Postremo loco de secundis nuptijs agens, Etsi præfert cælibatum, liberas tamen relinquit secundas nuptias. Atque ita in hoc capite multi vtilis loci tractantur, vt de cælibatu, de necessitate matrimonij propter vitandam

da scortationem
di in matrimo
giorum diffi
vocatione, d
cendis nupti
me necessari
Corinthios
huius capiti

Exeg
ob

Cæterum c
bonum est
tingere.

Ex concessio
qua sequitur
pserunt & in
vel omnino
ro prorsus a
spondet per
lierem non
dum est, si h
xorem habet
at. Bonum
viciofo: vt Hi

dam scortationem, de debito matrimonij, de dissidijs in matrimonio ex animorum offensione & in geniorum dissimilitudine, de impari coniugio, de uocatione, de seruitute, de uirginitate, de secundis nuptijs: Quorum locorum cognitio summe necessaria est in Ecclesia, de quibus omnibus, Corinthios ad Paulum scripsisse, ex principio huius capitis apparet.

*Exegesis septimi capitis cum
observatione doctrinarum.*

Cæterum de ijs quæ scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non attingere.

Ex concessione hac & duabus exceptionibus quæ sequuntur, uidetur quod Corinthij Paulo scripserint & interrogauerint, *An liceret homini, vel omnino uxorem non ducere, vel ab uxoris thoro prorsus abstinere*: ad quam questionem respondet per concessionem, bonum est homini mulierem non attingere, id est, bonum & commodum est, si homo vel maneat sine uxore, vel si uxorem habet, ab eius consuetudine abste-
at. Bonum hoc loco non opponitur malo aut uicioso: ut Hieronymus & Monachi eum secuti inter-

interpretati sunt, sed significat commodum & expediens propter aliud, vt abstinere à vino est bonum, hoc est, commodum & expediens propter aliud, vnde tamen non sequitur, vinum bibere malum esse simpliciter. Quod autem non opponatur bonum hoc loco vitio, docet & matrimonij institutio quæ Dei benedictionem (qua omnes res male & turpes destituuntur) coniunctam habet: & exceptiones Paulinæ quæ sequuntur. nullo enim pacto concedendum esset matrimonium, si aut malum aut vitiosum esset.

Sed propter fornicationes vnusquisque vxorem suam habeat, & vnaquæque suum maritum habeat.

Prior exceptio. Bonum est homini ab vxore ducenda abstinere, modo non sit scortationis periculum. Verum si quis continere non potest, sed succumbit tentationibus, & vincitur prauis affectibus ita, vt voluntas succumbat etiam, illi non solum remedium conceditur matrimonium, verum etiam præcepto diuino ad coniugium obligatur. Nam cum dicit Paulus hoc loco: Unusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque suum maritum, non est concedentis oratio, sed præcipientis.

Vxori maritus debitam obedientiam reddat, Similiter autem & vxor marito.

Posteri-

Posterior exceptio. bonum est homini ab vxoris thoro abstinere, si modo illud ex consensu fiat, alioqui debent sibi inuicem mutuum officium & coniugalem beneuolentiam quam sibi mutuo promiserunt matrimonium contrahentes.

Vxor proprii corporis potestatem non habet, sed maritus. Similiter autem & maritus proprii corporis potestatem non habet, sed vxor.

Ratio reddenda mutue beneuolentiae in coniugio. quilibet iure exoluere tenetur quod alij debet, Ergo maritus cum eius corpus sit in potestate vxoris: & vxor cum eius corpus sit in potestate mariti, debent sibi mutuo debitam beneuolentiam exoluere.

Nolite fraudare vos inuicem, nisi si quid ex consensu fiat ad tempus, vt vacetis ieiunio & orationi.

Conclusio est superiorum. Si neuter coniugum potestatem habet proprii corporis, sed alter alterius. non igitur se inuicem fraudare debent debito coniugali. Hic primum obseruandum est ideo requiri consensum, quia non de vnus continentia sed duorum agitur. Deinde cum dicit ad tempus, prohibet perpetuam abstinenciam a thoro coniugali. contra quod spiritus sancti oraculum peccarunt Papistae dum permiserunt coniugibus

gibus modo Monachismum profiteri vellent perpetuam separationem. Præterea finem secubationis addit: Ut vacetis ieiunio & orationi. Ieiunium & oratio coniungi solent quando significatur solennis aliqua & publica orationis celebritas, cum vel aliquod magnum & arduum negotium aggrediendum sit, vel aliquod imminens periculum, aut præsens calamitas urgeat ad publicas preces instituendas. Porro his verbis Pauli abutuntur Monachi, cum ex illis inferunt thorum coniugalem rem esse viciosam & malam, vt quæ orationem quæ perpetua esse debeat, impediatur: Cui obiectioni iam responsum est, nempe quod Paulus non loquatur de perpetuis Christianorum precibus, sed de solennibus tantum, quæ fiunt præcedente & coniuncto ieiunio. Deinde instantiam damus ex hoc ipso loco Pauli, si illorum consequentia valet, valet & hæc: Cibus & potus impediunt ieiunium. Igitur cibus & potus mala sunt. hanc consequentiam quis recipiet?

Et rursus in vnum conuenite, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam vestram.

Prohibet secubationem perpetuam cuius prohibitionis grauissimam subiungit causam, ne videlicet tentet ipsos Sathanas propter incontinentiam

tiam suam : Nam cum perpetuo secubant coniu-
ges, Sathanas insidias struit carni & obijcit va-
rias libidines, in quas ruunt sepe cælibes imbecil-
litate carnis victi, ne igitur idem accidat coniu-
gibus, perputiam prohibet secubationem. Hæc
manifeste pugnant cum impuro cælibatus voto,
quod supra modum extollunt Papiætæ. Sunt qui
hæc verba: Ne tentet vos Sathan propter incon-
tinentiam vestram, referunt ad superiora, ac
si dicat Paulus, interdum secubandum esse con-
iugibus, ne propter nimiam libidinis incon-
tinentiam exponant se Sathanæ insidijs: Nam si-
cut qui abutuntur cibo & potu, exponunt se Sa-
thane, Ita qui in thoro coniugali intemperantius
vtuntur periculum sibi accersunt, Coniuges ergo
in timore Dei, vt cibo & potu, ita thoro coniugali
temperanter vtantur.

Hoc autem dico secundum veniam,
non secundum præceptum.

Prolepsis est : Nam ex superioribus aliquis
obijcere posset : Dicis, vnusquisque habeat suam
uxorem, & vnaquæque habeat suum maritum,
Ergo vis vt omnes matrimonium contrahant :
Respondit Apostolus concessionem esse quam pro-
posuit & non præceptum, conceditur enim omni-
bus vel à coniugio abstinere, vel matrimonium
contrahere, Verum si quis continere nequeat, ei
præcipitur vt remedium à Domino propositum
I 2 quærat

quærat. Porro cum Papistæ ex hoc loco sic ratiocinentur, Quod opus habet venia, culpa non caret, Coniugium opus habet venia, Ergo culpa non caret, Proinde pie faciunt qui perpetuam vouent castitatem : Respondeo eos non attendere, quo hæc Pauli verba referenda sint. Deinde perperam vrgere veniæ aut indulgentiæ vocabula. Nam *συγγνώμην* qua voce vtitur Paulus, quæ interdum remissionem notat vbi nullum simpliciter viciū est. Præterea illorum cauillatio refutatur multis Encomijs matrimonij, quæ passim in scripturis extant.

• Velim enim omnes homines esse, sicut & ego, sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius sic, alius autem sic.

Ratio cur velit superiora, non vt præceptum, sed vt concessionem intelligi, & seipsum exemplum proponit continentia. non ergo cum ait, vnusquisque suam vxorem habeat, & c. præceptum est, quo omnes vult adigere ad matrimonium: sed concessio qua status ipse liber relinquitur omnibus, sed ijs qui continere non possunt à Domino propositum remedium necessarium est. Verum ne quis de exemplo Pauli vniuersalem regulam constituat, restrictionem subiungit: Sed vnusquisque proprium donum à Deo habet, significans & continentiam donum esse & nemi-

nem

nem qui hoc donum non habet, debere Deum tentare, sed potius diuinitus proposito remedio uti cum gratiarum actione & timore Dei. Obseruandus locus, quod à nemine sit requirendus cœlibatus, nisi quatenus ipse speciale donum continentia habeat.

Dico autem inconiugatis & viduis, Bonum eis est si maneat ut ego, Si autem non continent, matrimonium contrahant.

Ratio voti: Optauit omnes esse sicut ipse est, idq; ideo, quia illud bonum & commodum ipsis esse videtur, Verum mox exceptionem repetit, modo quis dono castitatis sit præditus, quo si careat, matrimonium contrahat. Hac ergo distributio loco generis ponitur & intelligenda est de omnibus ijs, qui adhuc extra matrimonium viuunt, quorum neminem à matrimonio excludit, nisi donum continentia habeat.

Melius est enim matrimonium contrahere, quam vri.

Ratio exceptionis à collatione sumpta, Matrimonium est res bona, vstio qua quis ita incendio flammæ libidinis ardet, ut vel continere non possit, victa voluntate ab affectibus, vel ipsius preces impuritate affectuum contaminentur, mala est. Quare matrimonium præferendum est

uisioni. Non igitur hæc collatio est maioris & minoris mali, sed est boni per se, & mali collatio. melius proinde est, idem quod præferendum est, ut bonum malo, honorabile turpi. Diligenter hic Metaphora obseruanda est: non dixit Apostolus, Melius est nubere, quam calere libidinis affectibus, sed vri. Nemo enim mortalium est, qui non interdum sentiat libidinis calorem, sed non tamen omnes æstuant & ita vruntur, ut voluntas succumbat. Quare male faciunt, qui fere impuberes adolescentes cogunt ad matrimonium contrahendum, Cum potius studijs, laboribus, sobria vita, perpetuis exercitijs & precibus essent coercendi, ne intempestiuo coniugio interrumpant cursum studiorum suorum.

Coniugatis denuncio non ego sed Dominus, vxor a marito ne discedat: quod si discesserit, maneat in-nupta, aut reconcilietur marito, & vir vxorem ne dimittat.

Quia apud Corinthios fuerunt, qui religionis prætextu coniugij molestias excutere voluerunt, quoties inter coniuges orta esset aliqua offensio, propter animorum dissimilitudinem: Apostolus ex mandato Domini denunciât eis, quod nequaquam liceat coniugij legem violare, ac ita à se inuicem discedere, ut liceat nouas nuptias quaerere, Verum si inciderit talis offensa, ut vna habita-

habere neque
na, permittit
concedit nouas
conciliati tui
Apostolus ta
ribus, proprie
bellos repudi
tia, negligen
stias & hu
pter qua In
Quorum ex
licere diuor
as, nisi legi
qua Apostolus
mandum est, qu
Circiter de ser
sed vi Lucas &
tum de us canis
trivonia, substi
Abutuntur et
ligunt illicit
ob adulteriu
multorum se
rectius per
hunc Pauli
contulerunt.
Reliquis
Dicitur e

habitare nequeant propter acerbiteriam animo-
rum, permittit quidem separationem, sed non
concedit nouas nuptias, Imo vult, vt potius re-
conciliati rursus conueniant in vnum. Hic
Apostolus tantum loquitur de causis illis leuio-
ribus, propter quas viri vxoribus miserunt li-
bellos repudij, vt sunt sordes, ignauia, somnolen-
tia, negligentia rei familiaris, Garrulitas, moro-
sitas & huiusmodi alia mulierum vicia, pro-
pter quæ Iudæi præcipue sæpe fecerunt diuortia,
Quorum errorem Christus corrigit, & docet non
licere diuortium facere & nouas quærere nupti-
as, nisi legitima diuortij causa intercedat, de
qua Apostolus hic non agit. Non enim existi-
mandum est, quod Apostolus exceptionem quam
Christus deserte ponit Matth. 5. & 19. improbet,
sed vt Lucas & Marcus, ita ipse quoque tan-
tum de ijs causis agit, quæ non interrumpunt ma-
trimoniij substantiam violato coniugali thoro.
Abutuntur ergo hoc loco Papiſtæ, dum hinc col-
ligunt illicitas esse nouas nuptias factæ diuortio
ob adulterium, contra aperta Christi verba &
multorum sanctorum fratrum pronunciata, qui
rectius perpenderunt Christi responſionem, &
hunc Pauli locum diligentius cum verbis Christi
contulerunt.

Reliquis ego dico non Dominus.

Dicturus de coniugio inæquali, quod commu-
ni le

I 4

ni le

ni legi non subijcitur, præfatur se non expressum Dei verbum super ea re habere, sed id promere quod ex spiritu Dei hauserat: Sicut postea exponit cum ait, Existimo me quoque spiritum Dei habere.

Si quis frater vxorem habet infidelem, & ipsa consentit cum eo habitare, ne dimittat eam: Et mulier quæ maritum habet infidelem, & ipse consentit cum ea habitare, ne dimittat eum.

Quia apud Corinthios fuerunt, qui diuortium fecerunt propter religionis diuersitatem, præcipit fidelibus ne religionis prætextu demittant coniuges: modo velint infideles personæ in matrimonio contracto manere. cuius præceptionis postea causam subiungit.

Sanctificatus est enim vir infidelis in vxore, & sanctificata est mulier infidelis in viro.

Prolepsis est, poterant enim obijcere prophænum & viciosum esse thorum illum conjugalem propter alterius impietatem: sed Apostolus respondet, sanctum & purum coniugium esse, ita vt non contaminetur fidelis coniunx per infidelis impietatem, imo possit fidelis maritus bona conscientia vti vxoris infidelis thoro, & fidelis vxor thoro

thoro infidelis mariti. Nam plus valet fidelis coniugis pietas, vt coniunctio ista sit sancta, quam infidelis contagio ad prophanandum coniugium. Sed quomodo hoc conuenit cum ijs quæ alibi dicit: Nolite ducere iugum cum infidelibus? Nullus enim consensus Christo cum Belial. Respondeo, Aliud esse loqui de retinendis matrimonijs, aliud de contrahendis. Præterea, quomodo infidelis sanctificatur per fidelem? Respondeo. Sensus verborum Pauli hic est: Pietas fidelis coniugis nihil prodest infideli coniugi, sed ipsi fideli tantum, ne scilicet inquinetur per infidelis cohabitationem. sanctificatus ergo dicitur, cuius vsus est licitus, sanctus & Deo placens. Porro hoc Pauli dicto abutuntur, qui negant inter infideles & prophanos homines verum & legitimum matrimonium esse: Sed sciendum est, aliud esse verum matrimonium, aliud sanctum, Inter infideles quidem verum matrimonium esse potest, Sed sanctum minime, cum illorum mens & conscientia sunt polluta, atque ipsi sunt abominabiles coram Deo.

Alioqui pueri vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

Aetiologia ab effectu. si immundum esset coniugium, in quo alter coniugum est fidelis, & alter infidelis: immundi essent liberi in eo coniugio nati, Sed non sunt immundi, imo sancti, Non igitur est immundum tale coniugium: sed fidelis

I 5

potest

potest bona conscientia vti infidelis coniugis thoro. Asseneratio hac qua Paulus asserit, natos in sancto coniugio sanctos esse, diligenter obseruanda est. Est enim petita ex promissione fæderis initi inter Dominum & Abrahamum, his verbis: ero Deus tuus & seminis tui post te. Qui autem in Christum credunt, sunt semen Abrahamæ, Rom. 4. & Galat. 3. Cognoscitis sane quod qui ex fide sunt, sunt semen Abrahamæ, Sicut ergo Isaac & Iacob placuerunt Deo propter hoc fædus, Ita hodie Christianorum infantes, virtute promissionis sancti sunt ac placent Deo. Neq; obstat quod Paulus dicit, Nos nasci filios iræ, Et David: Ecce in iniquitatibus conceptus sum. Nam qui natura sua sunt filij iræ & immundi, gratia fæderis sunt filij Dei & sancti. Deinde quemadmodum placuit Iacob Deo in vtero matris, & iam infans in lucem editus etiam ante circumcisionem, idque propter promissionem fæderis: ita eiusdem fæderis virtute, Christianorum infantes editi in lucem placent Deo, etiam ante baptismum. Verum vt illud fædus olim circumcisionis signaculo conferebatur visibiliter & obsignabatur, Ita hodie baptismus est externum testimonium, applicatio & testificatio inuisibilis gratiæ. Præterea vt illi, qui in veteri populo contemserunt circumcisionis præceptum, exterminabantur de populo Dei: Ita hodie contemptus baptismi nocere putandus est. hic ergo docet A-
postolus

populus, singuli
Christianorum
tur filij iræ, &
dammandus e
negant infan
festum su, be
de & illi a
trouantes
cum peccato
eos sanctos
est natura
hoc Pauli
gunt, ac si
gimus esse,
Sed hæc in
tore enim ad
beantur similiter
non mirum legi
ingens nascuntur

Quod si
Non en
ter aut

Anticipat
Christiano vt
igitur faciend
feratur? Respo
non hic consci

postolus, singulare priuilegium esse infantum Christianorum. Nam etsi communi lege nascuntur filij iræ, gratia tamen Dei sancti habentur. damnandus est igitur furor Anabaptistarum, qui negant infantes baptizandos esse: cum manifestum sit, baptismum fœderis sigillum esse. Deinde & illi damnandi sunt, qui ex hoc loco ratiocinantes negant infantes Christianorum nasci cum peccato originis, propterea quod Paulus hic eos sanctos pronunciet. Nam illa sanctitas non est nature sed gratiæ, ut dictum est. Sunt qui hoc Pauli dictum de sanctitate civili intelligunt, ac si Paulus statueret eos propterea legitimos esse, quod alter parentum sit fidelis: Sed hæc interpretatio stare non potest. quantum enim ad hoc, attinet, ut pueri legitimi habeantur civiliter, par est conditio omnium. Nam non minus legitimi sunt, qui ex infidelibus coniugibus nascuntur, quam qui ex fidelibus.

Quod si infidelis discedit, discedat,
Non enim subiectus est seruituti fra-
ter aut soror in talibus.

Anticipat obiectionem, non concedis Paule Christiano ut fidelem coniugem deserat: Quid est igitur faciendum fratri aut sorori, si ab infideli deseratur? Respondet, Infidelis si discedit, discedat, non hic conscientia piæ leditur. Non enim facit, sed

sed patitur iniuriam ab infideli qui diuortium facit per desertionem. quod cum fit soluitur fidelis à cōiugij vinculo, ne cogatur à secundis nuptijs abstinere, si modo ijs opus habeat ad pie sancteque viuendum. Hoc Pauli dictum etiam ad desertionem illam recte accommodatur, cum maritus matrimonij vinculum pertasus, deserit coniugem: aut cum vxor maritum relinquens fugit alio, vt matrimonij legibus liberata licentiosius viuat. Verum hic magna prudentia adhibenda est, cum petit deserta persona iudicis sententiam, vt concedantur nouæ nuptiæ. Quare de hac re nonnulla adiicienda videntur. Antequam igitur feratur iudicis sententia, examinanda & diligenter perpendendæ, sunt hæc quatuor circumstantiæ: Prima, conditio personæ desertæ. Secunda, conditio personæ deserentis. Tertia, tempus desertionis. Quarta, inquisitio desertoris. Prima circumstantia est de persona deserta, in qua spectandum quomodo se in matrimonio ante desertionem gesserit. Nam si ita se gessit, quod non causam euidentem desertionis præbuerit vllò infami factò aut turpitudine, iuste de iniuria coram iudice conqueri potest: Sin minus & causam desertionis præbuerit efficacem, iniusta est querimonia, etsi desertor in magna culpa est, qui impatientia victus dissoluit fœdus quod à Domino sancitum erat. Secunda circumstantia examinanda hæc est, Num deserens persona sponte aut

ad coactæ, ma
deserit: Si
damni, debuit
in se recipere
tus manus
actus disce
vxore propi
aut ob alia
ditus ad v
vxore tedi
dus liberis
trimonium.
li causa disce
mariti reditu
bili causa hoc
Tertia est temp
esse conuenit, si
rens, vel diem
significauit. Se
Verum si vnu
fecit reditus
in reformat
nia, tres an
quam ei co
circumstanti
tequam fera
suetudinem
sis, vbi ita co
cito, vt vocam

aut coacte, metu forte alicuius pœnæ aut damni
 discesserit: Si coactus discessit metu pœnæ aut
 damni, debuit vxor conscia partem ærumnarum
 in se recipere, & maritum fugientem magistra-
 tus manus inquirere, Verum si sponte & non co-
 actus discessit, id aut consentiente & concedente
 vxore propter rem forte familiarem augendam,
 aut ob aliam iustam causam, cum promissione re-
 ditus ad vxorem fecit, aut ignorante & inuita
 vxore tadio coniugij hoc fecit, vt iam vagabun-
 dus liberius suas sectetur voluptates extra ma-
 trimonium. si ergo consentiente vxore de probabi-
 li causa discessit, æquum est vt mulier expectet
 mariti reditum: At si inuita vxore sine proba-
 bili causa hoc fecit, desertor iudicandus est.
 Tertia est temporis circumstantia, quod longius
 esse conuenit, si vel concedente vxore abiit ma-
 ritus, vel dum abfuit per literas aut nuncios
 significauit, se ad desertam vxorem reuersurum.
 Verum si inuita vxore discessit, & nullam spem
 fecit reditus sui ad vxorem desertam, Consistoria
 in reformatis Ecclesijs Germaniæ, & hic in Da-
 niæ, tres annos desertæ personæ præscribunt, ante-
 quam ei concedunt nouas nuptias. Postrema
 circumstantia, est de inquisitione desertoris an-
 tequam feratur iudicis sententia: Et probo con-
 suetudinem consistorij Lundensis & Roschilden-
 sis, vbi ita constitutum est, vt ter in publico pla-
 cito, vt vocant, queratur desertor, Qui si inuentus
 fuerit,

fuerit, curabitur à deserta persona citari literis
 supremi iudicis in causis matrimonialibus, In
 diœcesi vbi relicta est innocens persona, ad diem
 iudicio dictum: At si non fuerit inuentus, in-
 quisitionis testimonium obsignatum affera-
 tur à deserta persona, & tradatur iudicibus.
 His quatuor circumstantijs diligenter perpen-
 sis, iuxta hanc regulam ferri potest senten-
 tia. Si deserta persona honestatis testimoni-
 um habet, & desertor improbus sponte inui-
 tam deseruit, post triennium possunt concedi
 deserta personæ secunda nuptiæ. Nam & ve-
 rissimile est, desertorem tanto tempore haud
 continenter vixisse: & iustum est, vt infirmi-
 tati deserta personæ consulatur, ne desertoris cul-
 pa puniatur innocens, Ac ita si continere nequit
 ruat in periculosas tentationes, & tandem
 in laqueum Diaboli. Neque quisquam recte
 obiecerit, hoc Pauli dictum tantum intelligen-
 dum esse de eo, qui à fide Christi alienus ab
 vxore pia discedit. Nam qui sanctissimum con-
 iugij fœdus impie & temere dissoluit, fidem
 Christi factis abnegat, & est infideli deterior.
 Huc facit quoque, quod Paulus causam li-
 berationis coniugis fidelis à seruitute coniu-
 gis infidelis, non statuit impietatem disceden-
 tis (Nam supra pronunciauit infidelitatem non
 esse iustam diuortij causam) sed discessum
 infidelis. Quare, cum alter coniugum disce-
 dit

da hoc legiti-
 mo superiorib-
 tu deserta pe-
 nas nuptias
 conscientia
 contrahere
 tore per iud-

Sed ad

Hoc non
 pertinet,
 dixerat. nec
 beat dimite-
 nos ad pacem
 nos vivamus,
 test illa pietat
 sanamus de ser-
 com aduersari-
 Ita tamen vt
 Paulus: pac-
 tum in vobis

Ecquid
 sis serue
 an vxor

Alia ratio
 coniugem di-

dit sine legitima causa, seruatis circumstan-
tibus superioribus, potest iudex bona conscien-
tia desertæ personæ ius facere contrahendi no-
uas nuptias, & potest desertæ personæ bona
conscientia ad pie sanctæque viuendum nouas
contrahere nuptias, sed prius liberata à deser-
tore per iudicis sententiam.

Sed ad pacem vocauit nos Deus.

Hoc non ad proxime præcedens membrum
pertinet, sed ad probandum id quod superius
dixerat. nempe, quod fidelis coniux, non de-
beat dimittere infidelem, quia Deus vocauit
nos ad pacem, vt concorditer & pacifice inter
nos viuamus, quantum id quidem fieri po-
test illasa pietate. Hinc generalem doctrinam
sumamus de seruanda pace & concordia etiam
cum aduersarijs religionis nostræ & infidelibus,
Ita tamen vt salua maneat pietas. Hinc alibi
Paulus: pacem cum omnibus habentes quan-
tum in vobis est.

Ecquid enim nosti vxor an virum
sis seruatura? Aut ecquid nosti vir
an vxorem sis seruaturus, an non?

Alia ratio à commodo, cur nolit fidelem
coniugem dimittere infidelem, nimirum,
vt

vt infidelis tandem pacifica & honesta consuetudine fidelis coniugis persuadeatur, vt impietate relicta ad Deum conuersus saluetur. Obserua hic tribui instrumentis, quod proprium est solius Dei. Præterea obserua quo referrî debeat concordia illa & pax, quam cum infidelibus habendam dixit, nimirum vt tandem conuersi saluentur. Deinde quoque obserua, quod Paulus velit in coniugio Christiano scholam quandam esse, in qua erudiantur homines ad pietatem. vt ergo fidelis coniux pacifice habitare debet cum infideli ea spe vt tandem resipiscat, Ita nostra conuersatio cum hostibus religionis nostræ debet esse pacifica, ne odio aduersus alios laborare videamur, ac ita illos magis à pietate absterreamus.

Vt vnicuique partitus est Deus, vt vnumquemque vocauit Dominus sic ambulet, atque ita in Ecclesijs omnibus constituo.

Alia ratio, cur nolit fidelem coniugem deserre infidelem coniugem, à voluntate & vocatione Dei. Quilibet in vocatione sua, quam ex dono Dei habet, manere debet, Donum Dei est & Dei vocatio, quod fidelis sit impari coniugio constrictus. ergo non excutiat iugum, sed illud ferat donec Domino visum fuerit. Sola maior ponitur amplificata comparatione. Locus hic obseruandus aduersus multorum *πολυπραγμοσύνη*, qui non solum

CA P
solum curiose &
se ingerunt. veru
hic toti incumbu
ent, ac eundem
hominum gem

Circum
arrahat
quis vo
Circum
nihil est
rum De

Exemplis
amplificata am
dis, actione q; con
ant, nimirum vt
ihesus mandata.
obseruationem ma
tionem erga De
dis & pacis
& pacem qu
obedire.

Vnusqui
catus fuit
Transfert h
interferit gene
seu vocatione
in ea vocatione

solum curiose & maligne in aliorum vocationes se ingerunt: verum etiam suis negocijs neglectis in hoc toti incumbunt, vt alios debito honore spoli- ent, ac eundem in se transferant, pessimum sane hominum genus.

Circumcisus aliquis vocatus est, ne attrahat præputium: in præputio ali- quis vocatus est, ne circumcidatur. Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandato- rum Dei.

Exemplis maiorem illustrat addita ratione amplificata antithesi, vt ostendat, quo vita, stu- dia, actionesq; omnes Christianorum referri debe- ant, nimirum vt studeamus Deo placere iuxta ipsius mandata. Nam cum commendat nobis obseruationem mandatorum Dei, significat dile- ctionem erga Deum & proximum veræ concor- diæ & pacis causam esse, quam concordiam & pacem quærere debent qui statuerunt Deo obedire.

Vnusquisque in vocatione in qua vo- catus fuit, maneat in ea.

Transfert hypothesein suo more ad thesin, & interserit generalem doctrinam de vitæ genere seu vocatione cuiusque: ac præcipit, vt quisque in ea vocatione in qua fuit dum conuerteretur.

K

ad Do-

ad Dominum maneat. Ut autem hoc loco commendatur vnique sancta cura & diligentia in suo officio, ita damnatur πολυπραγμοσυνη, qua homines curiose aliena examinant proprio officio neglecto.

Seruus vocatus es? ne sit tibi curæ: sed si potes etiam liber fieri, potius vttere.

Ne quis putaret seruilem conditionem cum libertate Christiana pugnare, Anteuertit, & precipit ne quis anxie sit sollicitus, quasi seruilis conditio Christianis indigna esset, sed hoc potius se consoletur, quod à misera seruitute peccati & mortis, per Christum sit manu missus, & interim ferat seruitutis iugum donec domino visum fuerit. quod si etiam libertate aliquando fuerit donatus, accipiat conditionem in timore Domini, cum gratiarum actione. Hic locus exceptionem habet thesisi precedentis, quod liceat conditionem viliores meliori commutare, si modo fiat legitime sine dolo malo, sine auaritia & aliorum iniuria per ordinaria media.

Etenim qui in Domino vocatus est seruus, libertus Domini est.

Ratio cur non debeat anxius esse Christianus, cuius seruilis est conditio: nempe quod Domini sit libertus, qua libertate omnis ciuilis libertas inferior

inueni est. qua
reberi sunt, t
sui exenti. hi
serui & oppo
tem spiritus p
ra & seruitu

Similiter
seruus et

Hoc est, i
ad participat
Eius est Chri
ritualium cum
est sine quo libe
sto. Iesu neque ser
fectantur in reg
tu ciuilis conditio

Precio emiti
minum.

Quid? An
es, ne sit tibi c
nus serui bo
indicat seruitu
diuersam esse
ad obedientiam
Eum est nihil i
nis possit esse lib
dicat, Non opo

inferior est. quos enim liberos reddit filius, vere liberi sunt, ut qui peccati & mortis carcere sint exempti. hinc ergo petant consolationem pijs serui & opponant diuturnius bonum & libertatem spiritus presenti afflictioni, non diu duratura & seruituti corporis.

Similiter & qui liber vocatus fuit, seruus est Christi.

Hoc est, is cuius conditio libera erat quando ad participationem Christi vocatus est, iam factus est Christi seruus, Quare quantum ad spirituales cum Christo societatem attinet, perinde est siue quis liber, siue seruus sit. Nam in Christo Iesu neque seruus, neque liber est, hoc est, non spectantur in regno Christi seruitutis aut libertatis civiles conditiones.

Precio emti estis, ne fiatis serui hominum.

Quid? An non modo dixit, si seruus vocatus es, ne sit tibi cura, Cur ergo hic prohibet ne fiamus serui hominum? Ratio hic prefixa sane indicat seruitutem, de qua hic loquitur Paulus, diuersam esse à superiori, quantum scilicet ad obedientiam attinet. Nam antea saepius dictum est nihil impedire, quo minus seruus hominis possit esse libertus Christi. Nunc autem cum dicit, Non oportere nos hominum seruos fieri, propte-

propterea quod precio emti simus, significat restringendam esse obedientiam erga Dominos, nimirum vt illis obtemperent, donec obedientia illorum potest stare, cum libertate quam in Christo habent. non vult ergo vt cupiditatibus Dominorum obtemperent in rebus à Domino prohibitis: quod qui faciunt amittunt libertatem spiritus, & denuo fiunt peccati mancipia. Nam qui facit peccatum, seruus est peccati. Anteuertit igitur hic seruorum obiectionem, qui poterant obicere, quod sæpe rogantur facere, quæ à Deo prohibita sunt, Quare hic monet obedientiam erga Deum præferendam esse. Huc facit quod Paulus ad Ephesios monet seruos, vt obtemperent Dominis carnalibus in Domino, hoc est, in timore Domini & propter Dominum, significans obedientiam seruorum non debere pugnare cum obedientia quam Deo debent.

Vnusquisque in quo vocatus fuit fratres, in hoc maneat apud Deum.

Conclusio est de vocatione, nempe vt quisque ita se gerat in suo vitæ genere, vt qui coram Dei conspectu commisso officio fungatur. Hic locus primum docet diligentiam in legitima vocatione, cultum esse Dei, modo ex fide fiat. Deinde docet Deum inspectorem esse nostri laboris, vt nos excitet ad sanctam curam, inuocationem & timorem Dei in nostro officio.

Cate-

Ceterum de virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, vt misericordiam consecutus a Domino, quo sim fidelis.

De virginitate seruanda dicturus, præfatur se non ex verbo expresso quicquam de virginitate habere, sed id tamen dicere quod sentit, non per rationem, sed per misericordiam qua diuinitus instructus est, vt sit in officio fidelis. id ergo quod sentit Apostolus spiritus Dei oraculum putandum est, [Existimo igitur hoc bonum esse propter presentem necessitatem, quod bonum sit homini esse sic.] Sententiam suam de Virginitate seruanda hac propositione exponit Apostolus, & pronunciat bonum, id est, commodum & expediens esse propter aliud, nempe presentem necessitatem. Loquitur autem Apostolus de eo tempore quo hæc scripsit, cum scilicet vix liceret pijs vlllo loco consistere propter persecutiones: quæ tempore Apostolorum & postea multis annis, cum adhuc fere omnes mundi principes persequerentur Christi nomen, erant grauissima. Pertinet igitur hoc dictum ad circumstantiam temporis, quo hæc Apostolus scripsit, quando nusquam tutum erat fidelibus a iactatione persecutionum. Nonnulli hoc referunt ad perpetuam Ecclesiæ conditionem, sed quomocunq; accipias sub conditione hac intelligendum est: si donum continentie adest.

Alligatus es vxori? ne quæras dissolutionem: solutus es ab vxore? ne quæras vxorem.

Ne quis ex sententia Pauli male detorta inferret, bonum esse vxorem dimittere, cum bonum sit vxorem non ducere & cœlibem viuere propter præsentem necessitatem, Anteuertit obiectionem & prohibet spontaneam dissolutionem, & consulit, vt qui vxorem habet, eam ne dimittat propter præsentia pericula: & qui cœlebs est ab vxore abſtineat, quo minus illi sit impedimento, in ferendis imminentibus calamitatibus. Verum hoc poſterius membrum sub conditione superius posita intelligendum est: si scilicet continere potest.

Quod si etiam duxeris vxorem non peccasti, & si nupserit virgo non peccauit.

Iam liberum facit Apostolus vtrumque statum, cœlibatum scilicet & coniugium, ne quis ex sententia proposita, perperam concluderet, eos qui matrimonium contrahunt peccare, quod certe facerent, si cœlibatus & virginitas per se & non propter aliud bona essent. Nam si quid per se bonum & laudabile est, eius profecto contrarium malum & vituperabile inuenitur. Quare ex hoc loco discamus, coniugio anteferre cœlibatum, non quod hic magis placeat Deo quam

quos illud, sed
rines seruis ad
sua præstanda
pim.

Sed afflic
turi hui

Causam
ferat. Nam

cat autem
num homin

vitam spect

tas molesti

peccato exorta

domestica adm

moda, que ex de

ctat. Apostolus,

sum se totos Deo e

At ego vob

Restritio e

mitati consu

gere exoptem

vacui, Veru

habenda est

medium diu

hic significat in

fictionibus.

Hoc autem

quam illud, sed propter aliud, nempe vt expedi-
tiores simus ad sustinenda pericula, & alia of-
ficia præstanda: Si modo assit continentia do-
num.

Sed afflictionem in carne sunt habi-
turi huiusmodi.

Causam reddit cur cælibatum coniugio præ-
ferat. Nam in coniugio maior est afflictio. Vo-
cat autem Apostolus hoc loco carnem exter-
num hominem, & quæcunque ad præsentem
vitam spectant. Cum igitur coniugium mul-
tas molestias secum trahit ex hereditario
peccato exortas, veluti curam liberorum rei
domesticæ administrationem, & alia incom-
moda, que ex deprauatione morum nascuntur,
optat Apostolus, vt pij istis molestijs vacui, pos-
sint se totos Deo dicare.

At ego vobis parco.

Restrictio est ac si dicat, cupio vestræ infir-
mitati consultum adeo vt vos coniugio non indi-
gere exoptem: quo sitis omnibus istis molestijs
vacui, Verum si coniugio carere non potestis,
habenda est vestræ infirmitatis ratio per re-
medium diuinitus ordinatum. Parcere igitur
hic significat indulgere & cupere subleuatos af-
flictionibus.

Hoc autem dico fratres, quoniam

K 4

tem-

tempus contractum est in posterum.

Quod hæc intelligenda sint de vsu sancti coniugij, Enumeratio sequens ostendit. sumit enim argumentum a vitæ humanæ breuitate: vnde infert, ita vtendum esse coniugio & alijs rebus terrenis, ne nos a Deo auocent. Nam quo propior est terminus vitæ, eo magis de migratione cogitandum, cauendumq; ne quid obstet, quo minus simus parati ad migrandum omni momento. Obseruandus locus quod breuitas humanæ vitæ, & termini vitæ nostræ incertitudo debeat nobis incitamentum esse ad bene pieq; uiuendum: Nam vt recte inquit Seneca, Sicut fabula sic & vita, non quam diu, sed quam bene sit acta refert. Porro tempus hic contractum, vocat metaphora à velis seu alijs rebus quæ complicari possunt, sumta.

Vt & qui habent vxores, sint vt non habentes, & qui flent vt non flentes, & qui gaudent, vt non gaudentes, & qui emunt, vt non obtinentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtentes.

His Paradigmatis non vult nos res terrenas abijcere, sed ita eis vti, ne sint nobis impedimento, quo minus Deo adhareamus. Hinc ergo summatim discamus, ita adharendum esse rebus terrenis,

remisac se omni
he est, ita vna
ram actione, m
ca que saluti
Ut fletus res
Metonymic

Præter

Ratio a
di sunt, spe
los hominu
e conspectu
vt eas ante
ijs ita impet
possimus.

Velim aut
ne esse.

In quem se
calibatum v
fert coniug
stianos ita
nullis auoc
lit nos esse
de prophat
pedit quo n

Qui co
Domit

renis, ac si omni momento hinc migrandum esset, hoc est, ita vtendum esse donis Dei, cum gratiarum actione, ne sit nobis impedimento, quo minus ea quæ salutis nostræ sunt diligenter curemus. Ut fletus res aduersas, ita gaudium res prosperas Metonymice significat: reliqua nota sunt.

Præterit enim figura huius mundi.

Ratio a vanitate huius mundi. quæ huius mundi sunt, speciem quidē habent incurrentem in oculos hominum, sed mox euanescent & auferuntur e conspectu. quare stultum est illis ita occupari, vt eas anteferamur obedientiæ erga Deum, aut ijs ita impediamur, vt non toti addicti Deo esse possimus.

Velim autem vos absque sollicitudine esse.

In quem finem superiora dicta sint, & quare cælibatum in ijs qui continentibus esse possunt, præfert coniugio, hoc voto indicat. optat enim Christianos ita totos addictos Domino esse, vt ab eo nullis auocamentis auocentur. Quod autem velit nos esse absque sollicitudine, intelligendum est de prophana huius mundi sollicitudine, quæ impedit quo minus Deo adhareamus.

Qui cælebs est, curat ea quæ sunt Domini, quomodo placiturus sit Do

K 5

mino

mino, at qui duxit vxorem curat ea quæ sunt mundi, quomodo placiturus sit vxori. discreta sunt ea, quæ est vxor & ea quæ est virgo: quæ est innupta curat ea, quæ sunt Domini, vt sit sancta cum corpore, tum spiritu, Quæ vero nupta est curat ea quæ sunt mundi, quomodo placitura sit viro.

Probat ab effectu sancti cælibatus, cur præferat cælibatum coniugio piorum, qui prophanis hominibus copulati sunt. Non enim hic loquitur de quouis cælibatu, sed tantum de eo qui susceptus est propter regnum Dei, ab ijs qui dono continentie sunt præditi. Neque loquitur de quouis coniugio, sed de impari, in quo fideles infidelibus seu mundo deditis copulati sunt. Nam alias neque cælibatus per se curam eorum quæ Dei sunt affert, neque coniugium per se à Deo ad res terrenas abstrahit. Nam plerique cælibes, vt in regno Antichristi videre est, videlicet in Cardinalibus, Episcopis, Sacrificulis, Monachis & Monialibus, non ea curant quæ Dei sunt, sed quæ sunt mundi. Ut sunt, manifesta doctrinæ deprauatio, sacramentorum & disciplinæ corruptio, sacrilegia, stupra, adulteria, & aliæ nefandæ libidines. Nec omnes iuncti matrimonio curant quæ mundi sunt, sed plurimi eorum quæ Dei sunt. Ut videre est in Abraham, Isaac, Iacob, Zacharia

o. a.
dicit & dicit
prophetis. Quæ
libet fidelem
lem maritum
tum pius exbo
clesia domes
curent & pi
ciat. Deu
procreare, &
pti ne Dom
uare officijs
Deus colitu
vt hac opera
censeantur.
an facere spirit
di testimonio ab
imparum cælibat
per se & ad ecce
quæ per se boni

Hoc aut
dico, no
am, sed
vt Dom
distractio

Rursus mo
significat se ne
sende vxoris

charia & alijs multis sanctis Patriarchis & Prophetis. Nam in sancto coniugio maritus qui habet fidelem uxorem, & uxor quæ habet fidelem maritum, adiuuant se mutuo, cum exemplo, tum pijs exhortationibus (quemadmodum in Ecclesia domestica fieri docet) ut ea quæ Dei sunt curent & prophanam mundi sollicitudinem abijciant. Deinde propria coniugum officia, ut sunt: procreare, & educare liberos in timore & correptione Domini, eosdem instituere, se mutuis adiuuare officijs: sancta sunt opera & cælestia quibus Deus colitur à sanctis coniugibus. tantum abest, ut hæc opera prophana & Christianis indigna censeantur. Ex his haud obscurum est, iniuriam facere spiritui sancto Papistas, qui hoc Pauli testimonio abutuntur ad confirmandum suum impurum cælibatum, tanquam cultus Dei esset per se, & ad extenuandam coniugij dignitatem, quasi per se homines à pietatis auocaret studio.

Hoc autem ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam, sed ad honestatem & decorum, ut Domino adhæreatis absque ulla distractione.

Rursus moderatur consilium de cælibatu & significat se nemini imponere necessitatem vel ducendæ uxoris vel non ducendæ, sed simpliciter

ter ostendere vtrum vitæ genus sit commodius, vt quisque suas hic vires expendat. vtilis quidem & commodus est cælibatus pijs, quibus nihil periculi est ab incontinentiæ malo. Nam tum nullis rebus externis occupati, possunt absque vlla distractione Domino adherere in spiritali illo coniugio, quo nihil est honestius nihil sanctius. Verum si continere nequeunt, contrahant matrimonium, ne stulte affectatus cælibatus coniciat ipsos in laqueum Diaboli. In summa ergo hic duo consideremus. Primum, in quem finem sit expetendus cælibatus, non vt putetur cultus esse aut magis placere Deo quam coniugium, sed vt adhæreant cælibes Deo absque vlla distractione. Secundum, laqueus non est iniiciendus cuiquam, vt arceatur a coniugio: quod liberum relinqui debet omnibus. etsi secus & contra Paulum adultores antichristi decernunt.

Si quis autem virgini suæ indecorum iudicat, si excedat florem ætatis, & ita fieri debet, quod voluerit faciat non peccat: nubant.

Nunc sermonem conuertit ad parentes habentes filias adultas, quibus potestatem facit elocandi filias si velint. Verum quod interponit: Et ita fieri debet, Restrictio est, & intelligendum est hoc modo: Si virgo castitatis dono destituitur debet ita fieri, nempe vt tradatur nuptui
quo,

arictur sunt
in virgo castita
bus elocandi f
parentes: quo
castitatis leg
dono castita
quo peculia
at in chral
intelligend
etiam de n
de filijs.

Qui au
celsitat
vero hab
& hoc de
uet suam v

Quemadme
care filias que
hic in facie
bent castita
Pauli est
explanati
firmus in
apud se.
non obstat
uari possit
da est, Nat
dis suis vir

quo vitetur scortatio. Contra vero si donum habet virgo castitatis, liberum relinquitur parentibus elocandi filias & non elocandi. Hinc discant parentes: quod non liceat ipsis, liberis perpetuam castitatis legem imponere, nisi prius constiterit de dono castitatis, quod rarissime contingit sine aliquo peculiari morbo aut defectu. Porro quod dicit in plurali numero: Nubant. *synthesis est*, nam intelligendum est, non tantum de vna filia, sed etiam de multis, si quis plures habeat, imo etiam de filiis.

Qui autem stat firmus in corde necessitatem non habens, potestatem vero habet super propria voluntate & hoc decreuit in corde suo, vt seruet suam virginem, bene facit.

Quemadmodum liberum fecit parentibus elocare filias, quæ donum castitatis non habent: Ita hic ius facit eisdem non elocandi filias, quæ habent castitatis donum. Hic sensus verborum Pauli est simplicissimus. Verum dictio apostolica explanatione aliqua indiget: Qui autem stat firmus in corde suo, hoc est, qui firmiter statuit apud se. Necessitatem non habens, hoc est, cui non obstat filie infirmitas, quo minus virgo seruari possit: Atque hæc exceptio diligenter notanda est, Nam restringit ius parentum in seruandis suis virginibus: Potestatem vero habens super

per sua voluntate, hoc est, cuius voluntas ab altero non pendet: Pendet autem patris voluntas à liberorum voluntate hætenus, vt infirmitatis illorum rationem tantum habeat, vt nec inire possit nec debeat ab illis exigere cælibatum, qui hoc dono diuinitus non sunt donati: Conditione ergo castitatis salua, bene facere parentes pronunciat, qui suas virgines seruant, idq; propter causas supra commemoratas.

Itaque qui & nuptum collocat, bene facit: & qui non collocat nuptum, melius facit.

Conclusio est sermonis de parentibus habentibus liberos in sua potestate. in vtroque membro subintelligenda est exceptio supra posita, hoc modo: Qui nuptum collocat filiam que continere nequit, bene facit consulens infirmitati virginis, vt vitetur scortatio: Qui non collocat nuptum, scilicet filiam habentem donum castitatis melius facit, hoc est, commodius filie consulit propter causas supra expressas. Porro ex hac parte duo concludamus præter ea quæ dicta sunt, Primum, liberos esse in potestate parentum, Alterum quod ex primo sequitur, non licere liberis contrahere matrimonium sine parentum consensu. Qui enim id faciunt, parentes contemnunt & legem Dei pro nihilo habent, Quare possunt parentes suo iure tales contra-

contractus infringere, vt impios & illicitos, Sed per sententiam iudicis.

Mulier alligata est legi quam diu maritus eius viuit, Si autem mortuus eius fuerit maritus, libera est, cui vult nubat, modo in Domino. At beatior si sic maneat secundum meam sententiam, Existimo autem me quoque spiritum Dei habere.

Hic peculiariter de viduis mulieribus agit, ne existimarent se ob sexus conditionem exemptas esse, ne sibi liceret quod viris licet. Est autem summa sententia: Alie nuptia post mortem maritorum viduis concedantur modo in Domino, hoc est, si in timore Domini & religiose id fiat. Hanc suam propositionem probat Apostolus argumento à contrarijs sumto: Mulier alligata est legi (scilicet quæ sanxit viri & mulieris societatem indiuiduam) quam diu maritus eius viuit, Ergo mortuo marito libera est: Si libera est, nubere potest cui vult. Huc addit correctionem (quæ tantum locum habet in viduis habentibus donum castitatis, qualis fuit Anna prophetissa) Beatior vero est si sic maneat secundum meam sententiam, id est, quemadmodum ego spiritu Dei edoctus iudico. Nam existimo me quoque habere spiritum Dei, quo dictante hæc scribo, ne contemnantur tanquam ab homine prof. Et a.

profecta. Porro beatior dicitur, non quod viduitas per se sit virtus quæ magis Deo placet quam honestum coniugium: sed quia a curis mundi (modo dono castitatis non fuerit destituta) erit alienior. Hic locus quia tantum agit, quid liceat viduis, an illis concedendæ sint aliæ nuptiæ: perperam opponitur sententiæ Christi Matth. 5. & 19. vbi adulterio solui vinculum coniugale asserit Dominus. Deinde Paulus desertione solui coniugium asseruit. Propterea hic locus opponatur veteribus quibusdam, inter quos Athenagoras hanc turpissimam vocem euomuit, quod secundæ nuptiæ sint *σεμνὴ μοιχεία*. Deinde opponatur Papiſtis, qui negarunt benedictionem secundis nuptiis, & legibus suis vetuerunt, ne quis clericus secundis nuptiis interesset. Quare nos opponamus vnum Paulum omnibus. Ante christi morionibus: & spiritum quo dictante hæc scripsit Paulus, Spiritui Sodomitico Papiſtarum: quo ruunt prætextu cælibatus in varia nefandarum libidinum genera.

Caput VIII.

Summa capitis octauæ.

ET si per se licitum est idolothytis vesci: tamen qui cum offendiculo fratris infirmi hoc facit

facit, vulnerans ipsius conscientiam infirmam,
reus fit, vt qui in Christum peccet.

Ordo & partes capituli octau.

Ut in sexto capite proposuit de rebus medijs
& confutauit illorum errorem, qui scortationem
in medijs numerarunt, Et inde in septimo celi-
batum & coniugium res medias docuit: ita hic
in octauo aliud genus rerum mediarum propo-
nit, nempe de vsu idolothytorum, hoc est, cibo-
rum qui idolis erant consecrati. Ac in princi-
pio capituli Ironiam concessionem ponit, & con-
cedit illis scientiam qua freti Idolothytis visce-
bantur, sed mox corrigit asserens eam scientiam
nihil esse, qua non temperata sit charitate Dei
& proximi. Deinde per Mimesin eorum ver-
ba, qui Idolothytis vescebantur recitat vna cum
rationibus firmissimis, quibus idola nihil esse ra-
tiocinabantur, vnde rem mediam esse conclude-
bant vsci idolothytis & non vsci. Verum
Paulus negat eam scientiam in omnibus esse, at-
que ideo oportere eos, qui scientia praediti sunt
infirmorum rationem habere. Deinde hypothe-
sin ad thesin per Mimesin transfert, & affirmat
cibum non commendare nos Deo, vt aliqua iusti-
cia, vel accedat, vel discedat nobis siue uescamur,
L siue

sive non vescamur. Quod quidem Paulus illis concedit, sed cum hac exceptione, ne infirmorum conscientiam ledant, Unde generalem regulam colligit de rebus medijs, nimirum quod vsus earum nequaquam sit licitus, si offendiculum infirmorum coniunctum habeat.

*Exegesis octavi capitis, cum
observatione doctrinarum.*

Cæterum de ijs quæ idolis imolantur, scimus quod omnes scientiam habemus.

Hæc concessio Ironica ad eos solūmodo restringenda est, qui inflati scientia de Idolothytis, vescantur illis nulla infirmorum ratione habita.

Scientia inflat, charitas ædificat.

Ab effectu scientiæ non temperatæ charitate corrigit quod dixit, asserens eam non veram scientiam esse, imo sine charitate inflatos reddere: charitatem autem ædificare, hoc est, instruere proximum, eumque promouere in pietatis & religionis studio. Quod autem dicat scientiam inflare, id fieri vicio hominum in hac corrupta natura

*natura sciendum
que donum Dei
conja inflatione
Quare ut perpe
tur in contem
naturum, quæ
tur: ita rectil
ex dono Dei
eos qui igno
scientis, ut e
scientia pra
quæ aliorum*

*Quod si q
re, nondum
porter nos
hic cognitu*

*A definitione
nitione patris
quam veram
hanc definit
affirmatione
si salutaris
videtur sibi
sua sapit, &
alto despicia
modum oport
bili fit apud*

natura sciendum est. Nam alioqui scientia ipsa
 quæ donum Dei est per se viciosa non est, neque
 causa inflationis propria, sed à seipsum tantum.
 Quare ut perperam faciunt, qui hoc loco abutun-
 tur in contemptum artium & liberalium discipli-
 narum, quarum vsus maximus in vita cerni-
 tur: ita rectissime eo utuntur, qui scientias quas
 ex dono Dei adepti sunt, charitate temperant, quo
 eos qui ignari sunt instituunt. Charitas enim
 scientis, ut excludit inanem fastum, ita efficit, ut
 scientia præditus non quærat quæ sua sunt, sed
 quæ aliorum ad ædificationem.

Quod si quis sibi videtur aliquid sci-
 re, nondum quicquam nouit sicut o-
 portet nosse, sed qui diligit Deum
 hic cognitus est ab eo.

A definitione salutaris scientiæ probat opi-
 nione potius scientiæ inflatos fuisse Corinthios,
 quam veram habuisse scientiam. format autem
 hanc definitionem per abnegationem & per
 affirmationem. Abnegatione quidem, quod non
 sit salutaris scientia ostendit, cum ait: Si quis
 videtur sibi aliquid scire, hoc est, si quis opinione
 sua sapit, & ideo insolescit, alios tanquam ex
 alto despiciens: Hic nondum nouit quemad-
 modum oportet, hoc est, ipsius scientia ni-
 hili sit apud DEVM. Affirmatione vero
 L 2 exponis

exponit, quæ sit salutaris scientia: nempe quæ in Dei cognitione fundatur, & tendit in Dei dilectionem. Si quis inquit, diligit Deum (hic vna parte totus cultus Dei intelligitur) hic cognitus est ab eo, hoc est, approbatur à Deo, vt qui vera scientia præditus sit. Hinc discamus in regno Christi frustra de scientia gloriari eos, qui ex Dei cognitione non didicerunt veram humilitatem, & veram Dei & proximi dilectionem.

De esu igitur illorum quæ idolis immolantur scimus, quod idolum nihil est in mundo, & quod nullus est Deus alius nisi vnus. Nam etiamsi sint qui dicantur dij & in cælo & in terra (sicut sunt dij multi & domini multi) nobis tamen vnus est Deus ex quo omnia, & nos in ipso, & vnus Dominus Iesus Christus per quem omnia & nos per ipsum.

Exponit per Mimesin, quali scientia tumidi Corinthij vescebantur idolothytis etiam cum offensione fratrum: estq; hoc principale argumentum, seu istius scientiæ qua tangebant, Demonstratio firma sane & immota. Quod nulla diuinitate aut virtute præditum est, id sane in cibis aliquam differentiam non facit, vt vel eos sanctificet vel polluat. Idolum nihil est, hoc est,
nulla

creando tum in conseruando : quod ita accipien-
dum est, vt nec duas causas constituamus, cum
filius sit essentia vnus cum patre, nec rursus in
personarum distinctione inæqualitatem, aut se-
parationem imaginemur. Nam æqualis pater,
æqualis filius, æqualis spiritus sanctus. & pa-
ter est in filio & spiritu sancto, & filius est in
patre & spiritu sancto, & spiritus est in patre
& filio, καὶ ἀπερχόμενοι, vt loquuntur Theologi.

Sed non in omnibus est scientia.
Nonnulli enim conscientia idoli vs-
que ad hoc tempus, vt idolis immola-
tum edunt & conscientia eorum in-
firma cum sit, polluitur.

Ostendit non omnes adhuc instructos fuisse
de Idolorum vanitate, sed esse quosdam qui
cum scientia Idoli Idolothytis vescerentur, hoc
est, qui tametsi adhuc tacite apud se iudicarunt
immunda esse, quæ Idolis essent oblata, nihilo-
minus tamen aliorum exemplo de Idolothy-
tis edebant, ac sic suam polluebant conscientiam.
quare intempestiue Corinthios vsus fuisse sua
libertate in esu Idolothytorum significat. Nam
illorum exemplo infirmi ad comedendum pertra-
cti sunt, ac ita, quia hæsitante conscientia hoc fe-
cerunt, grauiter peccarunt.

Atqui esca nos non commendat
Deo, neque enim si comedamus
abun-

abundamus, neque si non comedamus, deficimus.

Per Mimesin transfert hypothesein ad thesin tanquam ad consultationem cause propositae. Controversia erat de esu Idolothytorum, Iam thesin seu consultationem adducunt: vnde conficitur haec conclusio, Esca nos non commendat Deo. Idolothytum est esca. Igitur Idolothytum nos non Deo commendat. Maior inde confirmatur quod neq; comedens abundat, neq; non comedenti aliquid deficit. hoc est, nemini ex eo quod vel comedat vel non comedat, aliquid iusticiae accedit aut discedit. Sed intelligendum est, si id temperanter fiat in timore Dei, alioqui crapula & ebrietas Deo supra modum displicent: vt quae & prohibita sunt a Deo & homines a pietatis exercitijs auocent, impediantq; ab officio praestando. Hinc ergo discamus, cultum Dei in ciborum delectu nequam positum esse. Vnde Apostolus ad Roma. 14. Regnum Dei non est cibus & potus, sed iusticia, pax & gaudium in spiritu sancto. Nam qui in his seruit Christo, acceptus est Deo & probatus hominibus. Itaque quae pacis sunt sectemur & quae mutuae aedificationis. Est autem doctrina demoniorum, quae cultum Dei collocat in delectu ciborum, id quod Antichristum facere manifestum est.

Sed videte ne quo modo potestas vestra offendiculo sit ijs qui infirmi sunt.

L 4

Conce-

Concedit quidem Paulus escam nos non commendare Deo, atque ideo facultatem nobis esse comedendi & non comedendi, sed vsus huius facultatis charitatis regulæ vult subiectum. Nam catholicum præceptum Dei est, vt diligamus proximum: cum qua dilectione pugnat infirmis offendiculo esse. quare qui edit aut vlla re media abutitur cum offensione infirmorum, violat legem charitatis & fit reus iræ Dei. Hac ergo regula tantum intelligenda est de vsu rerum mediarum & de infirmis. Nam in rebus præceptis et in rebus prohibitis præstanda est obedientia, etiamsi totus mundus offenderetur. Daniel coluit Deum verum cum offensione totius regni Babylonici. Tres viri statuam noluerunt adorare, non morantes offensionem tyranni Babylonici & Satraparum eius. Ad eundem quoque modum ministri Dei, exemplo Prophetarum & Apostolorum, docebunt veritatem etiamsi offensione totus collaberetur orbis. Præterea ab vsu rerum mediarum non est abstinendum propter peruicaces hostes. Imo hic confessio fidei libertatis necessaria est, ne impij & pertinaces nostro exemplo confirmentur in suo errore, hoc confirmatur exemplo Christi & Pauli.

Etenim si quis viderit te qui habes scientiam in epulo Idolorum accumbentem, nonne conscientia eius
qui

qui infirmus
dum ea qua
Offensio infirmo
plo firmorum
dubitante con
det firmum de
plum secutus
git. Quare
Observandus
non malum
quare Pauli
sequendum e
Et tua se
infirmus e
est mortuus
Exaggerat pe
firmorum per
tius est pro fir
dis: quare gra
redemptorem
seruandum,
stus non exc
& reus iræ
tare repugna
scientia.

Ita autem
cutientes
firmam, i

qui infirmus est ædificabitur ad edendum ea quæ idolis sunt consecrata?

Offensio infirmorum explicatur, quæ est exemplo firmorum vesci Idolothytis reluctante vel dubitante conscientia. Nam cum infirmus videt firmum de Idolothytis vesci, mox ipse exemplum secutus edit, etsi hoc licere nondum intelligit. Quare edendo polluit conscientiam suam. Obseruandus locus, quod qui facit aliquid per se non malum, sed opinione tantum malum, peccet, quare Pauli præceptum in omnibus actionibus sequendum est, quilibet in suo sensu certus sit.

Et tua scientia peribit frater, qui infirmus est, propter quem Christus est mortuus?

Exaggerat peccatum edentis cum periculo infirmorum per comparisonem. Christus mortuus est pro fratre tuo, tu autem eum rursus perdis: quare grauissima iniuria afficis, & Christum redemptorem & fratrem qui tua culpa perit. Obseruandum, quod peccans alieno exemplo seductus non excusari possit, quin iure fit damnabilis, & reus iræ Dei. Adeo graue est quicquam tentare repugnante aut hæsitante aut errante conscientia.

Ita autem peccantes in fratres & percutientes ipsorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis.

L 5

Ratio

Ratio cur adeo graue scelus esse dixerit offensionem infirmorum, sumta ex adiunctis. Qui in Christum peccat, grauissimo reatu obstringitur. peccantes in fratres infirmam ipsorum conscientiam vulnerando, in Christum peccant, Quare grauissimo reatu obstringuntur. Nota rursus quam graue peccatum sit, cum scandalo infirmorum aliquid facere.

Quapropter si esca offendit fratrem meum, nequaquam vescar carnibus in æternum, ne fratri meo sim offenculo.

Suo exemplo præscribit generalem Regulam sequendam in vsu omnium rerum mediarum. Nam quod hic de vna specie dicit, ad vniuersum genus referendum est. Est autem sensus. vsus rerum mediarum moderandus est ad charitatis regulam & adificationem. Quare si esca offendit fratrem, hoc est, si præbet ei occasionem lapsus, vt aliquid faciat contra conscientiam, omnino ab esca abstinendum est, ne sit fratri offensionis, id est, lapsus causa. Idem iudicium est de alijs rebus medijs: Obseruandum quod Apostolus hic tantum loquatur de infirmis, qui nondum erant edocti de Christiana libertate, & de rebus medijs. Quare hic locus nequaquam patrociniatur Papiſtis, qui à carnibus volunt nos abstinere die Veneris, ne offendantur à nobis. Imo

Incom iam
faciunt Papiſt
exemplo eos in
vt ipſorum gra
cedant fideles
que abducit

Sum

Suo docet e
scationem fa
fendi poſſunt inſt

Ordo E

Huius cap
ter inſtituta
tanquam Ap
dicio quorund
illorum opinio
quam inferiore
bi plenam Apo
fert ex eo idem
reliquis est Apo

Imo cum iam superstitiosa sua obseruatione deflexerunt Papistæ à recta via, peccant qui suo exemplo eos in errore confirmant, tantum abest vt ipsorum gratia hic quicquam de sua libertate cedant fideles. Nam illa offensio sola cauenda est, quæ abducit à via recta.

Caput IX.

Summa capitis noni.

Suo docet exemplo Apostolus omnia ad ædificationem facienda, nihilq; agendum vnde offendi possunt infirmi.

Ordo & partes capitis Noni.

Huius capitis œconomia admodum est prudenter instituta, non enim statim suum exemplum tanquam Apostolicum vrget, sed considerato iudicio quorundam de se. omnium primum anticipat illorum opinionem, qui aspernabantur ipsum tanquam inferiorem reliquis Apostolis, vendicans sibi plenam Apostolatus autoritatem. Deinde infert ex eo idem sibi ius esse in reb. medijs, quod & reliquis est Apostolis, ac sumit vnã speciem de stipendio

pendio ministrorum Euangelij. quam iusta colligit confirmatione. Tum addit causam cur suo non sit usus iure, cui plurimas rationes subnectit, cur verbi præcones digni sint suo præmio, Verum ne quis auare hoc ab Apostolo dici existimaret, rursus anticipat, & quod sui officij ratio postulat docet, enumeratione exponens, quod omnia in aliorum ædificationem facere consueuerit. Huc addit exhortationem, exemplo pugilum proposito, vt quisque ita se gerat ne destituatur præmio, Tandem concludens se Corinthijs imitandum proponit. Potest autem totum caput hoc Enthymemate claudi: Ego Paulus Apostolus vester omnia facio ad ædificationem, & ab usu meæ libertatis abstineo, vt plures Christo adducam. ergo vos me magistrum imitari par est, vt nullis rebus in aliorum ruinam abutamini. Locus communis huius capituli est, vt ministri verbi forma sint gregis, & doctrinam quam profitentur, vita & moribus exprimant. Nam ea demum optima docendi ratio est, cum regulis rerum agendarum illustra iungantur exempla,

*Exegesis noni capituli cum
observatione doctrinarum.*

An

An non sum Apostolus? An non sum liber?

Anticipatio est, propositurus enim se imitandum, necessarium habuit vendicare sibi Apostolatus dignitatem: quam quidam apud Corinthios non parum extenuare conabantur, ac si non esset equalis autoritatis cum reliquis Apostolis. Locus observandus de cuiusque officio, quo admoneri debet, ut & agat, quæ sunt officij sui, & se talem gerat ne sibi iure obijci possit, Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.

Nonne Iesum Christum Dominum nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in Domino?

Apparet aduersarios Pauli, dignitatem Apostolicam duabus definiuisse rebus: nempe visione Christi saluatoris, à quo edocti erant Euangelium Apostoli, & docendi munere. Utrumque sibi vendicat Paulus, videlicet quod & Christum viderit, & fecerit Apostoli officium diligenter docendo Euangelium. nam in tertium cælum raptus, & Christum vidit & à Christo didicit Euangelium.

Si alijs non sum Apostolus, at certe vobis sum, nam sigillum Apostolatus mei vos estis in Domino.

Concessio cum correctione. sit sane quod non sim re-

sim reliquis Apostolus, vobis tamen sum Apostolus. nam vos estis veluti sigillum quo meus obsignatus sit Apostolatus, à me enim Christum didicistis. Obserua quod Paulus inde vendicet sibi Apostolatus dignitatem, quod Apostoli munere sit perfunctus. Quod cum Papa fecerit, illum libenter Apostolicum & Episcopum agnosceamus. qui tantisper de vano gloriatur titulo, donec exemplum Petri & Pauli, quorum successorem se iactat, imitari contemserit.

Mea defensio apud eos qui me dijudicant, hæc est.

Cur superiora dixerat, exponit. fuerunt enim apud Corinthios, qui dijudicabant Paulum, id est, qui Paulo detrahebant & obloquebantur, quasi non esset cum reliquis conferendus Apostolis: quibus opposuit Apostolatus sui testimonium, nempe fidem Corinthiorum, quos sua prædicatione ad Christum conuerterat. Propria enim nota Apostolica est Christum docere ac multos ad fidem conuertere.

An non habemus potestatem comedendi & bibendi? An non habemus potestatem sororem vxorem circumducere, quemadmodum & reliqui Apostoli & fratres Domini & Cephas? an solus ego & Barnabas non habemus potestatem non operandi?

Postquam

Postquam asseruit Apostolatus sui autoritatem, infert Apostolus idem ius sibi esse in usu rerum mediarum, quod & reliquis Apostolis. & generis loco tres ponit species. Primam quod sibi non minus liceat vesci quibuslibet & bibere quemuis potum, quam reliquis Apostolis. Alteram, quod sororem, id est, Christianam & piam uxorem circumducendi, eamq; alendi sumtibus Ecclesie potestatem habeat, perinde atq; Petrus ac nonnulli alij, qui suas secum circumduxerunt, easque sumtibus Ecclesiarum aluerunt. Tertiam, quod habeat quoque sicuti alij Apostoli ius sumendi stipendium pro labore Apostolatus, ne cogatur proprijs manibus victum querere. ab harum rerum usu abstinuit Paulus, ne cui esset offendiculo, quemadmodum sequitur paulo post. hoc itaque suum exemplum, vult Paulus Corinthios imitari in usu rerum indifferentium.

Quis militat proprijs stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Aut quis pascit gregem, & de lacte gregis non edit?

Postremam speciem rerum mediarum sumit probandam: nimirum quod licuisset sibi, quantum ad ius attinet, sine manuū labore vixisse sumtibus Ecclesie. hoc primum tribus similib. colligit, nempe à iure militari, à uinitoribus, et à pecuarijs. Ut ergo militi ex suo stipendio, et uinitori ex suis vitib.

¶

Et pecuarijs ex lacte gregis licet viuere, Ita & Paulo ex Euangelio sustentari & viuere licuisset, nisi offensionis cauendæ gratia à suo abstinuisset iure.

Num secundum hominem hæc dico?
Nonne etiam lex hæc dicit? Nam in Mosis lege scriptum est, Non obligabis os boui trituranti.

Prolepsis est. nam anteuertit illorum obiectionem, qui ista à rebus mundanis sumpta similia possent refellere ex eo, quod longe alia ratio sit rerum diuinarum quam humanarum. ex capite igitur 25. Deut. aliud simile sumit, quod hoc modo applicabitur: Deus vetuit in sua lege obligare os boui trituranti, hoc est, mandauit vt smerent boui trituranti ex straminibus & frumento, quod calcando excuteret pabulum capere: multo magis Deus vult, vt hominum operas iusta compensemus mercede. Quare nec Apostolis laborantibus in prædicatione, suum negandum est stipendium.

Num boues curæ sunt Deo?

Vt ostendat se recte similitudinem bouis triturantis accommodasse ministris Euangelij, hanc quæstionem ponit. Nam quicquid de bobus præcipitur, id hominum causa significat factum. quia ergo vult Deus, vt bouum laborantium curam habeant

habeant homines, multo magis hominum laborantium rationem habendam esse insinuat. Nam tametsi boues & minimi etiam passeruli sub prouidentia Dei cadunt, tamen longe alius modus est eius prouidentiae qua homines ad suam imaginem conditos complectitur. Cum ergo negat boues curae esse Deo non simpliciter accipiendum est, sed κατὰ τὴν, hoc est, secundum excellentiorem prouidentiae modum quo hominum & potissimum Ecclesiae curam habet.

An propter nos omnino dicit? propter nos enim scriptum est, Nam sub spe debet is qui arat, arare, & qui triturat sub spe, spei suae particeps esse.

Sensus est: Deus hoc praecipit de bobus triturantibus edixit, ut inde quantam hominum curam laborantium praesertim, nos oporteat habere intelligatur. Huc arrepta occasione à Moyses dicto attexit aliam similitudinem ab agricultura sumtam. Qui triturat & arat, hoc facit percipiendi fructus gratia, multo magis qui in agro Euangelij laborant, & praemio sunt digni & longe meliorem fructum expectant.

Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est, si nos vestra carnalia messuerimus.

M

Anti-

Anticipat rursus cauillationem eorum, qui obijcere possent aliam rationem fructus Euangelij esse, aliam agriculturæ. illic fructum esse spirituales, hic carnalem. non igitur valere, hanc similitudinem, Sed Paulus collationem maioris & minoris instituens, significat, quo nobilior & preciosior sit fructus Euangelij, quam orationis & triturationis: eo etiam digniores esse, qui in Euangelio laborant, laboris sui compensatione. Porro, vt carnalia hic vocat, quæ ad corpus & externum hominem pertinent, Ita spiritualia appellat, quæ ad spiritum & animam pertinent. vt ergo anima corpori multis modis est præferenda, ita labor qui conseruandæ animæ destinatur, multo præstantior habendus est eo, qui tantum carnem spectat. Obseruandus locus de dignitate ministerij verbi, qua anteferendum est omnibus huius vitæ officijs & muneribus.

Si alij apud vos sui iuris participes sunt, cur non potius nos?

Concludit à minori ad maius, licuisse sibi à Corinthijs sui laboris mercedem sumfisse. Nam alij qui minus laborarunt, & qui pædagogorum vice sunt functi, acceperunt stipendia à Corinthijs, Multo magis hoc Paulo licuit, qui eos primum in Christo genuit & ab impietate Ethnica ad fidem Christi conuertit.

Atqui

Atqui non vsi fuimus iure isto, sed omnia sustinemus, vt ne quam offensionem demus Euangelio Christi.

Cur suo non sit vsus iure exponit, videlicet ne cursus Euangelij isto pacto impediretur. Cum vel infirmi vel maligni inde sumerent occasionem offensionis. ac si Paulus lucri gratia Euangelium doceret. Hoc suum exemplum ideo proponit Apostolus, vt Corinthij illud in conspectu habeant, ac factum magistri sui sequantur, ne quid tentent vnde cursus Euangelij impediri possit, & fratres infirmi offendi. atque ad hoc probandum totum hoc caput, vt supra monui, referendum est.

Nescitis, quod qui sacra operantur ex sacro edunt, & qui altari astant, altaris sunt participes? Sic & Dominus ordinauit, vt qui Euangelium annunciant, viuant ex Euangelio, ego autem nullo horum vsus sum.

Ad idem probandum aliud simile adducit ex lege Mosis. Deus in veteri testamento Leuitis ordinauit suum victum. Ergo æquum est, vt ministris Euangelij etiam suis decernatur victus. Papiſtæ qui hoc Pauli dictum ad sacrificulos cœnam Domini prophanantes referunt, verbum Dei pro ludibrio habent.

M 2

Neque

Neq; vero hæc scripsi, vt ita fiat in me. Nam bonum est mihi potius mori, quam vt gloriationem meam aliquis inanem reddat.

Ne quis ea quæ hætenus agitata sunt de stipendijs ministrorum, à Paulo dicta esse putet, vt Corinthios ex obliquo admoneat, vt deinceps in se sint liberaliores, ac sibi laboris stipendium persoluant: anteuertit, & negat se ea scripsisse in istum finem, asserens quod potius mori sit paratus, quam vt velit suam gloriationem (nempe quod gratis prædicauerit Corinthijs Euangelium) inanem reddi. Nam si accepisset stipendium Apostolus, præbuisse t Pseudoapostolis ansam calumniæ, ac ita autoritas prædicationis Pauli fuisset diminuta, & aperta ianua Pseudoapostolorum corruptelis. Hinc discant pij ministri Euangelij, cursum Euangelij propriæ vitæ præferre.

Etenim si euangelizem non est mihi gloriatio, necessitas enim mihi incumbit. Væ autem mihi nisi euangelizem.

Anticipatio est. Nam obiectioni eorum respondet, qui possent dicere satis gloriationis Paulo esse ex prædicationis officio, etiamsi cum alijs accipiat stipendium. sed respondet neminem recte gloriari, si id fecerit quod ex officio debet: quod si non faceret maledictioni & iræ Dei subiretur.

tur. Obseruent hic ministri Euangelij duo, Primum, quod postquam legitime vocati sunt ad ministerium, non possint sine scelere pedem reuocare. Nam arctius est vocationis vinculum quam vt ipsum rumpere liceat. Deinde, quod vocati iam ad ministerium maledictioni & iræ Dei obnoxij sint, nisi strenue officium fecerint.

Nam si volens hoc faciam mercedem habeo : si inuitus, dispensatio mihi credita est.

Suo exemplo proposito discernit inter eum, qui sponte & eum qui inuite seu coacte facit officium. qui enim sponte hoc facit, habet mercedem. Nam eius industria Deo probatur. qui autem inuitus & quasi cogitur ad præstandum officium, is necessitate dispensationis, id est, commissi muneris compellitur. atque ideo eius opera minime Deo probatur. Præterea etiam mercede priuatur. Locus obseruetur, Quod is demum officio suo rite perfungi dicendus est, qui hilari promptitudine & alacri animo in commissio munere versatur.

Quæ igitur mihi est merces, Vt cum Euangelizem gratuitum constituam Euangelium Christi in hoc, ne abutar potestate mea in Euangelio.

Dixit se potius paratum esse mori, quam vt gloriatio sua inanis redderetur, Nunc autem

M

3

quenam

quenam sit illa gloriatio exponit. Si prædicat Euangelium, necessitate officij cogitur id facere: at si non prædicat, iræ diuinæ subiacet. nunc autem non solum prædicat idque libens, Verumetiam gratuitum facit Euangelium, hoc est, sine sumtu eorum, quibus illud annunciat: idque ideo ne sua potestate abuti videatur. Abutitur autem is sua potestate, qui id quod licet simpliciter & per se, intempestiue agit cum offensione aliorum contra regulam Apostolicam: ne cui causam offendiculi demus. Ex hoc loco Papistæ commentum operum supererogationis fabricarunt hoc modo. Paulus aliquid facit propter mercedem, vltra debitum officium. Ergo est aliquid supererogationis opus. Respondeo, Quilibet debet cauere offensionem in suo officio, ne quid tentet quod infirmis in ruinam cedat. hoc cum Paulus se fecisse testatur, quid fecit quæso quod non debuit? si debuit, profecto non est dicendus aliquid supererogasse, hoc est, aliquid fecisse vltra id quod non debuit ex officij necessitate.

Nam liber cum sim ab omnibus, omnibus meipsum seruum feci, vt plures lucrifaciam.

Transfert hypothesein ad thesin. vt enim supra in certo casu se infirmis accommodasse dixerat, Ita hic perpetuum suum studium in vniuerso genere rerum mediarum indicat: nimirum, quod
tametſi

tametsi multarum rerum libertatem habuerit, seruiert tamen infirmitati aliorum, caueritq; ne quem intempestiuo libertatis usu offenderet: idque eo consilio quo plures Christo adduceret. hinc & nos generalem sumamus regulam de usu rerum mediarum, nimirum, vt eas ad edificati-
nem aliorum referamus.

Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrifaciam: ijs qui sub lege sunt, tanq̃ sub lege, vt eos, qui sub lege sunt lucrifaciam: ijs qui sunt sine lege, vt sine lege (cum non sim sine lege Deo, sed in lege Christo) vt lucrifaciam eos, qui sine lege sunt. factus sum infirmis vt infirmus, vt infirmos lucrifaciam: omnibus factus sum omnia, vt omnino alios seruem.

Generi subijcit distributionem specierum: quæ quidem distributione, nihil vult aliud quam quod modo dictum est, & quod singulis speciebus subijcit, quodq; postea in genere repetit, nempe vt lucrifaciat quam plurimos Christo, cum non absterrentur intempestiuo rerum mediarum esu. parenthesis tantum mollitionem durioris verbi habet, Nam cum dixerat se ἀνομοῦν esse, hoc est, sine lege, possent id calumniatores torquere ad effrenam peccandi licentiam, Quare eam calumniam, hac correctione tollit Apostolus.

M 4

Hoc

Hoc autem facio propter Euangelium, vt particeps eius fiam.

Quare Paulus se accommodauit omnibus in rebus medijs indicat, primum vt hoc pacto latius spargaretur Euangelij doctrina, vt nullo obstaculo eius cursus impediretur. Deinde, vt ipse quoque eius fieret particeps, hoc est, vt fructum prædicati Euangelij consequeretur. Ut ergo hoc dicto testatur Apostolus multa se fecisse & à multis abstinuisse quæ officij necessitas postulabat, Ita significat eos communionem Euangelij indignos, qui suo exemplo non cauent impedimenta quibus Euangelij cursus præcludi possit.

An nescitis quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit præmium: sic currite vt comprehendatis.

Hactenus docuit, nunc suo more doctrinæ exhortationem subiicit, quo magis doctrinam insingat auditorum animis. præponit autem exhortationi aptissimam similitudinem, in qua spectanda sunt, Stadium, cui vita nostra confertur: Cursus, cui viuendi ratio respondet: Cursores, quibus homines amplexi Euangelium comparantur: Meta, cui opponitur finis vitæ nostræ: Corona victoris, cui comparantur bona pijs in cælo reposita: Agonothetæ homini, Deus obedientiæ remunerator comparatur. Quemadmodum igitur cursores

sores qui in medio cursu deficiunt, antequam ad metam peruenerint frustrantur premio: ita Christiani, qui bene quidem incæperunt & non vsque ad finem perseuerant, præmijs destituentur & nihil præter ignominiam reportabunt. Nam & Paulus alibi inquit: non coronabitur quis, nisi qui legitime certauerit. Deinde, ut cursores qui ad metam vsque currendo perseuerant, accipiunt propositam coronam, Ita Christiani qui in pietatis cursu persistunt vsque ad vitæ huius finem promissa bona percipient. Verum hoc est, inter cursores & Christianos discrimen. ex illis vnus tantum, ut qui primus metam attingit, præmium capit, Christiani vero omnes, quotquot currunt vsque ad metam, hoc est, qui in vita Christiana vsque ad vitæ finem perseuerant, præmium accipient iuxta Christi dictum: qui perseuerauerit vsque ad finem saluus erit. Hæc ergo exhortatio acres stimulos nobis addere debet, ut in cæpto Euangelij cursu non deficiamus.

Porro quisquis certat, in omnibus est continens, Illi quidem igitur, ut perituram coronam accipiant, Nos vero incorruptibilem,

Ut similitudine Corinthios ad perseuerantiam exhortatus est, ita eadem similitudine exhortationem præsentis causæ, hoc est, hypothesi, de qua superius disputauit, accommodat. Nam

M 5 ageba-

agebatur de non offendendis fratribus per in-
 tempestiuum vsum libertatis nostræ in cibis,
 nempe vt potius abstinerent Corinthij non so-
 lum ab idolothytis, Verumetiam ab omni carne
 priusquam infirmis fratribus offendiculo essent:
 id nunc à minori ad maius confirmat. Cur-
 sores, quibus marcessibilis corona est proposita,
 continententes sunt & abstinent à cibis, quibus
 corpus grauari putant: multo magis decet, vt
 Christiani sibi non indulgeant nec sectentur vo-
 luptates, quibus incorruptibilis corona est pro-
 posita.

Ego ita igitur curro, vt non in incer-
 tum: sic pugilem ago, non vt aërem
 verberans.

Vt doctrinæ exemplum se statuit, ita & ex-
 hortationis. frustra enim hortaris ad sobrieta-
 tem, cum ipse perpetua ebrietate mades, & sic
 de alijs. in incertum currere dicitur qui vagus
 est, & erroneus, vt qui & currendi rationem
 non teneat, & metam ignoret. aërem verberat,
 qui frustratur ictu, ac ideo vanum sumit laborem.
 Hæc excitare pios debent ad acre pietatis studium,
 iuxta regulam verbi Dei.

Verum subigo corpus meum & in
 seruitutem redigo: ne quo modo fiat,
 vt cum alijs prædicauerim ipse re-
 probus fiam.

Ne car

Ne carnis lasciujs abripiamur ab incepto cursu, proponit suum exemplum de subigendo corpore & in seruitutem redigendo, ne ferociat aduersus spiritus imperium: sed vt potius assuefiat ad obedientiam spiritus. Cum igitur affectus prauis reprimi non possint, nisi corpus prius dometur, vult Paulus vt suo exemplo corporis ferociam prudenter coherceamus abstinentia, laboribus, & alijs non superstitiosis exercitijs. Neque hæc eo pertinent, vt in corporalibus exercitationibus, quas Paulus alibi modice vtiles esse testatur, inhereamus, ac si Deo placerent per se, & cultus essent Deo gratus: sed vt eo vsque seruitute premamus corpus nostrum, ne lasciuendo à cursu pietatis nos impediatur, in nostrum exitium & aliorum offensionem.

Caput X.

Summa capitis decimi.

Quemadmodum monet, ne suis cupiditatibus indulgeant Corinthij ad peccandum: ita debortatur eos, qui mensam Dominicam participant, ne demoniorum mensæ communi-cent: & vt caueant ne cuiquam vlla in re sint offendiculo.

Ordo

Ordo & partes capituli decimi.

Duæ sunt principales huius capituli partes. Prior dissuasoria est generalis, ne cui ad peccandum cupiditati indulgeant Corinthij. Posterior dissuasoria est specialis. nam quod octauo proposuit abstinendum esse ab idolothytis, hic latius prosequitur pluribus argumentis. Prioris partis hæc est œconomia. Primum quia Corinthij, non parum gloriabantur de donis Dei, ac ideo se impune infirmos offendere posse arbitrati sunt, confert eos cum veteri populo Dei, qui non minus quam ipsi plurimis donis claruerunt. Deinde exempla pœnarum in isto populo proponit, admonens fore, vt si similia deliquerint, similiter quoque puniantur. Tum concludit cauendum esse ne securitate torpeant. verum ne propositis horrendis iræ Dei exemplis deficiant Corinthij, consolatione hanc partem mitigat. Posterioris partis hic est ordo. Propositio infertur ex prima parte veluti hypothesis ex sua thesi. videlicet vt caueant ab Idolothytis. Huc addit confirmationem ab absurdo, nimirum quod minime deceat, vt qui participant mensam Dominicam, Idolorum mensæ communicent: admonens quam periculosum sit Deum prouocare. ne autem rursus ius libertatis abijciant, eam obiectionem breuiter.

Exeg
01

Nolo aut
quod pat
fuerunt, &
runt.

Quia Co
ac se ideo
confert eos
beneficijs
Corinthij:
quaquam
Apostolus
rorum 9.

Et omni
nube &

uiter refellit, Et quia interrogare poterant, quid
 facerent si quando ab infidelibus inuitentur, su-
 um ipsis in eo casu impartit consilium. Tandem
 concludens, quæ in tribus capitibus proximis dis-
 seruit, hortatur vt in omni re studeant gloriæ
 Dei, neminique sint offendiculo, suo exemplo ite-
 rum in medium adducto.

*Exegesis decimi capituli cum
 obseruatione doctri-
 narum.*

Nolo autem vos ignorare fratres,
 quod patres nostri omnes sub nube
 fuerunt, & omnes per mare transie-
 runt.

Quia Corinthij tumuerunt varijs donis Dei,
 ac se ideo impune peccare posse falso putarunt,
 confert eos cum veteri populo, qui non minus de
 beneficijs Dei erga se gloriari potuerunt, quam
 Corinthij: quibus tamen peccantibus, Deus ne-
 quaquam pepercit. Historia cuius hic meminit
 Apostolus habetur, Exod. 13. & 14. & Nume-
 rorum 9.

Et omnes in Mosen baptizati sunt in
 nube & in mari.

Aliud

Aliud indicium fauoris Dei erga veterem populum, quo ipsum Corinthijs confert, ne Corinthij prerogatiua baptismi se veteribus praeferant. dicit ergo eos non minus baptizatos fuisse olim, quam nunc ipsi Corinthij baptizati sunt. Sed quomodo baptizati sunt illi? in Mosen, hoc est, Mosis ductu & ministerio, siue vt Augustinus interpretatur, in Mose, hoc est, per Mosen. Nam cum Moses populum educret, eum per mare rubrum, stante vtrunque aqua & superne incubante nube, traduxit. Nubes ergo & mare externa fuere istius baptismi signa, & transitus per medium maris ipsum baptismum referebat. miraculosa exiccatio maris testimonium fauoris Dei fuit. Nubes incubans praesentiam Christi notauit. Quid ergo hic requiritur ad rationem sacramenti? nihil plane, modo Paulo credimus, qui definit sacramentum esse ob signationem diuinarum promissionum. Deus promisit suo populo liberationem à seruitute Aegyptiaca: in qua liberatione continetur synecdochicos promissio condonationis peccatorum, quam promissionem, quia hoc mirando signo confirmat, simul requirit populi fidem in hanc promissionem. Nihil igitur noster baptismus illi veteri est praefendus? Si rem respicis nihil plane, Si tempus, ille temporarius fuit, noster est perpetuus Ecclesiae: Si modum, ille miraculosus, noster ordinarius:

nos: Si lucer
parabat, quo
magis ponit
sibi miracula
noster inuisi
cati confert
ficia fidei
catorum:
de appreh
stini contr
re & n
sanguine
sa fuisse pe
deis est in
fide recupera
nanti in aut
fides ab aut
eadem affe
iuxta Aug
ba risibilia
fidem requ
n v s defi
nem. ex d
quaestio de
dictum fr,
ipsum esse
test, quom
bere infante
ra, hoc es

narius : Si lucem seu claritatem , ille obscurius figurabat , quod noster clarius veluti expressa imagine ponit ab oculos. Deinde vt ille visibili miraculo peragebatur virtute Domini : ita noster inuisibili gratia eiusdem ablutionem peccati confert & obsignat. Uterque est σφραγίς iusticiæ fidei, hoc est , sigillum condonationis peccatorum : in qua iusticia Christiana sita est fide apprehendenda. Huc facit dictum Augustini contra Faustum lib. 6. cap. 29. vbi ait, mare & nubem fuisse baptismum consecratum sanguine Christi, & per ea Iudeorum remissa fuisse peccata. Quod sane de ijs tantum Iudeis est intelligendum, qui illum baptismum fide receperunt. Nam vt verba scriptura sonantia in auribus foris nihil prosunt, nisi illis fides ab auditoribus adhibeatur : ita nisi eadem assit nihil prosunt sacramenta. Nam iuxta Augustinum sacramenta sunt verba visibilia, Quare hæc non minus quam illa fidem requirunt. recte igitur TERTULLIANVS definit baptisma esse fidei obsignationem. ex dictis de definitione baptismi, oritur quæstio de baptismo infantum. Nam cum dictum sit, sacramentum atque adeo baptismum ipsum esse obsignationem iusticiæ fidei, quæri potest, quomodo obsignetur quod non videntur habere infantes. Nam si infantes nascuntur filij iræ, hoc est, iniusti & rei mortis aterne, nullam

luerentur, applicaretur illis haud dubie, & conferretur per baptismum promissio, ac simul donarentur iusticia, quae est condonatio peccatorum, quam iusticiam testaretur etiam & obsignaret baptismus. atque ita ipsis quoque baptismus fieret obsignatio iusticiae fidei. Sed quid si puer negligentia parentum moriatur antequam abluatur sacro baptismo? num hic puer peribit, qui cum ederetur in lucem, imo in utero matris particeps fuit foederis? num contra Prophetae dictum filius portabit iniquitatem patris? illud sane gratuitae bonitati Dei. hoc vero iusticiae divinae non parum aduersari videtur. Quid ergo dicendum? Nonne textus clarus est de circumcisione, cui noster successit baptismus? Masculus cui praeputij caro non fuerit circumcisa, delebitur anima eius de populo meo: quia pactum meum irritum fecit. Haec Dei sententia absque omni dubio iustissima est. Sed sciendum est esse duplicem deletionem seu exterminationem de populo Dei. externam unam, internam alteram. externa deletionem infantes non circumcisi puniuntur. parentes qui pactum Dei violarunt non circumcidendo masculum suum infantem iuxta legem, digni sunt sane qui eius infantis conspectu priuentur, quem Deo per ordinarium sacramentum offerre neglexerunt. neque enim ad aeternam condemnationem putandus est deleri talis infans, cum particeps sit promissionis, sed potius in salu-

N
tem.

tem. ne malicia mutaret cor eius, vtque morte sua parentibus testaretur, quam illi grauiter peccarint, pactum Domini violando. non igitur infans interna deletione exterminari de populo Dei putandus est parentum culpa. An non comminatio in Genesi expressa pertinet etiam ad infantem? Imo etiam ad infantem, si cum adoleuerit parentum negligentiam approbarit, & circumcisionem ad quam lege obstringebatur non admiserit. Hæc solutio petita est ex fædere promissionis, ex comminatione diuina, & ex collatione eiusdem cum dicto Domini apud Prophetam. filius non portabit iniquitatem patris. Nec dissimilis ratio est nostri baptismi, cum ad nos quoque fædus cum Abrahamo initum pertineat. de loco qui est Ioha. 3. legite Enchiridion, Ab alijs curiosis quæstionibus consulto abstineo, quæ plus faciunt ad certamina facienda, quam ad pietatem promouendam.

Et omnes eandem escam spiritualem ederunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt, Biberunt enim ex spirituali sequente petra, petra vero erat Christus.

Aliud indicium fauoris Dei erga veterem populum: videlicet, quod illis miraculose in deserto manna dederit comedendum, et aquam de durissima petra manantem ad bibendum. Exod.

17. Hic

17. Hic magna certamina ex duarum vocum ambiguitate oriuntur. Nam cum Paulus eandem escam spiritua-lem, & eundem potum spiritua-lem dicat, Alij relatiuum Idem simpliciter referunt ad subiectum, nimirum quod patres nostri omnes eandem escam comederunt, & eundem potum biberunt, quotquot vna in deserto fuerunt 40. annis post exitum ab Aegypto. Alij comparatiue hoc exponunt respectu nostri & veterum. ac si sensus esset: Veteres eandem escam spiritua-lem edisse quam nos, & eundem spiritua-lem potum bibisse quem nos. neutra opinio est repudianda si dextre intelligatur, imo vtramque necesse est simul stare. Verum priusquam hanc quaestionem concludam, de Epitheto Spiritua-lis dicam. Nam hinc quaestio-nis solutio dependet. De hoc Epitheto vari-ant etiam plurimum autores. Alij hoc refe-runt ad efficientem causam tantum: Alij ad rem signatam tantum: Alij ad rem signatam & praesentem, sed diuersam a substantia no-stra caena: Alij ad rem praesentem & signa-tam, sed eandem qua in Dominica quoque caena est. Ambrosius ad causam effici-entem pertinere Epitheton spiritua-lis pu-tat. Ita enim in hunc locum scribit: *Manna & aqua quae fluxit de petra, haec dicit spiritualia, quae non mundi lege parata sunt, sed DEI virtute sine Elementorum*

commixtione ad tempus creata. Ad rem signatam tantum referunt hoc Epitheton Anabaptista & Sacramentarij, qui in sacramentis nuda tantum signa agnoscunt, & significationem non presentis, sed absentis rei spiritualis: quorum sententia iure explosa & damnata est. Qui referunt hoc Epitheton ad rem signatam & presentem simul, pie sentiunt. Nam illorum sententia ex verbis Pauli concluditur. Cum ipsum cibum spirituales & potum spirituales definit Christum esse: cuius carnem qui non ederit & sanguinem non biberit, vitam in se non habet, sed adhuc in peccatis suis est, & in damnatione. Nec cum his pugnant verba Christi apud Iohannem, Amen amen dico vobis, Moses non dedit vobis illum panem caelestem, sed Pater meus dat vobis panem illum vere caelestem. Item, patres vestri comederunt manna in deserto, & mortui sunt, at si quis ederit ex hoc pane, viuet in aeternum. Prius enim dictum discernit inter id quod minister, & illud quod Deus per ministrum offert. Posterius loquitur de incredulis, qui manna carnaliter tantum manducarunt, & mortui sunt propter suam incredulitatem. vnde Augustinus, quod illi non mortui sunt, ita vult intelligi, vt non viuunt in aeternum. nam temporaliter & hi profecto moriuntur, qui Christum manducant, sed viuunt in aeternum, quia Christus est vita aeterna. Ac de fidelibus idem ait Augustinus

*fiat in hunc m
 Moses & Am
 quoq; ibi mult
 non sunt, Q
 liter intel
 tualiter gu
 tur. De
 guinis Ch
 Iohan. 6. 1
 & bibere
 ma fiduci
 sentia ali
 nam, seu v
 manducat
 meum, in m
 lam manduca
 Christo maner
 At per hoc v
 Christo, &
 dubio nec
 nec bibit et
 sibiliter p
 & sanguin
 mentum
 Sed inquit
 manans ce
 danem occi
 do ergo idem
 stro qui hoc*

stinus in hunc modum : manducauit manna & Moses & Aaron & Phinees , manducauerunt quoq; ibi multi, qui Domino placuerunt et mortui non sunt , Quare quia visibilem cibum spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustauerunt, vt spiritualiter satiarentur. De hoc esu carnis Christi & hoc potu sanguinis Christi, copiose disputat ipse Dominus Iohan.6. Quid inquires est edere carnem Domini, & bibere eius sanguinem? Est in Christum firma fiducia recumbere, ipsius gratia, spiritu et presentia ali & foueri & sustentari ad vitam eternam, seu vt ipse Dominus se interpretatur, Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo. hoc est, ergo illam manducare escam & illum bibere potum, in Christo manere & illum manentem in se habere. At per hoc, vt ait Augustinus, qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat spiritualiter carnem eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis Christi, sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit. Sed inquires, Nonne manna & aqua de petra manans cessarunt cum iam Iosua transfisset Iordanem occupaturus terram promissam? quomodo ergo idem cibus spiritualis esse potest cum nostro qui hodie in Christum credimus? Ad hanc

obiectionem Augustinus hisce verbis respondet,
 Si speciem visibilem intendas aliud est, Si intel-
 ligibilem significationem, eundem potum spiri-
 tualem biberunt, Si spiritualem, eundem, Nam
 corporalem non eundem. & idem, Quanto errore
 delirant, qui putant signis, sacramentisq; muta-
 tis etiam res ipsas esse diuersas. Huc addam
 Bertramij sententiam: queres (ait) fortasse
 quam eandem? nimirum ipsam, quam hodie po-
 pulus credentium in Ecclesia manducat & bi-
 bit. non enim licet diuersa intelligi, quoniam
 vnus idemque Christus est, qui & populum in
 deserto in nube & mari baptizatum, sua carne
 pavit, suo sanguine tunc potauit, & in Ecclesia
 nunc credentium populum sui corporis pane, sui
 sanguinis vnda pascit & potat. Sed quomodo ci-
 bus iste & potus spiritualis esse potuit indi-
 gnis & incredulis, cum illi tantum saginarint
 ventrem nihil de spiritu solliciti? Ad hanc que-
 stionem Augustinus vere respondit hisce verbis,
 Non propterea (loquitur de eo qui carnaliter
 sacramentum vsurpat) desinit esse spirituale,
 sed tibi non est spirituale. Manna etenim & a-
 qua de petra manans sacramentum fuit, Atque
 ideo spirituale, si ordinationem Dei spectes, quam
 non potest mutare puluis & cinis. Porro, etsi satis
 ostensum est, eundem Christum datum olim fuisse
 sub veteribus sacramentis, qui hodie sub nostris
 datur: tamen queri potest, an non aliud præterea
 in no

in nostris sacra-
 mentis, Sacra-
 mentis & nobis di-
 in nostris sacra-
 mentis e-
 Quare sic
 mundi,
 fuit cibus
 Tamen si
 in nostro
 edendus
 in carne
 stris: illic
 ferendus,
 ne. & qui
 est, potest
 si, sicut qui
 sacramentalem
 hunc nostri
 lem dicant
 s t v s :
 stris Eccle-
 gant, &
 ne, & san-
 pus se mi-
 pori. nec
 stantialem
 tas Christi
 dit circumse

in nostris sacramentis confertur, quam tum conferebatur, Sane cum idem sit Christus, qui & illis & nobis donatus est, profecto qui aliud nobis in nostris sacramentis dari contendunt, lacerant Christum & spoliant eum diuina sua potentia. Quare sicut pie dicitur, occisus est ab initio mundi, ita etiam ab initio mundi caro eius fuit cibus & sanguis eius potus electorum, Tametsi modus edendi non omnino similis est. in nostro enim sacramento præbetur Christus edendus & potandus, qui iam exhibitus est in carne, & ἁγίων persoluit pro peccatis nostris: illic edebatur promissus suo tempore offerendus, assumpta carne à castissima virgine. & quia sacramentum cænæ institutum est, postquam CHRISTVS carnem assumpsit, sunt qui vt veterem edendi modum sacramentalem & spiritualementantum: Ita hunc nostrum, præterea etiam substantialem dicant, Etsi utrobique idem est CHRISTVS: quorum sententiam & ipse cum nostris Ecclesijs probo, modo non carnalem fingant, & localem inclusionem corporis in pane, & sanguinis in vino, ita vt locus & corpus se mutuo contingant, locusque cedat corpori. nec ad hanc veram realem & substantialem præsentiam requiro, vt humanitas Christi sit vbique. Verum vt in cæna sedet circumscripto corpore & nihilominus exhibuit

buit suum verum corpus ad edendum & verum sanguinem ad bibendum iuxta verba cœnæ: ita in cœlo sedens, porrigit communicantibus ministri manu (ea enim est eius diuina potentia) suum corpus & suum sanguinem, vnde Latina Ecclesia ante communionem precari solebat: Sursum corda habemus ad Dominum, non secus atque in prima cœnæ institutione in Christum sedentem cum discipulis ad mensam, oculos intentos habuerunt discipuli. Sed de hac re plura in sequenti capite, nunc doctrinas quasdam ex verbis Pauli colligam, quarum sit prima: Testimonium de diuinitate Christi, nempe quod fuerit antequam assumpsit carnem de beata virgine, sicuti & ipse de Abrahamo dixit: vidit diem meum & gauisus est. Secunda, quod sit vnica Christi Ecclesia omnium credentium, tum eorum qui fuerunt ante Christum exhibitum, tum eorum qui post Christum exhibitum nati sunt. Nam vt idem est Christus, Ita eadem Ecclesia. Tertia, quod eodem modo saluati sunt patres, quo nos hodie saluamur. Quarta, obseruandum est discrimen inter mere typicam locutionem, & sacramentalem: Etsi autem vtrobiq; hoc est, in typica locutione & in sacramentali, cum in subiecto tum in prædicato naturæ veritas intelligitur, vt enim in hac locutione, Petra erat Christus, vere substantia petreæ & Christi existentia significatur: ita in his verbis, Panis est corpus subiectum

& prædicatio
 he differunt
 fuit vel
 trament ali
 tur. signum
 Res confu
 verus sa
 ctione in
 pora ipsa
 ipsum con
 & confes
 nam. Sen
 ficat in t
 potest ma
 talem locu
 hic verbum
 in existentia
 um & q; atq;
 est Tropus
 tellectio. d
 simul in
 adesse vo
 Sed p
 uit, p
 Hoc es
 concredita
 lose exhibe
 eos in dese

& prædicatum proprie accipiuntur: Tamen in
 hoc differunt, quod in mere typica locutione res
 futurae vel præteritæ adumbrantur, Sed in sa-
 cramentali præsentis res offeruntur & accipiun-
 tur. signum quidem externum panis & vinum,
 Res consignata vereq; præsens verum corpus &
 verus sanguis Iesu Christi, ea nimirum coniun-
 ctione iuncta sunt, qua vt panis & vinum cor-
 pora ipsa reficiunt, alunt atque conseruant: ita
 ipsum corpus & sanguis Christi reficiunt, alunt
 & conseruant animam nostram ad vitam æter-
 nam. Sententiam igitur illorum, qui est per signi-
 ficat in typicis locutionibus interpretantur, ferri
 potest modo eam interpretationem ad sacramen-
 talem locutionem non transferant. proprie enim
 hic verbum est accipitur, & est verbum verita-
 tis existentia, vt cum dicitur, Hoc est corpus me-
 um &c. atque ita, etsi in verbis singulis nullus
 est Tropus, in sensu tamen est synecdoche seu in-
 tellectio. Nam cum sensus externa percipit, fides
 simul intelligit præsentia, quæ ordinatio Dei illic
 adesse voluit.

Sed plerisque illorum non approba-
 uit, prostrati enim sunt in deserto.

Hoc est patribus nostris, quibus tanta erant
 concredita mysteria, & tanta beneficia miracu-
 lose exhibita, non pepercit Deus peccantibus, sed
 eos in deserto prostravit. ergo nec vobis Corinthijs

N 5

qui

qui eorum vestigijs insistitis varijs modis Deum
offendendo. & hæc est summa præsentis disputa-
tionis, quam nunc accommodat & amplificat.

Hæc enim typi nostri fuerunt.

Accommodat veterem historiam Corinthijs,
& omnibus Christianis. Hæc fuerunt typi, hoc
est, exemplaria in quibus tanquam in tabellis
Deus nobis deliniauit, quid fugere, quidq; sequi
debeamus, quomodoq; erga contumaces sit affe-
ctus. Obseruetur utilis regula de vsu historiarum
sacrarum, quæ sunt nobis veluti imagines, in
quibus pictum est, quid fugere & quid expetere
oporteat, propositis pænis & præmijs in illustri-
bus exemplis.

Vt non simus concupiscentes malo-
rum, sicuti illi concupiuerunt.

Alludit ad historiam quæ est Numerorum vn
decimo, vbi narratur, quod populus flagrarit
desiderio carniû, sedens & flens & dicens per
contemptum: Nihil aliud respiciunt oculi nostri
quam Man. atque ita manna cælesti ollas car-
niû Aegyptiorum præposuit, sed Dominus il-
lam ingratiitudinem puniuit. Nam bene refertos
carnibus prostrauit in deserto, Quorum exemplo
cautos nos esse decet, ne simili modo pænas
nostræ gulæ luamus. studeamus itaque sobrie vi-
uere, victum cultumq; corporis ad valetudinem
& ad

& ad vires non ad voluptatem referentes.

Neque idololatræ sitis, vt quidam illorum, sicuti scriptum est: sedit populus, vt vesceretur ac biberet, & surrexerunt ad ludendum.

Historia legatur Exod. 32. vbi narratur quomodo 3000. hominum trucidati sint, propterea quod vitulum propositum ab Aarone adorant more Aegyptiorum. vsque adeo tenaciter adheret superstitioni à maioribus accepta. Hinc notanda sunt duo grauissima peccata sancti Aaronis. Primum, quod cum Propheta esset, sumserit sibi officium legislatoris. Deinde quod contra verbum Dei nouam colendi Deum rationem proposuerit. Hinc igitur nos admoneamur, ne moueat nos autoritas sanctorum, cum à verbo Dei discedunt.

Neque scortemur, sicut quidam illorum scortati sunt, & ceciderunt vno die viginti tria milia.

Hac historia habetur Num. 25. Vbi narratur 24000. occisos esse propterea quod fornicati sunt cum filiabus Moab: in qua historia singulare exemplum sancti zeli proponitur in Phinee, qui scortatorem cum scorto lancea transfodit, quod factum Deus, vt iustum approbat.

Neque

Neque tentemus Christum, quemadmodum quidam eorum tentauerunt & a serpentibus perierunt.

Hæc historia habetur Num. 21. vbi narrantur duo præcipua peccata populi, Primum, quod tedio laboris & itineris sit affectus. Deinde quod cibum diuinitus datum, vt tenuem & vilem contemserit, adeo quod dixerit indignabundus: animus noster nauseat iam super cibo isto leuissimo. vt autem hanc contumaciam puniret Dominus, dimisit vrentes serpentes seu dipsadas in populum, vnde multi perierunt, donec mandato Dei erectus sit serpens, in quem aspicientes sanabantur. hanc figuram ipse Dominus interpretatur Iohan. 3. Hinc & nos monemur ne panem cælestem vt vilem contemnentes incurramus in pœnam, id est, rursus subiiciamur antiquo serpenti diabolo. obseruetur hic quoque testimonium de aternitate Christi.

Neque murmuretis, sicut quidam illorum murmurarunt, & perierunt ab exterminatore.

Hæc historia habetur Num. 14. vbi narratur quomodo viri, quos miserat Moses ad contemplandum terram promissam, reuersi male locuti sint de terra promissa, vnde tota multitudo murmurare & insurgere aduersus Deum cœpit, Propter quod scelus adeo puniti sunt, quod ex sexcentis

tumibus
nam pro
nus vtriu
cantibus
magno m
defendi
tur, qui
Hæc
geba
nitic
loru
Hoc e
vt nobis
bus per
ijdem r
autem f
aduentum
Proin
cadat
Illati
ceret: cu
serto, vt
am perie
bita bene
uete vob
similiter
incidatis.

tis milibus duo tantum viri, Nun & Caleb
 terram promissionis ingressi sint. hinc ergo disca-
 mus vtrumq; & Deum nequaquam parcere pec-
 cantibus, quia multi sunt: & paucos bonos in
 magno malorum cœtu diuinitus conseruari &
 defendi. per exterminatorem angelus intelli-
 gatur, qui Dei sententiam executus est.

Hæc autem omnia in figura contin-
 gebant, scripta sunt autem ad admo-
 nitionem nostri, in quos fines secu-
 lorum deuenerunt.

Hoc est, ista omnia ideo literis prodita sunt,
 vt nobis sint quasi exemplaria & tabellæ, in qui-
 bus perspiceremus, quæ nos ira Dei maneat, si
 iisdem vicijis cum illis fuerimus obnoxij. Vocat
 autem fines seculorum, tempus totum consecutum
 aduentum Christi in carnem.

Proinde qui videtur stare, videat ne
 cadat.

Illatio admonitionis grauissimæ est. quasi di-
 ceret: cum ita actum sit cum populo Dei in de-
 serto, vt maxima eius pars ob suam contumaci-
 am perierit: cui peccanti non pepercit Deus, ha-
 bita beneficiorum in eos collatorum ratione, Ca-
 uete vobis, qui videmini vobis secuti esse ne vos
 similiter in manum Dei propter peccata vestra
 incidatis. Est autem hæc Pauli sententia intelli-
 genda

Securi

genda de securitate stulta, qualis fuit Corinthiorum secure torpentium, nulla suæ infirmitatis habita ratione, & tantum arroganter sibi ob dona Dei placentium, non de securitate sancta, quæ certa fiducia in Dei promissiones infallibiles recumbit. Quare Papiſtæ vim faciunt huic loco, quando eum torquent ad stabiliendum suum dogma de perpetua fidei hæſitatione, quam verbum Dei in multis locis reprehendit. Obseruetur hic vtilissima doctrina, qua docemur ne ita de inijs donorum Dei gloriemur, vt secure postea torpeamus, ac ita paulatim gratiæ primitijs excidamus, sed potius sancta quadam solitudine meditemur perseuerantiam in fide, in timore Dei, & obedientia erga Deum, & fugiamus peccati occasiones, per quas sancti olim in peccata inciderunt, & quæ nos ipsos prius inuoluerunt peccato.

Tentatio vos non cepit nisi humana.

Erigit rursus Corinthios, ne auditis tam horrendis Dei exemplis deficiant ac desperent. quasi diceret: nolite despondere animum. id quod vobis accidit, etiam alijs hominibus vsu venire solet carnis imbecillitate. vos igitur infirmitatis vestræ conscijs nolite securi esse, sed potius securitati reluctamini perseuerantes in vera penitentia. Apostolus tentationem vocat, quicquid sollicitare

ſollicitare nos pe
aduerſe, ſine p
empla. breui
ribus vsu ve
pediuntur,
tatis.

Fidelis
vos ten
ſed fac
ſionem

A fide
pios omnes
tit. vnde pr
tur tentatione
& tentatio in
gumentum con
ſidelis cultus eſt

tentationibus
ni & vres
Oſeruandam
ſtodia, D
ſit ne succu
ferat quotie
ne succumb
die imputan
implorauim

Quapro
idololatri

solicitare nos potest: siue res sint prospera, siue aduersa, siue peccata praterita, siue irae Dei exempla. breuiter, quicquid in hoc mundo hominibus vsu venire potest, quo sollicitantur & impediuntur, quo minus currant in stadio pietatis.

Fidelis autem est Deus, qui non sinet vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam euasionem, ut possitis sufferre.

A fide Dei, qui recepit Corinthios atque adeo pios omnes in suam tutelam, consolationem petit. vnde promittit fore, ut & modus imponatur tentationi, & vires suppeditentur à Domino, & tentatio in bonum cedat. Epitheton fidelis argumentum continet, ac si diceret Paulus: Deus fidelis custos est suorum, Ergo ipsis non deerit intimationibus, sed & modum imponet tentationi & vires suppeditabit, ut sufferre valeamus. Obseruandum primum, quod pii sub Dei sint custodia, Deinde, quod in tentationibus illis adsit ne succumbant. orandus igitur est, ut operat ferat quotiescunque sollicitamur ad peccandum ne succumbamus. quod si contigerit, nostrae scordiae imputandum est, qui praesens auxilium non implorauimus.

Quapropter dilecti mei fugite ab idololatria.

Redit

Redit ad hypothesin quam tractandam in octauo proposuit : & nunc rursus infert ex thesi hoc modo, Deus veteri populo varijs & mirandis donis Dei abundanti non pepercit peccanti, Quapropter & vos nolite peccare, sed potius ab omni peccato abstinete, atque adeo fugite ab ipsa idololatria, cuius rei eritis si epulis demoniorum communicatis. Porro idololatriam hic à parte nominat ritus illos & gestus externos pertinentes ad cultum idolorum, dum idolothytis vescerentur idolorum cultores. hos ritus & gestus Corinthij conuersi ad fidem inuitati ad epulas illas prophanas imitabantur, quam imitationem hic Paulus idololatriam vocat, idq; non iniuria. Nam cum & interna pietas & externa veneratio corporis Dei sit propria, in idololatriæ crimen incidit, qui quod Dei proprium est, idolis tribuit. Proinde nec Papiſtæ excusari possunt, qui externam venerationem statuis exhibent contra apertum Dei verbum. quantum autem ad honores illos externos attinet, qui gestibus corporis exhibentur principibus aut alioqui præstantibus viris, sciendum est quod tantisper licite exhibentur, donec finis politicus maneat. Nam huiusmodi honoris exhibitio, externa agnitio est ordinis diuini & donorum Dei.

Vt peritis loquor, iudicate vos quod dico.

Captat

Captat bene
argumentum
dicit: Cum
rium Christi
valet ratio

Calix
mus, t
nis Ch
mus,
ris Ch
nis, vñ
omnes
mus.

Confirma
ea se idololat
Corinthij, qui
vescebantur. E
ex hisce verbis
commodari
ritu (qui in
à rei digni
cantes, sum
municantiu
lum benedi
benedicimus
Deo gratias
mus ipsum q
feri & mori

Captat beneuolentiam, & facit attentos ad argumentum grauissimum quod subiungit, ac si dicat: Cum vos non ignoretis quantum sit mysterium Christi cœna, Iudicate vos ipsi quantum valet ratio quam inde promo.

Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus. Nam omnes vnus panis participes sumus.

Confirmatio est quod non deceat Christianos ea se idololatria polluere, qua se contaminarunt Corinthij, qui in idolorum conuiujs idolothytis vescebantur. *Duplex argum*
Potest autem duplex argumentum ex hisce verbis Pauli peti & presenti causæ accommodari: quorum prius à communicantium ritu (qui idololatræ ritui opponitur) Posterius à rei dignitate, cuius participes fiunt communicantes, sumitur. Prius argumentum à ritu communicantium sumtum, in his verbis est, Poculum benedictionis, hoc est, gratiarum actionis, cui benedicimus, hoc est, quod cum sumimus agimus Deo gratias, prædicamus eius beneficia, celebramus ipsum quod filium suum voluerit hominem fieri & mori pro nobis, atque adeo victimam fieri, qua

ri qua placaretur ira Dei, & expiaretur peccatum. Hinc ergo huiusmodi argumentum extruit Chrysoſtomus. Quomodo nunc contraria facitis ô Corinthij? gratias cum agitis Deo, quod ab idolis vos liberauerit, cur rursus ad mensas illorum curritis? Obserua hic cœnam sacram à Paulo dici εὐλογίαν. hoc est, quod alia voce Græci exprimunt εὐχαριστίαν, à perpetuo ritu Ecclesiæ: quæ cum celebrat hanc cœnam, gratias agit Deo, & prædicat beneficia Christi, iuxta Christi instituentis factum: qui cum hanc sacram cœnam institueret à gratiarum actione exorsus est, vnde & mandatum dedit inquit, Hoc facite in mei commemorationem. quod Paulus etiam inculcans Corinthijs ait, Quotiescunq; ederitis panem hunc & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciate donec venerit. Atque hæc breuiter sint dicta de priori argumento. Nunc autem priusquam secundum concludamus argumentum, in numerum digeram hypotheses (id est, propositiones didacticas) quæ ex Pauli verbis euidenter consequuntur.

PRIMUM ergo ex Pauli verbis euidentissime patet, Corpus & sanguinem Christi vere in cœna adesse & communicantibus exhiberi. Nam cum dicit, Calix benedictionis cui benedicimus, nonne cõmunicatio sanguinis Christi est? nihil aliud vult, quam quod Bernardus expressit sublato schemate: Calix inquit, id est, communi-

participatio calici
numquam cur
dicandum est.

SECVNDUM
fuitatio dupli
substantiati
panis & vi
tionem. fi
tur. Iam si
iam vini su
ni mutaret
ri. Posteri
à calice De
hac Pauli se

TERTIUM
participacione
na communicat
incorporantur o
Quædammodò
sic & nos illi
hoc ita intell
Christo vni
vniõne sacra

QUARTUM
sanguinis Ch
vnum corpus
nis ex mult
Chrysoſtomi
Corpus Christi

communicatio calicis, facit nos habere quandam communionem cum Christo: eodem modo de pane iudicandum est.

SECUNDO ex verbis Pauli colligitur confutatio duplicis erroris Papistici: prioris de Transubstantiatione. aperte enim testatur Apostolus, panis & vini substantiam remanere post benedictionem. fractio enim ad panis naturam refertur. Iam si panis natura remanet, remanebit etiam vini substantia. Imo si natura panis & vini mutaretur, non haberent rationem sacramenti. Posterioris de mutila cœna Papistarum, quia à calice Domini arcent laicos, quod manifeste cum hac Pauli sententia pugnat.

TERCIO ex verbis Pauli colligitur, quod participatione corporis & sanguinis Christi in cœna communicantes uniantur Christo, & veluti incorporentur corpori ipsius. unde Chrysostomus: Quomodo corpus illud unitum est Christo, sic & nos illi per panem hunc unimur. neque tamen hoc ita intelligi debet, quin aliter etiam homines Christo uniantur. Nam hic tantum agitur de unione sacramentali.

QUARTO, hinc colligitur, quod corporis & sanguinis Christi participes, fiant quoque inter se unum corpus. cuius rei symbolum est unus panis ex multis granis compactus. Huc verba Chrysostomi faciunt, qui ait: Quid est panis? Corpus Christi, Quid fiunt qui participant?

0 2 corpus

corpus Christi . non corpora multa , sed corpus vnum . quemadmodum enim panis ex multis compactus granis vnitus est , vt nusquam appareant grana , etsi illic sint (quorum tamen distinctio vel differentia non agnoscitur propter coitionem) sic & Christo & nobisipsis coalescimus . non enim ex altero quidem tu , ex altero vero ille alitur , sed ex eodem omnes , Hæc Chrysostomus .

QVINTVM , ex quarto consequitur , nimirum quod qui iam idem corpus in Christo sint effecti , debeant inter sese spiritu Christi & charitatis vinculo coalescere .

SEXTVM , quod tempore Pauli consuetudo Ecclesiæ fuerit , vt vnus integer panis benediceretur , ex quo singuli suam portionem sumerent , quo magis ipso facto coadunatio omnium piorum in vnum Christi corpus significaretur . sed & hoc inter adiaphora numero , cum de eo tantum exempla non præcepta extant .

SEPTIMVM , quod indignum imo horrendum sacrilegium sit , hoc Christi corpus vlla ratione prophanare . Quare qui hoc Christi corpus prophanant demoniorum epulis , vt iniuriæ sunt Christo eius corpus prophanando , Ita grauissimo reatu obstringuntur . Quare Paulus apposite hinc sumit argumentum , quod paulo post vrget magis cum ait , Non potestis poculum Domini bibere , & poculum demoniorum .

Videte

Videte Iste
carnem , n
participet

Alia ratio
thytorum et
idolothytis
telligemus
altare , per
formabitur
Israëlitæ ,
sunt , vt sus
rum , ita et
Ergo si vos i
tus idolorum
ab idolothytis
aliter hoc exem
tus mea interp

Quid ere
aut quo
quid est
gentes
Deo . no
monior

Anthyp
scentes idolo
ijs , que in cæ
ergo ipse Pan

Videte Israëlem qui est secundum carnem, nonne qui edunt victimas participes altaris sunt?

Alia ratio qua absterret Corinthios ab idolothytorum esu, conuincens idololatrias esse, qui idolothytis vescuntur. hanc rationem rectius intelligemus, si per altare cultum, cui destinatur altare, per metonymiam intelligimus. atq; tum formabitur argumentum hoc pacto: Carnales Israëlitæ, qui nondum ad Christum conuersi sunt, vt sunt participes eiusdem esus victimarum, ita etiam sunt eiusdem cultus participes. Ergo si vos idolothytis vescemini, eritis etiam cultus idolorum participes. sed hoc non licet, igitur ab idolothytis etiam vobis abstinendum est. Alij aliter hoc exemplum accommodant, sed contextus mea interpretationi suffragatur.

Quid ergo dico idolum aliquid esse? aut quod idolis immolatum est aliquid esse? sed quod quæ immolant gentes, dæmonijs immolant non Deo. nolim autem vos participes dæmoniorum esse.

Anthypophora est. Nam cum Corinthios vescentes idolothytis idololatriæ accusat, possunt exijs, quæ in octauo disseruit Apostolus, inferre, Tu ergo ipse Paule tibi contrarius videris, fatebaris nobis-

nobiscum idolum nihil esse, cur iam eos qui vescuntur idolothytis idololatræ vocas? respondet Apostolus per distinctionem. Primum enim concedit quod antea sponte dedit, quod nec idolum sit quicquam, nec idolothytum, si modo ipsa seorsim considerentur. at si finis idolothytorum spectetur, demonijs, id est, diabolis dicatur ille cibus, qui offertur idolis. quare qui istum cibum participat, cum diabolis aliquid commune habet, ac eius societatis fit membrum, qui demoniorum auspicijs coit. sed quia hoc non decet Christianos, debent omnino à demoniorum mensa abstinere. Obseruetur doctrina, quod opus hominis non solum ex se, sed etiam ab affectione agentis & alijs circumstantijs, æstimandum sit.

Non potestis poculum Domini bibe
re, & poculum dæmoniorum, non po
testis mensæ Domini participes esse,
& mensæ dæmoniorum.

Alia ratio ab impossibili, qua confirmatur rei
vbiuevov proximi argumenti. Nemo potest parti
ceps esse, & poculi mensæq; dæmoniorum & po
culi mensæ Domini, Cum ergo Christiani parti
cipes esse debeant poculi & mensæ Domini, nihil
possunt habere commune cum idolothytis, quæ dæ
moniorum sunt. Doctrina hic obseruetur necessa
ria, quod cum vere pietatis natura non possit sta
re externa impietatis professio. Deinde, quod
qui

qui vult Chris
tians sacrile
nabitur de c

An ne
nunq

Exag

opposita,

peccatum

tur, atque

Sed contr

iram, &

eius offen

facere sine

est, quam n

mo sine peria

de us, qui excu

quod commodo

Omnia

confe

non o

Præsur

pat, qui ob

tis, & dai

si conferat

genda esse

est. Nam v

quirunt obe

qui velit Christo communicare, debeat prius omnibus sacrilegijs renunciare. alioqui frustra gloriabitur de communione Christi.

An non prouocamus Dominum?
nunquid fortiores illo sumus?

Exaggeratio argumenti est, illorum opinioni opposita, qui idolothytis vsci non ita magnum peccatum esse, modo peccatum sit, interpretabantur, atque ita suam licentiam excusare voluerunt, Sed contra Paulus dicit eos prouocare Deum ad iram, & arma contra Dominum arripere, qui eius offensam non verentur: id quod nemo potest facere sine certo suo exitio. Deus enim fortior est, quam vt ab omnibus superetur. cum ergo nemo sine periculo fortiozem se prouocat, quid fiet de ijs, qui excusant manifesta peccata, & Deum quodammodo in disceptationem vocant?

Omnia mihi licent, at non omnia conferunt. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.

Præsumtio. Nam eorum obiectionem anticipat, qui obijcere poterant ius Christianæ libertatis, & dat quod ponunt, sed cum ea exceptione, si conferat proximo & eum adificet. hæc intelligenda esse de medio genere rerum, manifestum est. Nam vt quæ præcepta sunt necessariam requirunt obedientiam, Ita quæ prohibita sunt, necessario

cessario sunt cauenda. restat ergo medium genus, quod sua quidem natura & in se liberum est, sed eius vsus restringendus est ad charitatis & ædificationis normam.

Nemo quod suum est quærat, sed quisque quod alterius est.

Ratio restrictionis à communi Christianorum officio. quilibet pius debet totius corporis utilitatem spectare. ergo nihil faciendum quod cum eo pugnat. Est autem hoc Pauli dictum intelligendum exclusiue. nemo quod suum est quærat, subaudi tantum exclusa ratione proximi, aliqui quisque suum quærere potest, & debet iusto & recto ordine.

Quicquid in macello venditur edite, nihil interrogantes propter conscientiam.

Quia quæri posset, quid faciendum sit, si idolothyta ut communes carnes in macello vendantur, num tum liceat ijs vesci nec ne? Paulus eam obiectionem anteuertens, dat consilium, imo præcipit ut edant, nihil percunctantes an idolothytum sit nec ne, quasi hesitantia conscientia. Solebant antiquitus, ut ait Augustinus, carnes quæ supererant de sacrificijs vendere, quarum precium redibat ad sacerdotes.

Domini

Domini enim est terra & plenitudo eius.

Ratio ex Psalm.24. petita, cuius sensus est: cum omnis creatura, quæ in terris hominum vsui destinatur, Deum autorem habeat, tanquam è manu ipsius accipienda est. neque quicquam impurum æstimandum, quod ipse conseruat & veluti fidelium vsui consecrat, vt eo vtantur cum gratiarum actione. reliquis autem impura sunt non quidem creaturarum vitio, sed illorum contagione qui creaturas Dei suo attactu commaculant.

Quod si quis vocat vos infidelium, & vultis ire, quicquid apponitur vobis edite, nihil interrogantes propter conscientiam. Quod si quis vobis dixerit. hoc idolis immolatum est, ne edatis, propter illum qui indicauit & propter conscientiam, Domini enim est terra & plenitudo eius.

Alia quæstio soluitur, an liceat pijs inuitatis ad priuata conuiuia vefci idolothytis nec ne? Respondet id licere, cum hac tamen exceptione. si frater aliquis infirmus præsens in eodem conuiuio non indicauerit esse idolothytum, tum enim abstinendum est propter illum qui indicauit: cuius consilij rationem subiungit eandem, quam paulo antea, vbi de idolothytis egit venalibus in

0 5

macel-

macello, posuit inquit, Domini est terra. tamen si vetustiora exempla Græca hanc rationem hoc loco non repetunt.

Conscientiam autem dico non tuam, sed illius alterius.

Quia ambiguum esse poterat, de cuius conscientia loqueretur Apostolus, se ipsum interpretatur, & ait se loqui de alterius, nempe infirmi fratris conscientia: quæ polluitur, quando exemplo alterius inuitata, quicquam cum hæsitatione agit. quicquid enim fit vel repugnante, vel errante, vel hæsitante conscientia, peccatum est.

Vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia?

Ratio proximæ sententiæ est, quasi dicat Paulus: cauendum est, ne quis ita sua libertate abutatur, ut infirmi eius conscientiam damnent, quasi rem illicitam cum Dei contemptu tentaret. verbum iudicandi pro condemnare hic posuit, vsitata scripturæ phrasi.

At si ego per gratiam participo, cur impius iudicor, pro quo ego gratias ago?

Rationis proximæ declaratio est, cuius hic est sensus: si ex beneficio Dei hoc vel illo cibo mihi uti licet, cur committam, ut hæc mea libertas offenda-

dat

de infirmo
& blasphem
verba & p
rithiorum
esset: cum
qui illud
peccat. r
plectar, j
addit Pa
Apostola
sponsio, e
videtur
spuation
particula
Sue igit
quid faci
facite.
Generali
orsus est in
uit. conclu
tionem, p
debemus
riscetur
aliud quid
tatem iac
gloria non
do sua libe
infirmorum

dat infirmum, vt me propterea, quasi impium
& blasphemum iudicet. Alij, & hæc Pauli
verba & præcedentem clausulam in persona Co-
rinthiorum accipiunt. ac si hæc eorum obiectio
esset: cum idolothytum sit liberum per se, certe
qui illud participat cum gratiarum actione, non
peccat. Verum quo minus hanc sententiam am-
plectar, facit primum particula rationis quam
addit Paulus. Deinde, quod non clare suo more
Apostolus hanc obiectionem declarat. Deinde re-
sponso, quam dicunt Pauli esse ad obiectionem,
videtur non responsio esse, sed generalis huius di-
sputationis conclusio per exhortationem, id quod
particula inferendi oẽv conuincit.

Siue igitur editis, siue bibitis, siue
quid facitis, omnia in gloriam Dei
facite.

Generalis conclusio est disputationis, quam
orsus est in octauo capite, & hucusque continua-
uit. concludit autem suo more per exhorta-
tionem, proponens scopum ad quem respicere
debemus in omnibus actionibus, nempe vt glo-
rificetur Deus, quare qui edit aut bibit, aut
aliud quid facit, huc respiciat, vt non tam liber-
tatem iactet quam gloriam Dei respiciat, quæ
gloria non parum minuitur inter homines, quan-
do sua libertate in rebus medijs cum offensione
infirmorum abutuntur. Obseruetur hæc regula
in om-

9. la in omnibus actionibus nostris, quam qui volens
& sciens violat, is haud dubie Deum ignominia
afficit, gratia excidit, & fit reus iræ æternæ, do-
nec resipuerit.

Estote sine offendiculo & Iudæis &
Græcis, & Ecclesiæ Dei.

Hoc est, cauete ne vlli homini præbeatis effi-
cacem causam offensionis, pro genere species po-
suit, per Græcos suo more intelligit omnes, qui non
sunt Iudæi, Ecclesiam vocat cætum hominum,
qui ex utroque populo aggregatus est per prædi-
cationem Euangelij.

Sicut & ego per omnia omnibus pla-
ceo, non quærens meam ipsius vo-
luntatem, sed multorum vt saluen-
tur.

Suum exemplum quod proposuit in nono imi-
tandum, hic in conclusione repetit, & vult vt
ipsi discipuli suum imitentur magistrum, qui se
omnibus accommodat ad ædificationem. non
enim Paulus in malo alicui placere studuit, sed
vt ipse se interpretatur, genus restringendo, in
bono tantum, quatenus expedire videbatur ad
ipsorum salutem: quemadmodum prolixè disse-
ruit in nono. Hic primum obseruetur ministro-
rum verbi officium esse, vt non solum doceant,
sed seipsos typum doctrinæ statuunt. Nam is ve-
re Ec-

re Ecclesiam docet, qui doctrinam caelestem quam
 profitetur, sanis moribus & pura vita expri-
 mit. Deinde discant hinc ministri verbi se ac-
 commodare auditoribus, cum in docendo tum
 etiam in usu rerum externarum, ut in omnibus
 Ecclesiam Dei adificare & ornare videantur.

Imitatores mei estote, sicuti ego
 Christi.

Utilis admodum haec restrictio est, qua doce-
 tur quatenus ministros verbi imitari nos oportet.
 Multi quotidie occurrunt in ministris infir-
 mitates, multorum ministrorum scelerata & im-
 pura vita est, multi decepti à diabolo à verbo
 Domini deficiunt, & adherent doctrinis demo-
 niorum, nec desunt qui superstitione perniciofa
 laborant. quare modus imitationis tenendus
 est, quem hic perscribit Apostolus inquam, Si-
 cuti ego Christi imitator sum. Nam ut mini-
 stri verbi, non suum sed Christi verbum annun-
 ciare debent: Ita Christum quoque imitari ma-
 gistrum eos decet. Qui ergo contendunt nos san-
 ctos patres imitari debere, in doctrina & mori-
 bus, sciant imitationis modum esse, ut vox Dei
 & Christus ipse statuatur imitationis regula, à
 qua dum discedunt patres, ab illorum imitatione
 nos liberat Apostolus.

Caput

Caput XI.

Summa capitis vndecimi.

VT decorum seruandum in conuentibus publicis viris & mulieribus præscribit: ita obiurgat eos, qui cœnam Domini quibusdam vitijs prophanarunt, & reuocat ad primam cœnæ Dominicæ institutionem.

Ordo & partes capitis vndecimi.

Partes sunt duæ principales huius capitis. Prior est instructio, posterior obiurgatio. Prioris membra sunt plura, nempe exordium, fundamentum seu principium, ex quo extruitur confirmatio. Propositiones duæ, vna de non velandis capitibus virorum, Altera de velandis capitibus mulierum, in cœtibus Ecclesiasticis. Confirmatio ipsis propositionibus subiecta. & clausula de fugienda rixandi libidine, in ijs rebus quæ ad decorum externæ Ecclesiæ faciunt, & graui autoritate sunt receptæ. Posterior obiurgationem primo loco habet. Nam vitia quæ obrepserant in sacra cœna, reprehendit. Deinde eos
ad

ad Christi instit
tionis, qui in d
exemplis illor
sacra cœnæ a
tem conclud
vit ordinati

Exege
ob

Cateru
omnia m
nes tenet
tradidi.

Exordium q
laudat, vt eo
dicturus est
tus. Sed qui
quas serua
culcat ac si
giendis rix
landis & n
mouerunt, q
dinem comp
greditur: ut
landis capit

ad Christi institutionem reuocat. Postea comminatur ijs, qui indigne hac cœna vtuntur, propositis exemplis illorum, qui mortui sunt propter huius sacræ cœnæ abusum. atque ita breuiter hanc partem concludens, promittit se cœtera cum uenerit ordinaturum.

*Exegesis undecimi capituli cum
observatione doctrinarum.*

Cæterum laudo vos fratres, quod omnia mea meministis, & traditiones tenetis, quemadmodum uobis tradidi.

Exordium prioris partis est: in quo Corinthios laudat, ut eos magis ad obedientiam, eorum quæ dicturus est extimulet. *crescit enim laudata uirtus.* Sed quid est, quod Paulus easdem traditiones, quas seruatas ab ipsis laudat, nunc repetit & inculcat ac si eas non seruarent? ex clausula de fugiendis rixis apparet fuisse quosdam, qui de uelands & non uelands capitibus disputationem mouerunt, quo ergo illorum rixandi de hac re libidinem compescat, hanc de decoro disputationem ingreditur: ut quod hætenus in uelands et non uelands capitibus decorum seruauerunt, in posterum quoque

quoque seclusis contentionibus inutilibus conseruent.

Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est: Caput autem mulieris, vir: Caput vero Christi, Deus.

2. *Fundamentum propositionum de non velandis virorum, & velandis mulierum capitibus in publicis cætibus ubi sunt preces & Prophetiæ, de qua re postea dicitur. Obseruentur hic personarum gradus quatuor, In infimo, est mulier: in secundo, vir: in tertio, Christus secundum humanitatem: in supremo, Deus. Deinde obseruetur eminentia dignitatis in politia Ecclesiastica. non enim de spiritali Christi regno, in quo non habetur sexus ratio, hic fit mentio. In triplici regno versantur Christiani. 1. In regno mundi. 2. in regno Dei, spiritali & inuisibili. 3. in Politia Ecclesiastica. In his tribus Deum timere debes. Mulieris caput est vir, hoc est, viro subijcitur mulier: Viri autem caput Christus: Christi autem caput est Deus. Præterea obseruetur, quod in his gradibus inferiora subijciebantur superioribus, ergo omnia Deo.*

Omnis vir orans aut prophetans aperto capite, dedecore afficit caput suum: omnis vero mulier orans aut
prophe-

prophetans non operto capite, dedecore afficit suum caput.

Propositiones duæ sunt, quarum vna est: Vir aperto capite orare & prophetare, hoc est, sacris cætibus interesse, in quibus fiunt preces & prophetiæ, hoc est, conciones sacræ seu interpretationes scripturæ, debet. Altera est. Mulier debet operto capite orare & prophetare, id est, precibus publicis & prophetiis interesse, Nam alioqui mulieribus in Ecclesia prophetare non licuit. vtrique propositioni eandem rationem subiicit, nimirum quod alioqui vterque dedecore afficiat suum caput, vir qui orat aut prophetat operto capite, dedecore afficit Christum. Mulier vero, quæ orat aut prophetat non operto capite, dedecore afficit virum seu maritum suum: sed qui hoc fit? Nam vt velum capitis subiectionis est signum: Unde etiam nubere, id est, velari dicuntur quæ maritis traduntur: ita caput apertum principatus & eminentiæ super mulierem symbolum est. Maritus ergo, qui operto capite orat aut prophetat, caput suum, hoc est, Christum à quo illud Dominium in mulierem habet dedecorat, non agnoscens principatum suum quem habet à Christo, sed potius subiectionem velato capite testatur ingratus. Deinde mulier, quæ aperto capite orat aut prophetat, hoc externo symbolo testatur se non subiectam esse

P viro,

viro. quare tum ignominia afficere videtur, cuius Dominium respuit. Porro cum hæc ad decorum pertinent, quod pro gentium & nationum ratione variat, satis est genus retinere. hoc est, vt quæque natio decorum pro sua ratione seruet. Deinde etsi viris mandatur, vt aperto sint capite, nihil tamen prohibet quin frigoris pellendi causa tegant, vbi res postulat. neque his verbis virgines coguntur, vt velent caput, cum in his regnis consuetudo, atque adeo decorum virginum aliud postulet. nondum enim viris nupserunt, quibus subiectæ esse coguntur, sed apertis capitibus suam testantur libertatem.

Nam id perinde est prorsus ac si rasa esset. etenim si non velatur mulier, etiam tondeatur, Quod si turpe est mulieri tonderi aut radi, velatur.

Secundæ propositionis secunda ratio à comparatione simul & indecoro sumpta. Mulier non velata est ac si rasa esset, aut detonsa coma, Sed hoc indecorum est, Nam id viris conuenit, & non mulieribus. Ergo mulier velari debet. non enim decet, vt mulier habitum viri gerat. Hoc enim abominatio est coram Deo, qui omnem odit confusionem et ἀταξία. siquidem vt in prima creatione alter sexus ab altero natura distinctus fuit, ita vult Deus alterum ab altero officijs & ornatu separari.

Vir

Vir enim non debet valere caput,
cum imago sit & gloria Dei.

Secunda ratio primæ propositionis, Vir est imago gloriæ Dei, (in eo enim elucet Dei maiestas & imperium. Nam vir in supremo gradu dignitatis in hoc mundo respectu mulieris collocatus est, qua ratione Deum repræsentat) Ergo non debet vir velare caput suum in sacris cætibus. est enim expeditum & liberum caput libertatis ac eminentiæ symbolum.

At mulier gloria viri est.

Ratio tertia secundæ propositionis à conditione mulieris. Mulier est gloria viri. Ergo mulier debet caput velare in testimonium subiectionis. Chrysostomus hæc verba Pauli explicans, ait: Mulier gloria viri est, hoc est, mulier est sub viri potestate. necesse itaque est hanc ipsam cum seruitutis insignibus comparere, quæ in capitis velamento consistunt. debet ergo gloria viri passive intelligi. Nam viro non parum gloriæ accedit, quod mulier illi diuina lege sit subiecta.

Non enim est vir ex muliere, sed mulier ex viro, neque enim conditus est vir propter mulierem, sed mulier propter virum.

P 2

A pri-

A prima conditione viri & mulieris probat antecedens superioris argumenti, nempe mulierem viro subiectam esse. mulier est ex viro desumpta, & creata propter virum. Ergo mulier subiecta viro est, atque adeo viri gloria. vt enim ex costa viri extructa, ita & in adiutorium est data, vt sub viri sit potestate.

Propter hoc debet mulier potestatem habere in capite propter angelos.

Quarta ratio secundæ propositionis. Angeli Dei qui in sacris cætibus inuisibiliter adsunt, abominantur confusionem ordinis diuini, Quare propter illos mulieres velata esse debent. potestatis vocabulum hic per Metonymiam pro velamine accipiendum est, Nam velamen indicat mulierem sub potestate viri esse.

Attamen neque vir absque muliere, neque mulier absque viro in Domino, sicut enim mulier ex viro est, ita vir per mulierem, omnia vero ex Deo.

Præsumptio est, qua tum virorum imperium, tum mulierum subiectionem temperat. Nam cum vir sibi tantum imperium in mulierem concessum diuinitus audit, superbire & vxorem tanquam ex alto despicere incipit. potest & mulier
de sua

de sua conditione, vt nimium abiecta conqueri.
 Apostolus igitur, vt illum reprimit, ita hanc
 consolatur, indicans mutuae istius coniunctionis
 autorem & conseruatorem esse Dominum. Sic
 enim eminet vir, vt consistere non possit sine mu-
 liere. sic quoque mulier subiecta est, vt vir ali-
 quid ab ea accipiat. cum sicut ipsa primum ex
 viro sumta est, ita etiam vir, non nisi per ipsam
 possit propagare, quod sit in adiutorium data viro.
 cum ergo ait: Mulier ex viro est, materiam no-
 tat. cum addit: Vir per mulierem, instrumenta-
 lem causam exprimit. & cum subiungit OM-
 NIA EX DEO: & primum principium &
 verum αἰτιον significat, nempe Deum, ad quod
 principium vult nos Apostolus respicere, ne alius
 alium contemnat, & vt omnes sciamus nos quic-
 quid sumus aut habemus, ab ipso esse & habere,
 vt ad eum praedicandum omnia referamus.

Apud vos ipsos iudicate: num deco-
 rum est, mulierem non velatam De-
 um orare? An ne natura ipsa hoc
 docet vos, quod viro quidem coma-
 tum esse, dedecori sit: contra vero
 mulieri comatam esse, gloria sit.
 Nam coma pro velamine data est ei.

Quantam rationem secundae propositionis, &
 tertiam primae per communicationem ex colla-
 tione & signo colligit, viro comatum esse, hoc est,

P 3

proli-

prolixos capillos alere instar mulieris dedecori est. Contra mulieri comatam esse, hoc est, prolixos capillos nutrire, est honor. Ut ergo coma mulieri pro velamine est, hoc est, indicat mulieris caput velamine indigere, àvri enim hic non pro vice ponitur, sed finem declarat: ita breuiores capilli viri significant ipsum velamine non indigere. Natura enim viro breuiores capillos, etiamsi quis sinat excrescere, Mulieri vero prolixiores & capiti obuoluendo idoneos, tribuit.

Quod si quis videtur contentiosus esse, Nos huiusmodi consuetudinem non habemus, neq; Ecclesiæ Christi.

Quia non ignorabat Apostolus apud Corinthios fore nonnullos contentiosos, qui hæc argumenta conuellerent niterentur: monet ritus vtilis, & graui autoritate receptos non debere à quoquam contemni, sed honestatis & decori causa sine contentione retinendos esse. Vocat autem hic contentiosum, qui libidine contradicendi laborat, non inquirendæ veritatis, sed inanis gloriæ causa.

Hoc autem præciens, non laudo, quod non in melius, sed in peius conuenitis.

Ut in superiori parte huius capituli Corinthios idcirco

idcirco laudauit, quod in plerisque eum ordinem retinerent, quem in eorum Ecclesia constituerat: ita in hac parte præfatur se non posse, non reprehendere eorum ἀταξίαν in sacra Christi cæna: ad quam non in melius, sed in peius conuenerunt. Græca ad verbum expressi. hoc præcipiens non laudo. cuius sensus est, Dum hoc refero quod nunc subiungam de sacra cæna, non possum vos laudare, qui sacra Christi cæna indigne abutimini.

Nam primum quidem, conuenientibus vobis in Ecclesia, audio schismata inter vos esse, & ex parte credo.

Ratio obiurgationis à moribus Corinthiorum in cæna sacra. dicit eos non vnanimes esse, quemadmodum decet Christianos, sed diuersis studijs addictos: vnde & dissidia & multi abusus in Ecclesia nascuntur.

Oportet enim & hæreses inter vos esse, vt qui probati sunt manifesti fiant inter vos.

Ratio cur Apostolus rumorem de schismatibus inter Corinthios ortis verum esse credat, à necessitate & fine hæresium: quæ ex dissidijs sæpe oriuntur. Vt autem hæc necessitas non est ordinata, sed consequentiæ tantum, propter insidias diaboli, qui perpetuo in Ecclesia turbas mouere

P 4

conatur

conatur, & sua zizania in agrum Domini iacit,
 & propter multorum hypocritarum fastum &
 arrogantiam in Ecclesia: ita finis non est pro-
 prius heresios, prolatio & manifestatio fidei, Sed
 ex prouidentia Dei hoc euenit, qua fit, vt quod
 sua natura malum est, electis in bonum cedat
 iuxta dictum Pauli, Diligentibus Deum, omnia
 cooperantur in bonum. hinc itaque petamus con-
 solationem, cum passim audimus hereses subori-
 ri, quæ sunt infrementis diaboli aduersus Eccle-
 siam certissima indicia, qui piorum studium no-
 lens excitat, vt tanquam aurum igne persecuti-
 onis reddantur puriores: tantum abest, vt Ec-
 clesiam Dei suis technis ac dolis abolere possit.

Conuenientibus ergo vobis in v-
 num, non est Dominicam cœnam
 edere, vnusquisque enim propriam
 cœnam præoccupat in comedendo, &
 hic quidem esurit ille vero ebrius
 est, nunquid domos non habetis ad
 edendum & bibendum? aut Ecclesi-
 am Dei contemnitis? & pudore affi-
 citis eos, qui non habent? quid vo-
 bis dicam? laudabo vos? in hoc non
 laudo.

Quam indigne cœnam Dominicam celebra-
 runt Corinthij exponit, eorum pessimos mores &
 àta-

ἀταξίαν tanxans. Primum denunciat, hoc non esse cœnam Dominicam edere, hoc est, non licere ita intemperanter cum aliorum contemptu & pudore, conuenire ad sacram Christi cœnam tanquam ad prophanas epulas. Deinde, quid reprehendat apertius exponit, nimirum quod illic singuli suam cœnam præsumerent, & non solum ad facietatem, sed ad ebrietatem se expleant, non sine pauperum pudore, qui interea esurire cogebantur. hoc peccatum exaggerans, pronunciat esse contemptum Ecclesiæ Dei. quare vult Paulus Corinthios domi famem & sitim sedare, in cœtu vero Ecclesiastico reuerenter & vnanimiter cœnam Domini sumere, sine personarum vlllo discrimine: id quod iam ex institutione cœnæ probandum assumit.

Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis, Quod Dominus Iesus in ea nocte qua traditus est, accepit panem, & gratijs actis fregit ac dixit: accipite, comedite, hoc meum est corpus, quod pro vobis frangitur. hoc facite in mei commemorationem.

Similiter & poculum, postquam cœnasset, dicens: Hoc poculum nouum testamentum est in meo sanguine, hoc facite quotiescunque biberitis

in mei recordationem. quotiescun-
que enim ederitis panem hunc & po-
culum hoc biberitis, mortem Domi-
ni annunciate, vsquequo venerit.
Itaque quisquis ederit panem hunc,
aut biberit poculum Domini indi-
gne, reus erit corporis & sanguinis
Domini.

*Ratio reprehensionis intemperantiæ & ataxi-
as Corinthiorum in celebratione cœnæ Domini-
cæ. ex circumstantijs enim institutæ cœnæ infert
indignum esse, ita intemperanter absque omni re-
uerentia Christi institutoris cœnam hanc perage-
re. proinde pronunciat reos spreti corporis &
sanguinis Domini, qui adeo impure & irreue-
renter tantum mysterium tractarunt: atque hæc
argumenti summa est. Verum vt peccatum Co-
rinthiorum clarius ponatur ob oculos, circum-
stantias diligentius perpendamus. Christus iam
tradendus & mortem obiturus propter peccata
hominum hanc instituit cœnam. quomodo ergo
conuenit, vt hanc celebraturi epulis & ebrieta-
tibus se dedant? Christus gratias egit Patri
cœlesti hanc cœnam instituens, & vos ingra-
tissimi estis fratribus vestrīs, quos contemnit
& pudore afficitis. Christus corpus suum eden-
dum & sanguinem suum bibendum proponit,
& vos prophanis epulis, & poculis hanc cœnam
prophanatis. Christus cœnam instituit, vt sit
nouum*

rum fedwa
e ros eam
affinis. Cl
vult nanc
inmemore
CHRIS
cia erga
tur, &
sunt, con
cœnam ce
singuli si
da. C
Dei com
more id fa
cœnam ora
Christi & a
facis in Eccl
gissimum se
constitutio
ni, qui adeo
ad eam co
dicta perti
Etrinam de
quicquid d
Cum nemi
ritatis orat
stri Iesu Ch
bus de hac
ter extingui

nouum fœdus gratiæ & remissionis peccatorum,
 & vos eam celebrantes peccatis indulgetis gra-
 uissimis. Christus in suæ mortis recordationem
 vult hanc cœnam sumi, & vos tanquam eius
 immemores, ducimini vestris concupiscentijs.
 CHRISTVS vult predicari sua benefi-
 cia erga Ecclesiam donec hæc cœna tracta-
 tur, & vos pauperes, qui membra Ecclesiæ
 sunt, contemnitis. CHRISTVS vult hanc
 cœnam communem esse toti Ecclesiæ, & vos
 singuli suam cœnam præoccupatis in comeden-
 da. CHRISTVS vult nos sobrie in timore
 Dei communicare, & vos ebrj absque omni ti-
 more id facitis. CHRISTVS vult per hanc
 cœnam coalescere inter se communicantes spiritu
 Christi & charitatis vinculo, & vos schismata
 facitis in Ecclesia. Isto proinde pacto cum indi-
 gnissimum sit cœnam Domini celebrare, reos vos
 constituitis sp̄eti corporis & sanguinis Domi-
 ni, qui adeo impure & irreuerenter, & indigne
 ad eam conuenitis. Hactenus quo hæc Pauli
 dicta pertineant dictum est: nunc integram do-
 ctrinam de cœna adiuciam. Deus faxit, vt
 quicquid dicturus sum in gloriam Dei cedat.
 Cum nemine rixari volo contentus simplici ve-
 ritatis oratione: & Deum patrem Domini no-
 stri Iesu Christi oro, vt incendium ex disputationi-
 bus de hac sacratissima cœna excitatum, clemen-
 ter extinguat.

DE

DE SACRA COENA.

CUM sacra Christi cœna sit Ecclesiæ ab ipso Christo commendata, paulo ante quam suam piacularem victimam pro peccatis generis humani peregit in ara crucis: necesse est graues huius institutionis causas fuisse, quæ haud obscure in ipsis cœnæ verbis indicantur. quare decet omnino, vt omnes qui Christo nomina dederunt, vt huius cœnæ rationem exacte intelligant, & iuxta præscriptam à Domino normam ea sæpius vtantur: vt non rei peragantur spretæ huius sacratissimæ cœnæ. Ut autem plenior eius habeatur instructio, in quatuor partes eius tractationem distribuam. Quarum prima sit, quod hæc cœna sit sacramentum, & qualenam sit sacramentum. 2. Quenam res in hoc sacramento concurrant spectandæ, cum earum analogia. 3. Quæ significationes huius cœnæ sint respectu temporis præsentis, præteriti & futuri. 4. Quenam sit vera meditatio & perceptio digna huius sacramenti.

DE PRIMO.

Cum omne sacramentum signum sit visibile diuinitus institutum, cui addita est promissio fidei sacramenta percipientium requirens, nemo dubitare potest, quin hæc cœna sit etiam sacramentum. Christi enim mandatum extat, & insti-

diffinitio est
panis & vin
tia & remi
promissio in
Christus h
FACIT
NEM. H.
intelligi po
datum di
fici, & fi
litum in
currant,
rum cum
sacramen
sit sacramen
populi duplex
tunis, alteru
veteris populi
quia per illud
comestio agn
quo in popu
eundem mo
quidem ini
Domini con
Stolus bap
quod in Ecu
Christo in ser
catis munda
sequimur qu

institutio est manifesta : signum conspicitur ,
 panis & vinum : promissio noui fœderis de gra-
 tia & remissione peccatorum adiicitur : quæ sane
 promissio inefficax est , nisi fides accedat , quam
 Christus haud obscure requirit cum ait : **HOC**
FACITE IN MEI RECORDATIO-
NEM. Hanc esse sacramentorum rationem inde
 intelligi potest , quod ista quatuor quæ posui : man-
 datum diuinum , signum visibile , promissio bene-
 ficij , & fides promissionis : cum in veteris popu-
 li , tum in noui populi sacramentis omnibus con-
 currant , vt in circumcisione videre licet . **Cate-**
rum cum iam constet , cœnam hanc Christi esse
 sacramentum , sciendum quoque est , qualenam
 sit sacramentum . Nam vt veteris , ita & noui
 populi duplex est sacramentum : vnum initia-
 tionis , alterum confirmationis . vt circumcisio
 veteris populi initiationis sacramentum fuit ,
 quia per illud recipiebantur in populum Dei : ita
 comestio agni confirmationis sacramentum erat ,
 quo in populum Dei recepti confirmabantur . **Ad**
eundem modum in nouo testamento baptismus
 quidem initiationis sacramentum est , Cœna vero
 Domini confirmationis . Quotquot inquit Apo-
 stolus baptizati sunt , Christum induerunt . Nam
 quod in Ecclesiam recipimur per baptismum , ac
 Christo inserimur , in eoq; regeneramur , & à pec-
 catis mundamur , non sine corporis beneficio con-
 sequimur quo induimur , & sanguinis quo ablu-
 mur .

mur. quod vero per baptismum Christo insiti eodem alimur, fouemur, & sustentamur, id nullo consequimur alio beneficio, quam corporis & sanguinis Christi. quod ergo nobis in baptismo tegumentum est & mundatio, in cœna cibus et potus existit. Atq; vt aliud est gigni, aliud educari, ita aliud est in nouam vitam renasci, aliud sustentari & crescere. Ex his itaque conficitur, quod vt baptismus est initiationis, Ita cœna Domini est confirmationis seu continuationis sacramentum. *Sacramentum quidem dictum, quia est signum externum (quod in pane & vino conspicitur) sacræ rei, hoc est, corporis & sanguinis Christi atque omnium beneficiorum, quæ Christus per corpus & sanguinem suum credentibus tribuit.*

DE SECVNDO.

Res concurrentes in sacra cœna sunt plures.
 1 Nam illic primum oportet adesse prædicationem beneficiorum Christi, preces, gratiarum actionem
 2 & c. Deinde elementa, panem & vinum iuxta institutionem Christi, non mutatis naturis panis & vini, sed in sacrum usum elementis destinatis. Hoc primum aperte testantur verba Apostoli supra capite 10. cum ait: panem quem frangimus, nonne communio corporis Christi est? Deinde si mutaretur, seu vt Papiſta cum

Thoma

Tama loquua
 omentorum
 nequaquam
 ad sacram
 terni propi
 bor, Arcu
 tis in circu
 deserto, re
 Agens p
 ruse, vere
 est aqua,
 quin ver
 in sacra c
 sic. Gely
 ai: sacra sa
 poris & sang
 per quod &
 tes natura &
 tia & natu
 nus: Acced
 cramentum
 substantian
 verbum &
 cramentum
 aut aqua in
 Nam illic c
 tes etiam n
 vbi manent
 recte obijci

Thoma loquuntur, transubstantiaretur substantia
 elementorum, in naturam corporis & sanguinis,
 nequaquam haberent sacramenti rationem. Nam
 ad sacramenti integritatem requiritur signi ex-
 terni propria natura, Ut arbor vitæ vera erat ar-
 bor, Arcus cælestis verus erat arcus, Precisio cu-
 tis in circumcissione vera erat præcisio. Petra in
 deserto, vera erat petra. Man verum Man erat.
 Agnus phasæ vere erat agnus. Sanguis vaccæ
 ruscæ, vere erat sanguis, Aqua in baptismo vera
 est aqua, & sic de alijs. quare non est dubium,
 quin vera substantia panis & vini maneat
 in sacra cæna, iuxta sententiam purioris Eccle-
 siæ. Gelasius qui vixit anno Domini 486. ita
 ait: certa sacramenta, inquit, quæ sumimus cor-
 poris & sanguinis Christi, diuina res est, pro-
 pter quod & eiusdem diuinæ efficiuntur confor-
 tes nature, & tamen non desinit esse substan-
 tia & natura panis & Vini. & Augusti-
 nus: Accedit verbum ad elementum, & fit sa-
 cramentum. non dicit, verbum tollere aut tran-
 substantiare, sed dicit accedere, vt hæc duæ res
 verbum & elementum integrum constituent sa-
 cramentum. Neque recte obijcitur virga Mosis,
 aut aqua in Cana Galilæa in vinum est conuersa.
 Nam illic cum naturarum mutatione proprieta-
 tes etiam mutatae sunt, quod in sacra cæna non fit
 vbi manent proprietates panis & vini. Neque
 recte obijciuntur Papistica miracula, qui dicunt
 sanguis

sanguinem de pane à Iudæo quodam cultro vul-
 nerato emanasse. Nam istæ præstigia diaboli
 fuerunt, quibus duo horrenda sacrilegia confir-
 mare voluit: Unum de adoratione panis & cir-
 cumgestatione: Alterum de altera sacramenti
 parte eripienda Ecclesiæ. Nam cum isto figmen-
 to facile persuadere populo potuerunt, tantum esse
 in vna parte quantum in ambabus, non difficile
 erat illis suum fucare sacrilegium. Tertio sunt
 in cœna verum corpus & verus sanguis Do-
 mini nostri Iesu Christi, vna cum pane & vino,
 non naturæ coniunctione, sed sacramentali.
 Nam quod non sit carnalis, nec localis inclusio
 corporis in pane, & sanguinis in vino, ita vt lo-
 cus & corpus se mutuo contingant, locusque ce-
 dat corpori, ipse etiam Lutherus testatur, qui re-
 ctissime dicit: non naturalem præsentiam, sed su-
 pernaturalem esse. ex quo & hoc efficitur, quod
 ad hanc veram præsentiam corporis & sanguinis
 in cœna Domini, non requiratur, vt humanitas
 Christi sit vbiq; diffusa, ac si iam post resurre-
 ctionem in diuinitatem conuersa esset, quæ here-
 sis olim refutata est. Verum hoc satis est crede-
 re, quod quemadmodum in cœna Dominus sedit
 circumscripto corpore & nihilominus discipulis
 exhibuit suum verum corpus edendum, & san-
 guinem verum bibendum, vt testantur verba
 cœnæ: ita iam in gloria cœlesti sedens porrigit
 communicantibus in terra (ea est diuina ipsius
 virtus

vni & pot
 nem, vna
 nem solita es
 mus ad Do
 ma cœna t
 intentos a
 porrexit
 mentum:
 ad Domini
 rum man
 sanguinem
 minus, qu
 tam imm
 modum pra
 ita canit: &
 fœnerum, sola
 partes huius se
 mo loco spectan
 tantum, vt t
 menti appell
 externæ spi
 Deinde id
 vt corpus &
 & arcano c
 tum interio
 res tantum
 huius sacra
 Sed de effecti
 stenus dixim

virtus & potentia) suum corpus & suum sanguinem, vnde Ecclesia precari ante communionem solita est his verbis: *Sursum corda habemus ad Dominum, Quemadmodum ergo in prima cœnæ institutione discipuli oculos habuerunt intentos ad Dominum, qui ad mensam sedens porrexit discipulis corporis & sanguinis sacramentum: ita nos quoque leuemus corda nostra ad Dominum, qui illic agens, nobis ministrorum manibus porrigit verum suum corpus & sanguinem, vt sint cibus & potus interioris hominis, quo ille alitur, augetur & crescit ad vitam immortalem & beatam. Si non intelligis modum presentie, Ecclesie voce te sustenta, quæ ita canit: *Et si sensus deficit ad firmandum cor sincerum, sola fides sufficit.* Veteres quidam partes huius sacramenti ita distinguunt, vt primo loco spectandum sit id quod est sacramentum tantum, vt panis & vinum, quæ ideo sacramenti appellationem sortiuntur, quia sunt res externæ spirituales habentes considerationem, Deinde id quod est res & sacramentum simul, vt corpus & sanguis Domini, quæ inuisibiliter & arcano quodam modo adsunt, vt sint alimentum interioris hominis, Postremo id quod est res tantum & non sacramentum, hoc est, effectus huius sacramenti in ijs, qui illud fide percipiunt. Sed de effectibus suo loco dicetur. ex his quæ habentur. Etenus diximus, facile arbitror intelligi, qualis-*

Q nam

nam sit hæc sacramentalis locutio . panis est corpus, vinum est sanguis. Veritas quidem naturarum, quæ vocibus significatur manet, & non fit naturarum vlla μεταστώσις, seu transubstantiatio: sed dijudicatio huc adhibenda est, qua spiritualia spiritualiter, & corporalia corporaliter dijudicare oportet. Nam ea dijudicatione adhibita, analogia panis ad corpus Christi & vini ad sanguinem facile perspicietur. Quam ergo rationem habet panis & vinum ad corpus humanum nutriendum, augendum, conseruandum exhilarandum: eandem habet corpus & sanguis Christi, ad augendum, nutriendum, conseruandum & exhilarandum interiorem hominem. Sunt ergo panis corpus, & vinum sanguis Domini ea coniunctione iuncta, qua vt panis & vinum corpora humana nutriunt, augent, conseruant, exhilarant, ita caro Christi & sanguis alit, auget, conseruat, exhilarat animas nostras ad vitam æternam: modo viua fides non defuerit. Hæc comparatio cum fit, recte dicitur, Panis est corpus Domini, Vinum est sanguis Domini. Nam quem vsu corporibus nostris præstat terrenus panis & vinum, eum in suo genere præstat animis piorum corpus & sanguis Christi. Huc facit illud dictum Bernardi: *cibus iste non est ventris, sed mentis. non est enim datus ad ruinas huius vitæ, quæ vapor est ad modicum parens, sed ad æternam vitam*
 confe-

contendat a
 sacramenti
 sum rerum
 nunc quod t

Sicut a
 tiones in
 in memori
 nis à ser
 lum part
 & inter
 bra mystic
 ture victim
 uitate Diabo
 se successit,
 nes, idque
 Nam si temp
 sacra cæna
 Dominice
 per victim
 tum est,
 um vocari
 rent, quen
 nomen accip
 veluti quoa
 buc Domini
 dationem, quæ

conferendam animæ. atque hæc de partibus huius sacramenti & analogia terrenarum & cælestium rerum, quæ in cæna sunt, dicta sufficiant: nunc quod tertio loco proposuimus videamus.

DE TERTIO.

Sicut agnus phase plures habebat significaciones in veteri testamento. reuocabat enim in memoriam populo Dei beneficium liberationis à seruitute Pharaonis, testabatur populum participem huius agni populum Dei esse, & inter sese tanquam eiusdem corporis membra mystice coniunctos esse, & erat figuræ futuræ victimæ Christi & liberationis, à seruitute Diaboli: ita hæc cæna quæ agno phase successit, habet quoque varias significaciones, idque respectu diuersorum temporum. Nam si tempus respicis præteritum, est hæc ^{Tempus} sacra cæna commemoratio quædam passionis ^{Tempus} Dominicæ. atque adeo sacramentum nostræ per victimam Christi redemptionis. ex quo factum est, quod veteres hanc cænam sacrificium vocarint, non quod Deo hic aliquid offerrent, quemadmodum Papiæ insulse sacrificij nomen accipiunt: sed quia peracti olim sacrificij veluti quoddam $\mu\nu\nu\mu\sigma\tau\omega\nu$ erat & recordatio. Huc Domini præceptum facit, hoc facite in mei recordationem, quæ recordatio omnia beneficia Christi

Q 2

erga

erga Ecclesiam complectitur. Quoniam autem
 hæc recordatio beneficiorum Christi coniunctam
 habuit gratiarum actionem, Paulus cœnam hanc
 vocauit εὐλογία & veteres Theologi εὐχαριστία.
 Deinde si respicis. præsens tempus, habet hæc cœ-
 na has significationes. primum significat nos vni-
 ri ac veluti incorporari Christo, idque spiritua-
 liter iuxta Pauli verba Calix benedictionis:
 cui benedicimus, nonne communio sanguinis
 Christi est? Panis quem frangimus nonne com-
 munitio corporis Christi est, id est, communicatio
 corporis & sanguinis Domini facit nos habere
 quandam communionem cum Christo, vt qui iam
 insiti sumus corpori eius, modo viua fides non
 defuerit. tamen si autem omnis qui credit, habet
 hanc cum Christo spiritualem communionem, ta-
 men hæc sacramentalis communio non frustra
 accedit. Ut enim Apostoli habuerunt spiritum
 sanctum ante diem pentecostes, tamen illa visi-
 bilis & sacramentalis spiritus sancti collatio,
 non caruit sua virtute & efficacia: ita mandu-
 catio spiritualis corporis & sanguinis Domini
 non impedit virtutem & efficaciam sacramen-
 talis manducationis, Imo illa hæc confirmatur
 & augetur ad fidei incrementum, quam excitat
 sacramentalis esus. Deinde significat nos in-
 ter nos inuicem vniri spiritu Christi, qui vna hæc
 Christi cœna communicamus, cuius communio-
 nis symbolum vnus panis existit, vt Paulus te-
 statur

statur, cum ait: Quoniam vnus panis, vnum corpus sumus. Nam omnes vnus panis sumus participes. Quemadmodum enim panis ex multis compactus est grans, ita multi in corpus vnum Christi mysticum coalescunt. ab his effectibus cœna Domini à Paulo communio dicitur, quam communionem explicans Damascenus ita ait: Dicitur communio, quia communicamus per ipsam Christo, & quia participamus eius carnem & diuinitatem, & quia communicamus & vnimur inuicem per ipsam. atque huc appellatio $\sigma\omega\alpha\zeta\iota\varsigma$ pertinet. Præterea si futurum respicis tempus, significat hæc sacra cœna, quod virtute corporis Christi resuscitemur à mortuis, nostra quoque corpora debeant resurgere ad beatam vitam. Unde Paulus, Si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Deinde significat fruitionem perpetuæ præsentia corporis Christi in æterna beatitudine. Hinc quidam veterum vocarunt hanc cœnam Viaticum, propterea quod admonebat ante mortem sumentes hanc cœnam, quod Christus esset ipsis via ex his ærumnis & morte ad perpetuam fruitionem Dei in æterna vita. & hæc significatio diligenter omnibus, sed potissimum iam morituris inculcanda est. Postremo, si æternitatem respicis, atque adeo omne tempus, hæc sacra cœna significat nouum fœdus Dei cum homine in initium de perpetuo favore Dei erga hominem credentem. atque adeo hanc ob causam hæc cœna

L 3

testamen

testamentum seu fœdus ab Euangelistis & Paulo dicitur. Quare hæc cœna defini potest confirmatio noui testamenti, id est, fœderis gratiæ & remissionis peccatorum omnium hominum, qui salutem promissam fide recipiunt. Ceterum vt ratio appellationis distinctius intelligatur, sciendum quinque in omni testamento spectanda esse. 1. Testator. 2. Hæreditas. 3. Scripti hæredes. 4. Mors interueniens testatoris. 5. Conditiones seruanda ab inscriptis hæredibus. Hasce quinque circumstantias, in definitione huius noui testamenti coniungam. Nouum testamentum est fœdus sancitum morte CHRISTI testatoris, de gratia Dei, remissione peccatorum & donatione vitæ æternæ, promissa omnibus gentibus & populis in Christum crucifixum credentibus. Hanc definitionem si retexis, habes testatorem Christum, habes hæreditatem, gratiam Dei, reconciliationem, & donationem vitæ æternæ. Habes scriptos hæredes omnes gentes & populos. Habes mortem testatoris interuenientem & confirmantem legatam hæreditatem. Habes conditiones à scriptis hæredibus seruandas, nimirum, vt in Christum testatorem firma fiducia recumbant, cum qua fide coniuncta est nouitas vitæ & obedientia erga Deum. Huius testamenti virtute omnes, qui inde vsque ab initio mundi crediderunt saluati sunt.

DE

Cum sacra per vitæ primum in mortis De tuus est nostra, Si poris & vi nos re rita dam vnigenit isse iram vllis hosti homo effect duplex cog Dei volentis oppressos in gratificatione, mana assumuare iram ni generis Ecclesia se cra Christi cedere ad debet se p aut de pe Probet am illo edat, & hortatio neq

DE QVARTO.

Cum sacra Christi cœna sacramentum sit nostræ per victimam Christi redemptionis, omnium primum in mentem venire nobis debet, causa mortis Domini, nempe peccatum nostrum. mortuus est enim, inquit Paulus, propter peccata nostra, Secundo cogitandus est finis victimæ corporis & sanguinis Domini, quæ ideo peracta est, ut nos redimeremur à peccati regno & commerita damnatione. Tertio, ex præstantia victimæ vnigeniti filij Dei, cogitandum est maximam fuisse iram Dei aduersus peccatum, quod non potuit ullis hostijs aboleri nisi eius solius, qui et Deus et homo esset. Quarto, causa impulsiva huius uictimæ duplex cogitanda est, ineffabilis misericordia Dei volentis nos sub regno diaboli maledictione oppressos in gratiam recipere, intercedente filij satisfactione, Et amor filij Dei, qui natura humana assumpta voluit fieri victima & in se derivare iram Dei pœnamque pro peccato humani generis sustinere. Hæc meditari debet tota Ecclesia semper, & potissimum quando hæc sacra Christi cœna celebratur. Caterum qui accedere ad huius cœnæ communionem constituit, debet se probare priusquam de pane hoc edit, aut de poculo bibit iuxta hæc Pauli verba: Probet autem quisque se ipsum & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat. Hæc Pauli exhortatio nequaquam surda aure prætereunda est.

Q 4

Nam

Nam cum graue emineat periculum ijs qui hac
 cœna abutuntur, necessarium profecto est exa-
 men conscientie priusquam hanc quis cœnam
 accedat. ut autem hoc examen rectius fiat, non
 humana somnia de probatione per confessionem
 auricularem & satisfactionem audienda sunt,
 sed diligenter inquirendum ex verbo Dei est, qua
 sit vera probationis ratio. Hæc ratio probatio-
 nis, tametsi paucissimis verbis indicari potest:
 nempe quod is probatus sit, qui reuerenter in ti-
 more Dei in vera pœnitentia, in vera fiducia, &
 cum sancto proposito ad hanc cœnam accedit: ta-
 men propter errores Papiſticos distinctius sa-
 lutaris probandi ratio nobis excutienda est. Qua-
 re tres circumstantias huius probationis ex ver-
 bis Pauli consideremus. I. Quemnam velit
 probari Paulus. Deinde, quidnam probari, hoc
 est, tentari, experiri, examinari seu excuti velit.
 1. Tum, à quo hanc probationem fieri cupiat. Quem-
 nam igitur vult probari? Eum nimirum qui se
 ad sacram huius cœnæ communionem comparat.
 2. Quid in eo probandum seu examinandum? R.
 Hoc Paulus 2. Corinth. 13. explicat his verbis.
 Vos ipsos tentate an sitis in fide, vos ipsos pro-
 bate, an non cognoscitis vos ipsos, quod Iesus
 Christus in vobis est, nisi sicubi reprobi estis? Hæc
 Antithesis, qua reprobi & probati opponuntur,
 illustris est. ut enim probatos dicit eos, qui in fide
 sunt, & Christum habitantem in se sentiunt, Ita
 reprobos

reprobos eos sta
 in se habitant
 & examen
 des, & Chri
 ritus eius
 Porro fide
 noticia v
 absoluitur
 cœna, qua
 necesse fuit
 Dei mori
 tritio in c
 catum aug
 templatur
 tum, ut pecc
 ras, accendit
 fiducia confirm
 tione huius sac
 cœnam digne
 an vera pœ
 statuat vict
 peccato toti
 Bapliste, qu
 cata mundi
 rem vna fr
 tiat Christu
 suam preser
 an firmum
 post hac vit

reprobos eos statuit, qui fide carent, & de Christo in se habitante dubitant. Quare iusta probatio & examen in hoc consistit, vt vere sentiatur fides, & Christi presentia in nobis ex virtute spiritus eius nos ad pietatis studium excitantis. Porro fides quæ sine peccati agnitione esse nequit, noticia victimæ Christi & fiducia misericordiæ absoluitur. Nam dum cogitat pius in vsu huius cænæ, quam magnum peccatum nostrum fuisse necesse fuerit, pro quo abolendo oportuerit filium Dei mori, agnitione peccati huius accenditur contritio in corde & dolor propter commissum peccatum augetur. at cum rursus in hac cænâ contemplatur pius Christum mortuum & resuscitatum, vt peccato abolito nouam iusticiam conferat, accenditur fiducia in hunc mediatorem, quæ fiducia confirmatur, augetur & stabilitur summatione huius sacræ cænæ. Quare qui hanc sacramentam digne vult percipere, exploret apud sese an vera pœnitentia sentiatur, Experiatur an statuatur victimam Christi satisfactionem esse pro peccato totius mundi, iuxta assertionem Iohannis Baptiste, qui ait : Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi, Examine se an in hunc satisfactorem viua fiducia recumbat, Excutiat num sentiat Christum in se habitantem & ostendentem suam presentiam & spiritus sui efficaciam, Videat an firmum propositum habeat peccatum omne post hac vitandi, ac Deo totam suam vitam ap-

L 5

proban

3 probandi cum perpetua gratiarum actione pro tanto beneficio. *A quo hoc examen fieri debet?* Paulus respondet. Probet seipsum homo, nemo enim melius & certius iudicare potest, an fide sis præditus quam tuipse, Quare vanum est figmentum Papistarum, qui tanquam necessariam omnino ad hanc probationem requirunt confessionem auricularem. Nam si illa necessaria esset ad hoc examen, Paulus non debebat dixisse, probet seipsum homo, sed probetur per alium. Hoc cum affirmo, nec veram confessionem repudio, nec disciplinam nostræ Ecclesiæ receptam conuello. De confessione enim necessaria ex verbo Dei sic sentiendum est, si adest vera fides & pœnitentia non est alio opus confessionis genere, quam quo sancti homines Dei, Patriarchæ, Propheta, Reges, Abraham, Daniel, Dauid, Petrus, &c. veniam de maximis sceleribus impetrarunt à Deo, qui solus peccata condonare & delere potest. quare ad aliam nemo cogi debet auctoritate verbi Dei: nisi quis forte totam Ecclesiam offendit. tum enim is mandato Dei compellitur, vt confessione publica Ecclesiæ reconcilietur. Verum quantum ad disciplinam in nostris Ecclesijs receptam attinet, hoc sentio, primum quod vehementer necessarium sit, vt instituantur rudes & ignari, qui Christianæ religionis mysteria nondum tenent, priusquam ad hanc admittantur. Deinde, vt iuuenum & adolescentum in Catechismo

3
 cigno explore
 ris, non solum
 plo Pauli ex
 tis cursu pro
 quam fidei
 de ac relig
 terea quor
 pulo prem
 sibi recte
 os quo spia
 Etrina ci
 Propter k
 confessom
 nunciato &
 retinetur: 2
 in priuato col
 annunciat
 Nam tum det
 nibus Ecclesi
 um annunc
 dientis, leg
 mus, que si
 gnaque per
 textu quali
 hanc sacra

Nam q
 dicitum
 cernens

chismo exploretur profectus. Est enim boni pasto-
 ris, non solum publice docere, verum etiam exem-
 plo Pauli experiri quousq; sui auditores in pieta-
 tis cursu promouerint, Tum equum quoq; est ali-
 quam fidei rationem exigere ab ijs, de quorum fi-
 de ac religione iusta potest esse dubitatio. Præ-
 terea quorum perplexa erit conscientia, aut scrupu-
 lo premetur aliquo, qui eam reddet inquietam,
 sibi recte consulent, si ad suos se pastores aut ali-
 os quospiam viros bonos receperint, quorum do-
 ctrina consilio & consolatione iuuari possint.
 Propter hæc quatuor hominum genera, disciplina
 confessionis & absolutionis (quæ fit cum an-
 nunciato Euangelio creditur) in nostris Ecclesijs
 retinetur : Prodest præterea omnibus priuatim
 in priuato colloquio vocem Euangelij audire, qua
 annuntiatur remissio peccatorum credentibus.
 Nam tum demum aperitur regnum cælorum cla-
 uibus Ecclesiæ, & fit absolutio, quando Euangeli-
 um annunciatum lectum vel cogitatum fide au-
 dientis, legentis aut cogitantis recipitur. habe-
 mus, quæ sit vera meditatio, iusta probatio, di-
 gnaque perceptio sacre cænæ, nunc sequitur in
 textu qualisnam pœna illos maneat, qui indigne
 hanc sacram cœnam attingunt.

Nam qui edit & bibit indigne, iudi-
 cium sibi ipsi edit & bibit, non dis-
 cernens corpus Domini.

ut

Ut supra peccati magnitudinem eorum, qui indigne sacro pane vescuntur, & Domini calicem bibunt expressit, cum eos reos perageret corporis & sanguinis Domini: ita nunc pœnam proponit, vt ipsos magis à prophano cœnæ abusu absterreat. Porro duplex indignitas, & duplex iudicium hic obseruetur. Est enim indignitas ex impietate profecta, cuius pœna est iudicium condemnationis aternæ, donec per veram pœnitentiam resipiscat impius. Est alia indignitas ex socordia, negligentia & irreuerantia nata: cuius pœna est iudicium castigationis, & correctionis: atque huius finis est, vt castigatus ad se redeat & iudicium exitiosum prauertat. etsi de vtraque dignitate & vtroque iudicio Paulus intelligi potest: tamen de indignitate irreuerentia & iudicio castigatorio eum loqui, & totus contextus, et nonnulla eorum quæ sequuntur ostendunt. Etsi ratio proxima vtrique indignitati & iudicio recte accommodari potest, cum ait: Nam discernens corpus Domini, vt à prophano cibo illud distinguat. Discernere enim corpus Domini is dicitur, qui dignitatis illius habet rationem, ac proinde cum summa reuerentia ad hunc panem & ad hoc poculum tanquam ad mysteria rei omnium preciosissimæ tremens accedit. Porro breuitatis causa, corporis tantum meminit. Nam de sanguine idem est iudicium.

Propte-

Proptere
biles,
multi.Dixit in
bentes eu

bere, nu

grassante
multos n

reuerent

tingerent
iudicio c

diligit et

superius

potius qua

manat. &

Ecclesia obser

uerentia erga

Si enim

iudicat

Actiolo

manis fru

nos à prop

diuinitus,

dicandi ve

verbo pon

Propterea inter vos multi sunt debiles, & inualidi, & obdormiunt multi.

Dixit indigne edentes corpus Domini, & bibentes eius sanguinem, iudicium sibi edere & bibere, nunc ab euentu idem confirmat, dicens ingrassante peste multos morbo & infirmitate, & multos morte castigatos esse, propterea quod irreuerenter & non, vt decet, sacram cœnam attingerent. Ex his apparet Paulum potissimum de iudicio castigationis loqui, quo solet Deus quos diligit erudire: ex quo & illud sequitur, quod superius de indignitate irreuerentia sit locutus potius quam de ea indignitate, quæ ex impietate manat. Præterea inter alias crucis causas in Ecclesia obseruetur socordia, negligentia & irreuerentia erga sacrum ministerium.

Si enim nos ipsos diiudicemus non iudicemur.

Aetiologia est, cuius hic est sensus, si fidei germanis fructibus, timore Dei, & sanctis moribus nos à prophanis seiungeremus non puniremur diuinitus, vel peste vel alijs calamitatibus. Iudicandi verbum, hic per metalepsin pro puniendi verbo ponitur. Hunc locum Papiſtæ contra mentem Pauli torquent ad satisfactionem canonicam, quæ est humana traditio, cum hic agatur de veris pœnitentiæ fructibus, qui ex vna proficif-

ficiscuntur fide iuxta mandatum Dei.

Sed cum iudicamur à Domino erudimur, ne cum mundo damnemur.

Consolatio additur ex fine castigationis. Nam cum cruce aliqua diuinitus premimur, ideo fit, vt prauertamus iudicium condemnationis vera pœnitentia. Hinc etiam apparet Paulum superius locutum de iudicio castigationis potissimum.

Itaque fratres mei cum conuenitis ad vescendum, alius alium expectate. quod si quis esurit, domi edat. ne ad iudicium conueniatis. reliqua vero cum venero ordinabo.

Conclusio est secundæ partis huius capituli, nimirum, vt decenter & religiose ad cœnam Dominicam conueniant Corinthij, ne incidant in iudicium, & castigentur diuinitus, tanquam filij qui ad patris mensam se satis compositè non gerant. Obseruetur hic, quod Paulus velit magnum discrimen esse inter eam cœnam, in qua anima recreari debet, & illam in qua cura corporis agitur. Huic rei egregie congruit, quod minutulæ particulæ panis singulis in cœna Domini porrigantur, vt intelligatur non ventris, sed mentis cibus esse. Hactenus claris & perspicuis verbis Methodum cœnæ Dominicæ exposui, & ne interromperem methodi membra

dis de aduer
felicitas.

Sur

V T r
sua
trio cing
brorum h
cordiam &
columnam

Ordo

Occasio b
contextu fr
nis egregijs
tur ad an
ignorantes
finem ea ac
de varijs a
ne & legit
caput in tre
tinet exposi

*bra, de aduersariorum obiectionibus parum fu-
solicitus.*

Caput XII.

Summa capitis duo- decimi.

VT varias donationes spiritus esse in Eccle-
sia, quas idem spiritus diuidit pro suo arbi-
trio cuiq; docet : ita proposito paradigmate mem-
brorum humani corporis, easdem ad mutuam con-
cordiam & totius corporis, id est, Ecclesie in-
columitatem referendas esse, concludit.

Ordo & partes capitis duodecimi.

Occasio huius capitis scribendi fuit, sicuti ex
contextu facile colligi potest, quod Corinthij do-
nis egregijs, quibus instructi erant, abuteren-
tur ad ambitionem in aliorum contemptum,
ignorantes & à quo collata essent, & in quem
finem ea accepissent. differit ergo in hoc capite
de varijs donis spiritus, de eorum proprio fi-
ne & legitimo vsu. Porro docendi causa hoc
caput in tres partes diuido. quarum prima con-
tinet expositionem de donorum autore, nempe
spiritu

spiritu sancto. Secunda habet paradigma membrorum humani corporis, vnde ostendit, quis sit verus finis & legitimus vsus donorum variorum in Ecclesia. Tertia accommodat paradigma ad Ecclesiam, quæ est corpus Christi, & ostendit necessitatem diuersitatis donorum & officiorum. vt enim corpus humanum suo fungi munere nequiret, si omnia membra vnum idemque haberent officium: Ita Ecclesia ad suam incolumitatem varijs & diuersis opus habet donis & officijs.

Exegetis XII. capituli, cum observatione doctrinarum.

Porro de spiritualibus fratres nolo vos ignorare.

Propositio est huius capituli, cum compellatione fraterna qua eos excitat ad attentionem beneuolam, vt ea quæ de spiritualibus donis dicturus est, intimis animis recondant. vocat autem dona spiritualia metonymicôs ab ipso auctore spiritu sancto, non à donorum substantia aut qualitate.

Scitis cum gentes eratis qualiter simula

simulacra muta prout ducebamini
secuti fitis.

Ut excellentiam donorum, quibus præditi
erant Corinthij Christiani facti ostendat, reuocat
eis in memoriam qualesnam fuerint ante susce-
ptam fidem Euangelij, nempe cæci & ignari
Dei, ut qui à vero Deo ad muta idola aberrarint
sathanae spiritu abrepti. Notandus locus de cæ-
citate hominum, et sathanae pleno imperio in eos,
quorum mentes verbi Dei luce illustratæ non
sunt. Unde admonemur de gratitudine erga De-
um, qui allata verbi sui luce et dato spiritu sancto
istâs tenebras discussit.

Quapropter notum vobis facio,
quod nullus per spiritum Dei lo-
quens dicit Iesum anathema, & nul-
lus potest dicere Dominum Iesum
nisi per spiritum sanctum.

Quia necesse est vnumquemque hominem re-
gi vel à spiritu sathanae, vel à spiritu Dei, propo-
nit certissimam notam, vnde quis scire potest à
cuius regatur spiritu. qui amplectitur idola &
profitetur se execrari Christum, ut spiritum Dei
non habet, ita manifeste agitur spiritu sathanae.
nam effectus redolet suam causam. contra qui di-
cit Christum esse Dominum, id est, qui agnoscit
Christum Dominum, & ex vera in illum fiducia
eundem confitetur, spiritu Dei agitur. Dicendi
R enim

enim verbum hic tria synecdochicos continet, agnitionem, fiduciam & confessionem.

Diuisiones autem donorum sunt, sed idem spiritus : & diuisiones ministeriorum sunt, sed idem Dominus : & diuisiones operationum sunt, sed idem Deus, efficiens omnia in omnibus.

Quia fuerunt apud Corinthios, qui ex discrimine donorum occasionem sumserunt schismati & discordiæ, Paulus argumenti euersionem petit ab vna eademq; causa diuersitatis donorum. ac si diceret : fateor quidem discrimina esse donorum, ministeriorum et efficaciarum. tamen quia vnus idemq; spiritus sanctus omnium author est non discordiæ, non schismatis, sed concordiæ & vnitatis, inde argumentum petendum est. atq; hic sensus verborum Pauli simplicissimus est. verum tria vocabula illa quibus vtitur Apostolus, ita distinguo. Dona (quæ charismata, hoc est, gratuita dona dicuntur) generis loco ponuntur : cui duæ species subiiciuntur. ministeria & operationes : quas in hunc modum distinguo. Ministeria sunt variæ ministerij Ecclesiastici functiones, vt Apostolatus, Episcopatus, Pastoratus, Diaconatus. & c. de quibus plura circa finem capituli dicenda sunt, vbi Apostolus, quædam ministeria recitat. Operationes Græce ἐνεργήματα sunt facultates

cultates à spiritu sancto in singulos collatae in
 usum & conseruationem Ecclesiae. quarum spe-
 cies quasdam Paulo post subiungit. Porro hic
 tres doctrinae obseruentur. Prima atq; ea propria,
 quod discrimina donorum in Ecclesia referenda
 sint ad concordiam & unitatem fouendam, cum
 conferantur ab vno eodemq; spiritu ad Ecclesiae
 incolumitatem. Sicuti enim Deus principium &
 autor donorum est: ita etiam finis esse debet. Se-
 cunda est confutatio $\pi\sigma\tau\alpha\tau\omicron\upsilon\mu\acute{\alpha}\chi\omicron\nu$ qui spi-
 ritum sanctum à donis non distinxerunt. Imo
 ipsum spiritum sanctum nihil aliud esse contende-
 runt, quam dona hominibus diuinitus collata.
 hic error manifeste Pauli verbis refutatur. Nam
 aperte et distincte dicit: diuisiones donorum sunt,
 sed idem spiritus. quem & Dominum & Deum
 hic appellat. Tertio obseruetur triplex re-
 latio. Prima donorum & spiritus. Secunda mi-
 nistrorum & Domini. Tertia, efficaciorum vel
 operationum & Dei. vnde docemur, vt spiri-
 tui sancto acceptum feramus quicquid habe-
 mus donorum, vt nostra omnia ministeria &
 officia ad seruitutem quam Domino DEO
 debemus referamus, vt denique quicquid ha-
 bemus facultatum Deo ascribamus auctori.
 Sunt qui ex hoc loco trinitatem personarum
 probari nituntur, sed malo tantum fidei arti-
 culum solidioribus niti fundamentis. Cæ-
 terum qui ex generali dicto, Efficiens om-
 nia in

nia in omnibus, concludunt Deum autorem esse peccati, vt impij in Deum sunt, ita male circumstantiam loci perpendunt. Nam hic tantum agitur de salutaribus in Ecclesia actionibus.

Vnicuique vero datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.

Finem breuiter notat donorum spiritus, esse vsum & commodum totius corporis Ecclesiae. ipsa dona manifestationem spiritus vocat. nam cum ea largitur, ipsius vis praesens declaratur, & ex effectu causa monstratur.

Nam huic quidem per spiritum datur sermo sapientiae, Alij vero sermo cognitionis per eundem spiritum, Alij vero fides per eundem spiritum, Alij vero dona sanationum per eundem spiritum, Alij vero facultates virtutum, Alij vero prophetia, Alij vero dijudicationes spirituum, Alij vero genera linguarum, Alij vero interpretatio linguarum: sed omnia haec efficit vnus ille & idem spiritus, diuidens peculiari-ter vnicuique sicuti vult.

Discrimina seu species quasdam operationum id est facultatum quibus spiritus sanctus ornat Ecclesiam exempli causa recitat, & ponit ordine nouem

uen, quatu
gu. Inter
discrimen,
noticia, ha
mediocrit
vtraque
hic non
est. Mi
fia ad te
noua vi
virtutus
stoli &
ti imperi
fugarunt.
Dei volun
tatem fuerit
instinctu spi
discernebant
rum multi
te in vsum
na cum id
mul omni
quicquid
ramus, vi
clesie in

Sicut
bra h
bra co

nouem, quarum quædam explicatione non indigent. Inter sapientiam & cognitionem, hoc est discrimen, illa est vniuersalis rerum diuinarum noticia, hæc particularis, Illa consummatior, hæc mediocris. Sermonem addit Apostolus, quia vtraque facultas in docendo conspicitur. fides hic non dogmatum, sed signorum intelligenda est. Miraculose sanationum donis claruit Ecclesia ad tempus, vt doctrina Euangelij, quæ tum noua videbatur confirmaretur. per facultates virtutum, intellige eas efficacias, per quas Apostoli & multi sancti in primitiua Ecclesia veluti imperio quodam cohibuerunt dæmones atque fugarunt. Prophetia hoc loco est donum arcane Dei voluntatis explicandæ. Discretionem spirituum fuerunt, per quas sancti homines singulari instinctu spiritus sinceros Christianos à falsis discernebant. Generibus linguarum diuersarum multi pollebant, quos alij vernaculo idioma in vsum Ecclesiæ reddiderunt. Hæc varia dona cum idem spiritus distribuatur, & nemini simul omnia conferat, monent nos, vt singuli quicquid habemus donorum, in commune conferamus, vt ita seruetur vnitas & corporis Ecclesiæ incolumitas.

Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia vero membra corporis vnus, multa cum sint,

R 3

vnum

vnum sunt corpus, sic & Christus.

Iam paradigma humani corporis & membrorum eius proponit, vt doceat diuersitatem donorum ad Ecclesie conseruationem referendam esse. Quemadmodum se habent membra diuersa ad idem corpus hominis, ita se habent Christiani diuersis donis pollentes, ad vnum idemque corpus Christi, quod est Ecclesia. sed in humano corpore membra diuersa suas facultates conferunt ad conseruandam corporis compaginem & incolumitatem. ergo & in Ecclesia Christiani diuersis donis pollentes, omnia referre debent ad Ecclesie conseruationem & incolumitatem. Porro obseruetur hic nominis communicatio plenissima consolationis, qua Ecclesiam Christum appellat, vt sciamus Christum a sua Ecclesia, cuius caput est, nunquam diuelli, sed eam perpetuo suo spiritu fouere, regere & conseruare.

Etenim per vnum spiritum nos omnes in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi, & omnes vnum spiritum potauimus,

Probatio est, quod Christiani, vt diuersa membra, vnum corpus constituit. ut. argumento sumto à sacri baptismatis & cœnæ effectibus. Ut enim in baptismo inserimur corpori Christi, dum per spiritum sanctum regeneramur, Ita regeniti eodem

dem Christi spiritu viuimus : cuius sacrum symbolum est cœna Domini. Cum ergo vnum est corpus Ecclesia, & vno regitur spiritu, decet profecto vt omnia ad vsu huius corporis & commodum referamus : modo reuera velimus huius corporis membra censerî.

Etenim corpus non est vnum membrum, sed multa.

Pulcherrimam analysin propositi paradigmati instituit, in qua dum gradus membrorum corporis multiplices facit, per quos variæ functiones & facultates in Ecclesia intelliguntur, plurimas hypotheses colligit, seruientes presentis disputationis scopo. Ut autem accommodatio apertior sit, summam omnium ad sex membra referam.

PRIMUM ergo ex eo, quod ad corporis unitatem plura requirantur membra, quorum quædam sunt alijs nobiliora, alia viliora & abiectiora, abiectæ sortis homines apud Corinthios consolatur, ne propterea putent se extra Ecclesiæ corpus esse, quod non sint adeo excellentibus facultatibus præditi, vt Apostoli, Prophetæ, &c.

SECUNDO, ex necessitate diuersorum membrorum in vno eodemq; corpore humano, docet diuersas facultates & diuersa officia in Ecclesia necessaria esse, vt nemo sit in Ecclesia, cuius non sit aliquis vsus ad totius corporis Ecclesiæ conseruationem.

R 4

TER-

TERTIO, ex eo quod se inuicem opus habeant membra, adeo vt nobilissima etiam requirant infirmorum ministeria, tollit fastum eorum, qui tumidi excellentia donorum, alios præ se contemserunt.

QUARTO, ex quorundam membrorum humilitate & vilitate, quæ diligentius cura hominis reguntur, imo studiosius ornantur etiam, docet quod Ecclesia infimæ etiam sortis hominibus suum honorem tribuere debeat, eosdem eiusdem corporis secum membra agnoscat, tegatq; quæ indecora videntur.

QUINTO, ex totius corporis apta symmetria diuinitus ita constituta, vt dissidium in Ecclesia vitandum, ita concordiam diligenter fouendam, docet.

SEXTO, & vltimo ex mutua corporis membrorum eiusdem affectione docet, vt diuersis præditi donis in Ecclesia afficiantur mutuis commodis atque incommodis. Nam qui ita non afficiuntur, se non esse de eodem corpore ostendunt: His ita explicatis textus facillime à quouis intelligi potest.

Etenim corpus non est vnum membrum, sed multa. si dicat pes non sum manus, non sum de corpore, num ob id non est ex corpore? & si dicat auris, non sum oculus, non sum

sum igitur de corpore. num ob id
non est ex corpore?

Hoc primum membrum est analysis, plura
membra sunt vnius corporis, Er go diuersæ facul-
tates sunt in Ecclesia, vt diuersa & plura mem-
bra in eodem corpore. quare perperam abiectiora
membra se ex corpore esse negant, propterea quod
superiorem locum non occupent. idem iudicium
de Ecclesiæ membris est. Nam vt singula mem-
bra corporis, iuxta dignitatis gradus & faculta-
tes sua habent officia: Ita singulis officia in Ec-
clesia conferenda sunt iuxta donorum analogiam.
Propheta & Apostoli, Doctores, Euangelista,
sunt veluti oculi, his nonnihil inferiores, veluti
aures habeantur auditores excellentioribus donis
præditi. pedes sint vulgus promiscuum, nõ ita præ-
claris donis conspicuum. atque ita de cæteris.

Si totum corpus oculus, vbi auditus?
Si totum auditus, vbi odoratus?
nunc autem Deus collocavit mem-
bra singula figillatim, vt voluit. quod
si essent omnia vnum membrum, vbi
corpus? nunc autem multa quidem
membra, vnum vero corpus.

Secundum resolutionis membrum est, cuius
sensus & supra clare est redditus. Docet enim
ex diuersitatis necessitate, donorum in eodem cor-

R 5

pore

pore necessario esse varia officia in Ecclesia. argumentum autem ita concludi potest: Quemadmodum necesse est, vt in vno corpore plura sint membra, Ita necessarium est, vt in Ecclesia sint diuersæ functiones & officia. Ergo cum corpus esse non possit, nisi sint in eodem diuersa membra, fieri nequit, quin in Ecclesia requirantur varia & distincta officia.

Non potest autem oculus dicere manui, opus mihi te non est. aut rursus caput pedibus, non est mihi opus vobis. Imo multo potius, quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt.

TERTIVM resolutionis membrum, per quod tollit fastum eorum, qui suis donis inflati, alios in Ecclesia præ se contemnunt. Nam qui alterius opera & ministerio indiget, adeo vt sine ipso non posset suum statum tueri, non potest profecto istius ministerium contemnere sine proprio interitu.

Et quæ putamus corporis maxime esse inhonesta, ijs amplio rem honorem circumponimus, & indecora nostra copiosiore decorem habent. Nam quæ sunt decora in nobis, non opus habent.

QVARTA resolutionis pars, quæ hoc pacto accom-

accommodabitur
magis indecora
tur, vt regatur
homines in Ec
denda membra
fouendi, reg
abiectos dolo
Hæc non per
tium aut &
ciorum gradi
honor habeat

Sed De
ei cui de
nore, ne
sed alia pro
bra.

QVINTA re
lorum in isto tem
rum officiorum i
lit esse diuersa
tentur diffidia
suum statum i
membra pro a
membra ad t
seruationem
Ecclesia singul
ad totius Eccl
Itaque si

accommodabitur : membra corporis quo sunt magis indecora, eo studiosius teguntur & ornantur, vt tegatur quod est in illis pudendum, Ergo homines in Ecclesia abiectiores, ac veluti pudenda membra, praestantiorum beneuolentia fouendi, tegendi & ornandi sunt : ne, dum se abiectos dolent, animum prorsus despondeant. Hæc non pertinent ad turbandum ordinem politicum aut Ecclesiasticum : sed vt singulis officiorum gradibus suis, seruata iusta proportione, honor habeatur.

Sed Deus simul temperauit corpus ei cui deerat copiosiori tributo honore, ne sit dissidium in corpore, sed alia pro alijs idem curent membra.

QVINTA resolutionis pars, in qua ex membrorum iusto temperamento docet fines diuersorum officiorum in Ecclesia. cur videlicet Deus velit esse diuersa officia in Ecclesia, nimirum vt vitentur dissidia. Nam sine mutua opera membra suum statum tueri nequeunt. Deinde, vt alia membra pro alijs idem curent, id est, vt singula membra ad totius corporis commodum & conseruationem suas functiones conferunt : ita in Ecclesia singuli suo loco, quicquid habent donorum ad totius Ecclesie incolumitatem referre debent.

Itaque siue patitur vnum membrum

brum, simul dolent omnia membra,
Sive honore afficitur vnum mem-
brum, congratulantur membra om-
nia.

S E X T A analysis pars, quæ ex quinta conclu-
ditur, qua docetur, vt Christiani in Ecclesia mu-
tuis commodis & incommodis affici debeant
iuxta Pauli dictum: flete cum flentibus & gau-
dete cum gaudentibus. Hæc membrorum corpo-
ris Christi *συνπαθήεια* vbi non fuerit, arida esse
membra & spiritu Christi destituta necesse est.

purs
Vos autem estis corpus Christi &
membra, ex parte.

*Paradigma propositum accommodat. Ecclesia
tota per orbem sparsa, est corpus Christi mysti-
cum: cuius corporis membra sunt singuli Chri-
stiani, quisque pro suæ functionis munere. atque
hoc est, quod dicit membra ex parte, hoc est, di-
spertitis functionibus & officijs.*

Et alios quidem constituit Deus in
Ecclesia, Primum Apostolus. Deinde
Prophetas. Tertio Doctores. Dein-
de Potestates, deinde dona sanatio-
num, opitulationes, gubernationes,
genera linguarum.

*Exempli gratia nonnulla Ecclesiæ membra,
enume-*

constrat, e
m, auctu
lum appe
tum qui d
tum qui s
terpretab
lis & Pr
populo tra
facultate
Opitulati
rum & v
& aegrotis
ordinatione

Num on
Propheta
Num omni
omnes do
Num or
Num or

Sicut sup
sa esse men
Ita etiam i
non omnia
lus, Ita non
alij alium n
eodem corp

Ambitis

enumerat, eaq; magis illustra, vt quæ manu-
um, aurium, oculorum vicem obtinent. Aposto-
lorum appellatio nota est. Prophetæ fuerunt
tum qui dono prædicendi futura ornatu erant,
tum qui sacram scripturam & Prophetias in-
terpretabantur. Doctores doctrinam ab Aposto-
lis & Prophetis acceptam, in certis locis certo
populo tradebant. Potestates hic vocat eos, qui
facultate edendarum virtutum præditi erant.
Opitulationes seu subleuationes sunt Diacono-
rum & viduarum ministeria, quæ pauperibus
& ægrotis destinabantur. Gubernationes fuerunt
ordinationes disciplinae Ecclesiasticæ.

Num omnes Apostoli? Num omnes
Prophetæ? Num omnes Doctores?
Num omnes sunt potestates? Num
omnes donum habent sanationum?
Num omnes linguis loquuntur?
Num omnes interpretantur?

Sicut supra in corpore humano ostendit diuer-
sa esse membra officijs & gradibus distincta,
Ita etiam in Ecclesia se habere dicit. sicut enim
non omnia membra in corpore humano sunt ocu-
lus, Ita non omnes in Ecclesia sunt Apostoli, sed
alij alium nacti locum, æqualiter omnes sunt de
eodem corpore.

Ambitis vero dona potiora? adhuc
excel-

excellentiorem viam vobis demon-
stro.

Hæc si ita interrogatiue leguntur, sensus hic est: Vos quidem cupitis alijs alios excellere ambiendo potiora dona. quod si omnino placet indulgere ambitioni, ostendam vobis aliam viam, qua quisque magis excelluerit, eo merito excellentior in Ecclesia habebitur. Hæc autem via est charitatis indefessum studium. Alij hæc legunt sine interrogatione, & reddunt Græcam vocem per imperatiuum modum, hoc pacto: emulamini dona potiora. atque tum exhortatio est, vt que sunt potiora & maiora, magno studio sectentur Corinthij, vnde promittit se illis ostensurum excellentiorem viam, nempe charitatem ipsam. Verum prior lectio magis propria esse videtur.

Caput XIII.

Summa capituli decimi tertii.

VT alia dona nullius esse precij, nisi charitatem habeant coniunctam: ita virtutibus omnibus eandem præferendam esse, docet: vt quæ suum vsum latius quam alie virtutes diffundat.

Ordo

Ordo & partes capituli decimi tertij.

Quia Apostolus animaduertit apud Corinthios factionum studia inter superiores & inferiores, conatur in hoc capite isti vitio mederi. Ut autem remedium, quod est vehemens charitatis studium, eo promptius recipiant, eius encomium texit, & ex quatuor potissimum locis eius commendationem petit, Quorum primus est à comparatione, Secundus ab eius usu inter homines, Tertius à duratione, Quartus ab excellentia ipsius inter summas virtutes. De quibus singulis in enarratione copiosius.

Exegesis XII I. capituli, cum observatione doctrinarum.

Si linguis hominum loquar aut angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum æs resonans aut cymbalum tinniens. & si habeam prophetiam, & nouerim mysteria omnia, omnemque scientiam, Et si habeam omnem fidem, adeo ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si insumam alendis egenis

egenis omnes facultates meas, Et si tradam corpus meum, vt comburam, charitatem autem non habeam, nihil iuuor.

Prima ratio cur charitas omnibus reliquis, quibus excellere possunt homines, preferenda sit, sumta à comparatis. Quaecunque sunt eiusmodi, vt suis possessoribus nihil prosint, nisi coniunctam habeant charitatem moderatricem, merito charitati cedunt, eiq; postponuntur. huiusmodi sunt genera linguarum, Prophetiarum, mysteriorumq; Dei scientia, fides edendorum miraculorum, facultatum distributio in pauperes, Martyrium pro confessione doctrinae susceptum. Hac igitur merito cedunt charitati, eiq; merito postponuntur. Est proinde charitas ex fide profecta vnica operum regula, & sola recte moderatur vsus donorum Dei. Sola Minor hic ponitur in illustri exemplo, vt magis sit conspicua, ex qua concluditur propositio in fine capitis superioris posita. Linguam angelorum, vocat $\chi\tau\iota\sigma\tau\omicron\lambda\omega$ singularem & eximiam facundiam. Fidem, non fiducia, sed signorum intelligit, id quod hinc patet: primum, quod fides fiduciae nunquam sit sine charitate. Deinde, quia ipse Paulus fidem de qua loquitur restringat ad miracula, cum inquit: Adeo vt montes transferam. neque cum hac interpretatione pugnat particula omnis. Nam vocula Omnis, non semper distributionem generis

ca. p.
 re significat,
 nationem rei
 gula obseruet
 uer sales prop
 ticiam de
 ago Deo qu
 notitia. E
 sum genus
 nem sermo
 significat.
 Chari
 Chari
 solente
 decente
 provocat
 non gaude
 det autem
 nia credit,
 finet.
 Qualis se
 at charitas
 tiorem reda
 tarda sit
 enim vis G
 nigne agit,
 dicitur, que
 qui se alijs
 tur. Tertiu

ris significat, sed sæpe integritatem & consummationem rei cui additur, notat. quare hæc regula obseruetur in talibus locutionibus: *Uniuersales propositiones restringende sunt ad materiam de qua agitur.* vt cum alibi ait: *Gratias ago Deo quod ditati estis omni sermone & omni noticia.* Hic certe omnis, non distribuit vniuersum genus, sed integritatem & consummationem sermonis & noticiae ad pietatem facientis significat.

Charitas patiens est, benigne agit. Charitas non inuidet, non agit insolenter, non inflatur, non agit indecenter, non quærit sua ipsius, non prouocatur, non cogitat malum, non gaudet ob iniusticiam, congaudet autem veritati, Omnia fert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

Qualis sit, quid efficiat, & à quibus abstineat charitas, exponit: vt ipsam nobis commendatiorem reddat. Primum est patiens, vt quæ tarda sit ad commotionem animi. Hæc est enim vis Græcæ vocis *μακροθυμεί*. Deinde benigne agit, siue comis est. *ἡνσεύελε* enim à *ἡνσε* dicitur, quod est probus, humanus, commodus, qui se alijs vtendum præbet: ex primo consequitur. Tertium, quod non inuideat cuiquam. ex se-

S cundo.

¶ cundo. Quartum & quintum videlicet, quod nec insolenter seu perperam seu inconstanter agat, nec infletur. Reliqua plana sunt, nisi quod generalia dicta: omnia fert, omnia credit & c. restringenda sint ad ea quæ ferri, credi, sperari, sustineri pietas suadet.

Charitas nunquam excidit, siue Prophetiæ abolebuntur, siue linguæ cessabunt, siue cognitio abolebitur.

Tertia commendatio charitatis sumta ab eiusdem duratione. Diuturniora præferenda sunt minus diuturnis & perituris, Charitas, quæ nunquam excidit, id est, deficit & aboletur est diuturnior Prophetijs, linguis & cognitione omni, Igitur charitas illis præferenda est. Verum cum scientia, cognitionis habitus perficietur in æterna vita, necesse est hæc Pauli verba intelligi de ratione adipiscendæ scientiæ ex Prophetia, hoc est, doctrina seu ex aliorum institutione. Conferuntur enim hic Prophetia & cognitio, ut Prophetia sit doctrina in docente, cognitio sit ratio acquirendæ doctrinæ in discente.

Ex parte enim cognoscimus, & ex parte Prophetamus, postquam autem venerit, quod perfectum est, tunc quod est ex parte abolebitur.

Probat prophetiam & cognitionem, hoc est, modum docendi & discendi in hac vita vsitatum

*capitulum
tam dolendum est
fructus contem
das sciendi, &
modo. Cum ergo
sus est: quod
in hac vita, qu
net, non quan
tionis: qui est
dentes.
Cum esse
bar, ut ir
sentiebat
sum vir, a
Rationem pr
plo per quod com
cis, factam vero
us quæritis est: lo
vitis autem locutio
ro conveniunt: I
cognitio in futu
Proinde ut in
di ratio: Ita
cendi & disc
lebitur.
Cernim
in ænig
faciem.
tunc ver
fuero.*

um abolendum esse. Nam in futura vita, in qua fruemur contemplatione Dei, perfectus erit modus sciendi, & longe diuersus ab hoc imperfecto modo. Cum ergo ait, Ex parte cognoscimus, sensus est: quod sit imperfecta cognitio nostra in hac vita, quantum quidem ad habitum attinet, non quantum ad finem doctrinae & cognitionis: qui est, vt ex fide Christi saluentur credentes.

Cum essem infans, vt infans loquebar, vt infans cogitabam, vt infans sentiebam. postquam autem factus sum vir, aboleui quæ infantis erant.

Rationem propositam illustrat perspicuo exemplo per quod comparat presentem vitam infantie, futuram vero virili etati. Ut ergo infantibus puerilis est locutio, cogitatio, & sensus, In viris autem locutio, cogitatio & sensus, quæ viro conueniunt: Ita in hac vita est imperfectior cognitio, in futura erit consummata & perfecta. Proinde vt in viro abolita est puerilis cognoscendi ratio: Ita in sanctis post hanc vitam illa docendi & discendi ratio, quæ nunc in vsu est abolebitur.

Cernimus enim nunc per speculum in ænigmate, Tunc vero faciem ad faciem. nunc cognosco ex parte, tunc vero cognoscam prout edoctus fuero.

Confert noticiam quam habemus in presenti vita cum ea, quam assequemur in futura. Illa instar speculi & anigmatis (hoc est, obscurioris orationis) existit: hæc quæ in æterna vita erit, tanquam res ipsa est, & clarissima Dei contemplatio. Nam tum & nostra conditio melior erit ubi induerimus immortalitatem, & ratio discendi perfectior: quæ erit præsentis Dei contemplatio.

Nunc vero manet fides, spes & charitas: sed maxima harum charitas.

ponis
Hæc quarta est commendatio charitatis ab eminentia eius inter alias virtutes Christianorum proprias & perpetuas, ac veluti Christianæ religionis substantiales, cum reliquæ abesse possint, ut virtutes edendi miracula & c. Sine enim fide Christianus nemo esse potest. Hæc generat charitatem & spem, quæ est indubitata expectatio eorum, quæ creduntur iuxta diuinas promissiones. Apostolus inter has tres virtutes, maximam pronunciat charitatem, cum quia usus eius est maximus & diffundit se latius in commodum proximorum, Tum, quia nunquam abolebitur, ut quæ hic inchoata in æterna vita perficiatur, ubi nec fidei nec spei locus ullus erit. Verum si alia spectes, inuenies Fidem in hac vita multo excellentiorem esse. Ea enim renascimur & efficimur filij Dei, per eam obtinemus vitam

tam aeternam, Ea facit, ut Christus in nobis habitet, atque adeo ipsa charitatis causa & mater existit. Argumentum Papiſtarum hinc peti- tum contra gratuitam iuſtificationem, à Philippo in Locis & in Examine ſoluitur.

Caput XIII.

Summa capitis decimi quarti.

VT dona omnia ad ædificationem referenda, Ita Prophetiam linguis antepoſendam docet, præſcribens recte agendi modum in Eccleſia, ut omnia decenter & iuxta ordinem fiant.

Ordo & partes capitis decimi quarti.

Hortatur in principio ad charitatem & ut alia ſpiritualia dona æmulentur, ſed præ alijs Prophetiam. Deinde collationem linguarum & Prophetiæ facit, hanc illi præferens, ut quæ magis ad ædificationem faciat. Poſt hæc repræ- hendens ἀταξίαν Corinthiorum in Eccleſiaſticiſ cætibus, Modi recte agendi monſtrat et interdi-

cit mulieribus ne in Ecclesia loquantur. Tandem regulam generalem præscribit, nimirum vt omnia decenter & iuxta ordinem ad ædificationem fiant.

Exegetis XIII I. capitis, cum observatione doctrinarum.

Sequitur charitatem, æmulamini spiritualia, magis autem vt prophetetis.

Exhortatio ad charitatem, quam in superiori capite reliquis donis præferendam docuit. Hæc cum obtinetur, reliqua quoque recto expetuntur ordine. quare addit, æmulamini, id est, ambite spiritualia dona: inter quæ prophetiam præfert, vt quæ magis ad ædificationem faciat. Est autem prophetare hoc loco verbum Dei interpretari, ac Ecclesiæ Dei ad ædificationem accommodare.

Nam qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo, nullus enim audit, spiritu vero loquitur mysteria: At qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, exhortationem & consolationem.

Collatio est lingue (id est, idiomatis vulgo inco-

incogniti) & prophetiæ in effectibus. Nam ex effectibus causæ æstimantur. illud donum quo magis Ecclesia ædificatur (id est, promouetur in pietatis cognitione & studio) est præferendum ei quo minus ædificatur, Sed Ecclesia magis ædificatur prophetandi munere, quam vulgo incognito idiomate, Ergo prophetia præferenda est idiomatici, præsertim cum non accedit interpretatio. Minoris probatio ponitur. Non loquitur inquit hominibus, quia nullus audit, id est, intelligit. spiritus id est, afflatu diuino loquitur mysteria, vnde solus ædificatur. Contra vero qui prophetat, hominibus loquitur eis exponendo mysteria. vnde qui audiunt, capiunt ædificationem, exhortationem & consolationem. Nam hæc tria præcipue spectare debent verbi Dei ministri.

Qui loquitur linguis, seipsum ædificat. qui vero prophetat, Ecclesiam ædificat.

Qui plures ædificat præferendus est ei, qui pauciores. qui linguis loquitur se solum ædificat, qui vero prophetat totum Ecclesiasticum cætum. Ergo hic illi præferendus est. quare prophetia linguis est anteponenda.

Velim autem omnes loqui linguis, magis tamen, vt prophetetis, Maior enim qui prophetat quam qui loquitur linguis, nisi si interpretetur, vt Ecclesia ædificationem accipiat.

Prolepsis est, qua anticipat obiectionem eorum qui verba Pauli torquere poterant, ac si idioma peregrina eximia dona Dei contemneret. quare magnificere se testatur linguas, sed ita ut præferatur Prophetia. linguas tum demum utiles esse ubi accedit interpretatio, ut Ecclesia adificationem accipiat.

Nunc vero fratres si veniam ad vos linguis loquens, quid vos iuuabo, nisi vobis loquar, aut per reuelationem, aut per cognitionem, aut per Prophetiam, aut per doctrinam?

Quia fuerunt inter Corinthios, qui valde tumebant variorum idiomatum cognitione, horum fastum, ut reprimat seipsum exempli loco statuit, ac dicit se nihil utilitatis afferre Ecclesie linguarum cognitione, nisi accedat interpretatio. Porro voces quatuor, quas hic Paulus ponit, ita distinguo: quod reuelatione consecutus est quisquam, per Prophetiam dispensat, & doctrina cognitionem communicat. Ut ergo Prophetia effectus est reuelationis, ita causa cognitionis est doctrina.

Quin & inanima sonum reddentia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonis dederint, quomodo cognoscetur quod tibia canitur aut cithara? etenim si incertam vocem
tuba

CAPVT
tuba dederit,
bellum? sic &
gnificantem
quomodo
etitis enim
His similit
gnitum nihil
admodum en
modulatione
qua nisi acce
am, sed qui
rem loquitur
Tam mu
cum suoc
rum mutua
vocis, ero ei
& qui loquit
Species sup
vniuerso gene
in mundo, ali
bus quoq; he
ne audenti
barbarum e
iduma, vt
Barbarus
Itaq; &
res esti
Ecclesi

tuba dederit, quis apparabitur ad bellum? sic & vos per linguam nisi significantem sermonem dederitis, quomodo intelligetur, quod dicitur? etitis enim in aërem loquentes.

His similitudinibus docet, idioma vulgo incognitum nihil omnino edificare Ecclesiam. Quemadmodum enim sonus tibiæ aut citharæ, nisi certa modulatione distinguatur, temere editur: Ita lingua nisi accedit interpretatio, non edificat Ecclesiam, sed qui ita loquitur peregrina lingua in aërem loquitur, aërem frustra verberans.

Tam multa verbi gratia genera vocum sunt in mundo, & nullum horum mutum. Itaque si nesciero vim vocis, ero ei qui loquitur barbarus, & qui loquitur apud me barbarus.

Species supra posuit: nunc idem verum esse in uniuerso genere docet. quicquid sonum illum edit in mundo, aliquid sono significat, Ergo in hominibus quoque habenda est ratio illius qui loquitur, ne audenti sit barbarus, & contra. Vocat autem barbarum eum, cuius sit ignotum & peregrinum idioma, vt apud Ouidium:

Barbarus hic ego sum, quia non intelligor vlli.

Itaque & vos quandoquidem sectatores estis spirituum, ad ædificationem Ecclesiæ quærite, vt excellatis.

S 5

Illatio

Illatio exhortatoria vt Corinthij dona spiritua-
lia seſtentur & ambient ad ædificationem. Vo-
cat autem hic ſpiritus ipſa varia ſpiritus χαρις-
ματα, uſitata Hebrais metonymia.

Quapropter qui loquitur lingua,
oret vt interpretetur.

Oſtendit modum quomodo linguæ cedant in
Eccleſiæ ædificationem : nempe ſi acceſſerit do-
num interpretandi linguas. quod quia à Deo eſt,
iubet vt a Deo petatur.

Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus
orat, mens autem mea infructuoſa
eſt.

Quod in genere de linguis dixerat, nunc ad
orationem transfert, & ſeipſum declinandæ in-
uidiæ cauſa exempli loco ſtatuit. Eſt autem ſen-
ſus : Si ego in publico cætu oro incognito Eccleſiæ
idiomate, ſpiritus meus orat, id eſt, ex dono ſpi-
ritus id quidem ago, ſed mens mea, hoc eſt, pre-
cationis intelligentia, ſeu ſenſus, non pertingit ad
Eccleſiam ædificandam, ſed manet infructuoſa,
ſcilicet Eccleſiæ. Nam qui ita orat, ſeipſum ædi-
ficat, non Eccleſiam. Hinc eſtimari poteſt, quo in
loco habendi ſint boatus canonicorum & mona-
chorum, qui nec à ſe ipſis nec ab auditoribus in-
telliguntur. quare nequaquam preces ſunt, ſed
mera Dei & Eccleſiæ Chriſti ludibria.

Quid

Quid igitur est ? orabo spiritu, sed orabo & mente. psallam spiritu, sed psallam & mente.

Ne quis ex dictis inferret, donum spiritus precantium à Paulo contemni, anteuertit & vult vtrunque coniungi, nimirum vt & spiritus afflatu oremus, & simul studeamus, vt mens nostra, id est, precationis sensus intelligatur ab Ecclesia. loquitur enim de publicis precibus, quæ nunc fiunt à ministris verbi: quorum verba populus circumstans animo sequitur, & voto excipit. hæc ex diametro pugnant cum precandi ritu, qui in Ecclesijs Papisticis seruatur magna cum Dei contumelia.

Quandoquidem si benedixeris spiritu (scilicet solo absq; intelligentia) is qui implet locum idiotæ quomodo dicturus est Amen, ad tuam gratiarum actionem ? quandoquidem quid dicas nescit.

Quod de precibus dixit, idem ad gratiarum actionem transfert. ad quam totus cætus circumstans tempore Apostoli, Amen dicere solebat, et voto sibi eandem applicare. Locum idiotæ implet, qui inter idiotas sedet, id est, priuatos, qui non publico ministerioungebantur. facit ergo hic Paulus duos ordines in Ecclesia, nempe ministros & idiotas, horum partes erant in Ecclesia audire & assensum significare.

Nam tu quidem bene gratias agis,
sed alius non ædificatur.

Præsumptio est, ne quis existimaret Paulum nullam gratiarum actionem recipere, nisi quæ fieret omnibus nota lingua. Quare se eam probare testatur, sed vni tantum vtilem eam dicit & non toti cœtui.

Gratias ago Deo meo, quod magis
quam vos omnes linguis loquor.

Ne quis calumniaretur Paulum linguas extenuare ob imperitiam, anteuertit illam obiectionem, & se solum plus quam omnes Corinthios linguarum cognitione pollere asserit. & ne hoc quoque in calumniam verterent, id donum Dei esse testatur dum ei gratias agit.

Sed in Ecclesia malle quinque verba
intelligentia mea loqui, ut alios in
formem, quam decem milia verbo-
borum lingua.

In cœtu Ecclesiastico præfert Prophetiam linguis, quia prophetia alijs est utilis ad adificationem. linguæ non adificant nisi eum, qui eas callet. ut per quinque verba pauca, ita per decem milia multa intelligit. certum enim numerum pro incerto more scripturæ posuit.

Fratres ne sitis pueri sensibus, sed
malitia pueri sitis, sensibus autem
perfe-

perfecti. in
linguis & labi
lo huic, & re
dicit Dom

Superiora
feruntur. ian
gumentum,
nim Corinthi
intelligentia
non intelliga
malitia, ut s
deponant, et
cens nati infia
id est, intelligen
unt) perfecti, id e
bum Dei auditum
ant, ac iuxta illas
esse sensum exon
testimonio. Ne
deos, quod su
Deum sibi pr
xerint, magis
barbarus &
viam ad r
Hic ergo lo
bum Dei, q
diosi et inte
que illud &

perfecti . in lege scriptum est : varijs
linguis & labijs varijs loquar popu-
lo huic, & ne sic quidem audient me
dicit Dominus.

*Superiora argumenta ad locum vtilitatis re-
feruntur. iam à damno seu pœna subiecturus ar-
gumentum, ab exhortatione incipit. hortatur e-
nim Corinthios, vt non sint pueri sensibus, id est,
intelligentia rudes, vt qui verbum Dei auditum
non intelligant magis quam infantes, sed pueri
malitia, vt superbiam & fastum reliquaq; vitia
deponant, eisq; non magis addicti sint, quam re-
cens nati infantes, Verum contra vt sint sensibus,
id est, intelligentia (qua verbum Dei percipi-
unt) perfecti, id est, adulti, hoc est, tales qui ver-
bum Dei auditum intelligant, meditentur, retine-
ant, ac iuxta illud vitam suam instituunt. Hunc
esse sensum exhortationis presentis patet ex Esaiæ
testimonio. Nam Esaias eo loco reprehendit Iu-
dæos, quod suo fastu & sceleribus effecerint, quod
Deum sibi per Prophetas loquentem non intelle-
xerint, magis quam pueri, Imo Deus visus est ijs
barbarus & quasi peregrina lingua loques, cum
vitam ad verbi ipsius normam non formarent.
Hic ergo locus, vt nos monet quanti faciamus ver-
bum Dei, quam auide illud audiamus, quam stu-
diosi et intenti simus, ut à nobis intelligatur, iuxta
que illud & mens & vita nostra formetur: Ita
iram*

Ita iram Dei comminatur ijs qui pergentes in suis sceleribus, aurem verbo Dei non adhibent. futurum enim esse prædicit Propheta, Ut verbum aliquando auditum non magis intelligant, quam si barbara & peregrina lingua ijs proponeretur. Hac horrenda pœna puniuntur hodie plurimi, qui sæpe quidem verbum audiunt, sed vitam suam iuxta eius normam non instituunt: quo scelere maius aliud nullum cogitari potest.

Linguae igitur sunt signa non ijs, qui credunt, sed infidelibus: prophetia vero non infidelibus, sed credentibus.

Hæc conclusio obscura est, nisi consideretur ex sua peristasi. Primum ergo considerandum est, linguarum donum non considerari hoc loco simpliciter & in sese, sed quatenus linguis abutebantur Corinthij in sacris cœtibus, neglecta & iacente Prophetia. Deinde, quod hic abusus linguarum peregrinarum cum non ædificatur Ecclesia, sit signum infidelibus, id est, testimoniũ infidelitatis, videlicet, quod illi qui ita abutuntur in sacris cœtibus peregrinis linguis, fide careant, atq; adeo maledictioni obnoxij sint. sed contra Prophetia, id prædicandi verbi Dei munus, sit signum fidelibus, nempe benedictionis. Nam fides ex auditu verbi est. Auditus vero per verbum Dei, auditum & intellectum. Quare vt talis linguarum abusus est maledictionis, qua Deus prophanos vt
cisci-

CAPVT
ceterum, signum: ut
Deus suos erudire
his patet quid ad
tam lingua videtur
sit. Supplicia autem
Dei domestica
templis, pro
in alios reuocari
lum profusus
plis. Nam Pa
Prophetia om
tibus abuteba

Si igitur
num, & om
grediatur
les, nonne di
omnes prop
tem infidelis
guntur ab o
nibus, & i
nifesta fu
ciem ad
quod De

Superius
nam, quanti
domesticos, i
dit qd effica
aut sententia

*ciscitur, signum: ita Prophetia benedictionis, qua
Deus suos erudire dignatur, testimonium est. Ex
his patet quid de Papistis, in quorum templis tan-
tum linguae vulgo incognita sonant, iudicandum
sit. Suppeditant enim isti horrendae maledictionis
Dei domestica exempla. Nam contenti boatibus
templicis, praedicandi munus tanquam se indignum
in alios reijciunt. Neq; tamen ex his efficitur, nul-
lum prorsus usum linguarum licitum esse in tem-
plis. Nam Paulus tantum contra illos agit, qui
Prophetia omissa, linguis peregrinis in sacris cae-
tibus abutebantur.*

Si gitor conuenerit Ecclesia in v-
num, & omnes linguis loquantur, in-
grediantur autem idiotæ aut infide-
les, nonne dicent vos furere? Sed si
omnes prophetent, ingrediatur au-
tem infidelis quispiam, aut idiota ar-
guitur ab omnibus, iudicatur ab om-
nibus, & ita occulta cordis eius ma-
nifesta fiunt, atq; ita procidens in fa-
ciem adorabit Deum, renuncians
quod Deus vere in vobis sit.

*Superius Apostolus cõtulit linguas et Prophe-
tiam, quantum ad usum vtrorumq; quantum ad
domesticos, id est, ecclesie mēbra attinet: nunc ad-
dit qd efficiant in peregrinis et infidelibus. Summa
autē sententię Paulinę huc redit: linguarum abusus
facit*

facit, vt exponantur Corinthij infidelium sannis, vt dicant ipsos furere, cum in suis cœtibus resonent linguas peregrinas, magno labore, sine fructu. Verum contra Prophetia primum efficit, vt arguantur infideles, id est, expauescant ad verbum Dei. Deinde, vt dijudicentur, id est, examinentur in suis conscientijs, dum in seipsos descendunt, & habito examine sibÿipsis innotescunt. Tertio, vt occulta cordium ipsorum manifesta ipsis fiant, dum scilicet ex verbi Dei testimonio sua mala cognoscant, vnde pavor in corde & contritio exoritur. Quarto, vt procidant in faciem iam fide donati, ac Deum ex fide inuocent. Quinto, vt reddant vobis testimonium, quod Deus vere in vobis sit, & vos eius sitis populus. Obseruetur hoc Pauli testimonium de efficacia verbi Dei: cui simile illud est: viuus est sermo Dei & efficax & penetrantior quouis gladio vtrunque secante, pertingens ad diuisionem animæ simul & spiritus, compagumq; & medullarum, discretor cogitationum cordis. Huius verbi diuini efficacia illustre exemplum habetur in actis Apostolicis, vbi ad concionem Petri tria hominum milia ad fidem conuersa esse leguntur. ex his proinde manifestum est, Prophetiam & verbi Dei prædicationem multis modis anteponendam esse linguis.

Quid igitur fratres? quoties conuenitis

nitis quisque vestrum Psalmum habet, doctrinam habet, linguam habet, reuelationem habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant.

Hactenus varijs rationibus docuit Prophetiam linguis præferendam esse, nunc commode modum subiungit vtendi ad ædificationem cum linguis tum Prophetia. ac primum quod in principio capituli fecit, omnia ad ædificationem referenda monet. In distributione exempli causa pauca genera charismatum recenset: vt de alijs idem iudicemus. Enasos vnusquisque, hoc loco pro ο μὲν alius ponitur, ne quis singulos omnibus istis donis præditos fuisse arbitretur.

Siue lingua quis loquitur, fiat per duos aut ad summum tres, idque vicissim. vnus autem interpretetur, quod si non sit interpretes, taceat in Ecclesia, sibi ipsi vero loquatur & Deo.

Quod in genere dixit, id nunc speciatim explicat, ac primum modum statuit ijs qui linguarum dono pollebant. Huius modi partes sunt quinque.

- 1. Ne vltra tres ad summum in cœtu Ecclesiastico loquantur linguis, si omnino linguis vti ipsis placeat. est enim permissio non præceptum.*
- 2. Ut non simul loquantur, sed alius post alium, vt se inuicem audire possint. quæ enim esset confusio*

T si plu-

si plures diuersas linguas simul sonarent in sacris cœtibus? 3. Ut statim assit interpres, qui exponat Ecclesie quid sibi linguæ velint, quod nisi fiat non ædificatur Ecclesia. 4. Est præceptum vt omnino sileant linguæ in Ecclesia, nisi simul assit interpres. Hoc Pauli præceptum nullum locum habet in toto papatu. 5. Ut qui linguis donati sunt nisi habeant aut ipsi donum interpretandi, aut alius sit interpres sibi priuatim & Deo, qui ipsis hoc donum contulit loquantur.

Prophetæ autem duo aut tres loquantur, & alij dijudicent. quod si alij fuerit reuelatum assidenti, prior taceat. potestis enim omnes singulatim prophetare, vt omnes discant & consolationem accipiant. Et spiritus prophetarum Prophetis subijciuntur.

Ut modum linguis statuit, ita nunc prophetie usum ostendit. Primum vult duos aut tres ex Prophetis vicissim prophetare. Deinde vult alios Prophetas indices esse, ne quid proponatur, quod cum verbo Dei pugnet. Tertio vult etiam alijs locum dari, qui prophetandi munere valent. Quarto, concedit omnibus qui prophetie donum habent, prophetandi locum, sed seruato ordine iustæ gubernationis & spectata populi vtilitate. idque in eum finem, vt omnes discant & consolationem

CAP V
nem accipiant. Nemo
numeros Dei opem
& consolationem
que significat Gra
possit. Quinto, vult
doctrinam Prop
Dei suggerente
censuræ & exa
ceptum Iohann
Probatio autem
ex analogia fid
Rom. 12. hoc est
tia, si cum prim
cum fundamene
Irenæus traditio
gnat, demq; si fac
& charitatem since
Non enim est
pacis, vt in
etorum.
Hec ratio au
tam gubernatio
us est author
clesia ordinati
ergo confusio
lum gerit. vt
rimbios, ad
Dei, que pau
seruandus lo

nem accipiant. Nemo enim tam doctus est inter ministros Dei quin audiendo alios et doctior fieri, & consolationem seu exhortationem (nam vtrumque significat Græca vox παρακαλῆις) accipere possit. Quinto, vult spiritus Prophetarum (id est, doctrinam Prophetarum, quam asserunt spiritu Dei suggerente) subiectos esse Prophetis, hoc est, censuræ & examini Prophetarum, vt iuxta præceptum Iohannis probent, an spiritus sint ex Deo. Probatio autem hæc aliunde peti non debet, quam ex analogia fidei, quemadmodum Paulus docet Rom. 12. hoc est, tum demum probanda est Prophecia, si cum primis religionis axiomatis congruit, si cum fundamento, id est, symbolo Apostolico, quod Irenæus traditionem Apostolicam vocat, non pugnat, deniq; si facit ad alendam pietatem veram & charitatem sinceram inter homines.

Non enim est confusionis Deus, sed pacis, vt in omnibus Ecclesijs sanctorum.

Hæc ratio ad vtrumq; membrum, imo ad totam gubernationem Ecclesiasticam pertinet. Deus est author ordinis & pacis. Ergo omnia in Ecclesia ordinate & ad pacem vult fieri Deus. Qui ergo confusioni & discordiæ studet, cum Deo bellum gerit. vt autem hæc ratio magis moueat Corinthios, addit exemplum aliarum Ecclesiarum Dei, quæ pacis & ordinis amantes sunt. Obseruandus locus, quod qui pacis & concordie

non sunt amantes & studiosi, frustra se Ecclesie membra glorientur. hoc tamen ad pacem & concordiam, cuius fundamentum & vinculum est veritas Dei, referendum est.

Mulieres vestrae in Ecclesia fileant, nec enim permissum est vt loquantur, sed vt subditae sint. quemadmodum & lex dicit.

Aliud adhuc vitium in Ecclesia Corinthiorum corrigit, nempe garrulitatem mulierum: quae etiam in Ecclesia linguis loqui & prophetare vulerunt. Iubet proinde Apostolus, vt mulieres in publicis conuentibus taceant. Ut autem preceptum hoc maius pondus habeat, illud confirmat auctoritate legis diuinae, quae iubet mulieres viris subiectas esse, Gene. 3. Sed quae ratio est consequentiae? Mulieres subiectae esse debent, Ergo non debent in publico caetu loqui. Docere in Ecclesia, auctoritatem & veluti praefecturam quandam in Ecclesia habentis est. Sed haec pugnat cum subiectione, Ergo cum mulieres subiectae esse debeant, non debent publicum in Ecclesia docendi munus sibi arripere.

Quod si quid discere volunt, domi suos maritos interrogent. turpe est enim mulieribus in Ecclesia loqui.

Anteuertit obiectionem. posset enim obijci: quid

CAPVT
 quid si discendi ca
 res in caetu publi
 ni interrogent ma
 a facti qualitate
 hieribus in caetu
 quod indecorum
 bere supra viri
 telligendum no
 me constituta
 alioqui tempor
 res in publico c
 est diligenter
 quae seruiunt a
 tuta republica.

An a vobis le
 an ad vos sole

Retundit factum
 vincula. Quae reliqu
 runt, quasi ab e
 rum cum vtrius
 os ista ambit
 Docemur ergo
 non debeant e
 cem potius q
 datur propte
 dissimilitudin
 saluum.

Si quis v

quid si discendi causa loqui cupiant mulieres in cœtu publico? Respondet Paulus: domi interrogent maritos. & subiungit rationem à facti qualitate: nimirum, quod turpe sit mulieribus in cœtu loqui. sed qui sic? Propterea quod indecorum sit mulieribus præfecturam habere supra viros. Verum hoc vniuersaliter intelligendum non est, sed locum habet tantum vbi ræ constituta est Ecclesiastica gubernatio. Nam alioqui tempore necessitatis non vetantur mulieres in publico cœtu loqui. Nam hic obseruandum est diligenter, quod de ijs rebus agit Apostolus quæ seruiunt decori & honestati in bene constituta republica.

An à vobis sermo Dei profectus est?
an ad vos solos deuenit?

Retundit fastum Corinthiorum hac obiurgatione, Qui reliquas Ecclesias præ se contemserunt, quasi ab eis initium haberet Ecclesia. Verum cum vtrumque sit falsum, frustra Corinthios ista ambitione tumere significat Apostolus. Docemur ergo hoc loco, quod particulares Ecclesiæ non debeant aliæ alijs se præponere, sed se inuicem potius amplecti, & cauere ne concordia scindatur propter res externas, aut caremoniarum dissimilitudinem, modo fundamentum maneat saluum.

Si quis videtur Propheta esse aut spiritua-

T 3

ritua-

spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quod Domini sint mandata. si quis autem ignorat, ignoret.

Monet ante conclusionem cum peritos tum imperitos. peritos quidem, ut ea quæ de vtrâq; Ecclesiastica scripsit, sciant esse præcepta Dei, qui confusionis non est author: Imperitos vero & rudes, ut suam ignorantiam agnoscant, neque turbent Ecclesiam, sed peritorum iudicio acquiescant. sæpenumero enim turbæ in Ecclesijs oriuntur ex eo quod imperiti & ignari, nolint imperiti & ignari videri, sed peritorum & doctorum locum occupent. Quare, ut illum errorem tollat Paulus ait: Qui ignorat ignoret, id est, ignorantiam suam agnoscat. Verum quæstio hic oritur: Cur Paulus vocet ea quæ hic scripsit mandata Domini, cum nullum verbum de ijs, nec in veteri nec in nouo testamento extet? Respondeo. Sunt mandata Domini, quæ hic à Paulo præcipiuntur, quantum quidem ad genus attinet, quatenus præcipiunt decorum & ordinem in Ecclesia publicæ ædificationis & pacis gratia. Verum quo ad circumstantias attinet libera sunt, ut res aliæ mediæ, quæ non perpetuo obligant nisi ad genus ipsum decori videlicet & ordinis. Deinde discernendum est inter mandata spectantia ad politicæ Ecclesiæ statum, & præcepta moralia ad pietatem immediate

diaperimentia.
sunde obligant.
Itaque frat
tiam & ling
Omnia de
nem fiant
Conclusio e
quis & Prop
in Ecclesia, v
ordine fiant
ordine fiant,
Ecclesiastica. q
tionem manda
decoro & ordin
quam principio,
Ecclesiastica sicut de
confirmatur, quod
parte censendæ su
ordini ad ædific
tur ad obedient
Tertium, quo
re, seruientes
tare probat
num est, id
Quarto, quod
endæ sunt, v
profectæ sin
ad ædificari
ad obedienti

diate pertinentia. Nam hac duo genera diuersimode obligant.

Itaque fratres æmulamini Prophetiam & linguis loqui ne prohibeatis. Omnia decenter & secundum ordinem fiant.

Conclusio est præsentis disputationis de linguis & Prophetia: quæ duo ita vult adhiberi in Ecclesia, vt adificationi seruiant, decenter & ordine fiant. hoc dictum: Omnia decenter & ordine fiant, fundamentum est gubernationis Ecclesiasticæ. quo vt decorum & ordo ad adificationem mandatur, Ita prohibetur quicquid cum decoro & ordine pugnat. ex hoc fundamento, tanquam principio, primum vniuersa gubernatio Ecclesiastica sicut dixi, extrui debet. Deinde ex eo confirmatur, quod pie Ecclesiæ constitutiones ex ea parte censendæ sint diuinæ, quatenus decoro & ordini ad adificationem seruiunt. Obligant igitur ad obedientiam ea parte etiam diuino iure. Tertium, quod liberum sit Ecclesijs ritus ordinare, seruientes decoro & ordini, & eos rursus mutare probabili de causa, modo id quod diuinum est, id est, decorum & ordo retineatur. Quarto, quod vt traditiones impiæ omnino fugiendæ sint, vt quæ ab authore confusionis diabolo profectæ sint. ita etiam traditiones inutiles, quæ ad adificationem non faciunt, nequaquam pios ad obedientiam obligant.

Caput XV.

Summa capitis decimi
quinti.

Virtute resurrectionis Christi nos olim excitandos, vt aeternum immortales & beati viuamus, in hoc capite docet Apostolus.

Ordo & partes capitis
decimi quinti.

Quatuor sunt huius capitis praecipuae partes, quae ad eundem scopum referuntur. 1. est commonefactio de Euangelio, & eiusdem summaria quadam repetitio. 2. Contentio in qua confutatur error eorum, qui negarunt resurrectionem, & confirmatur vera sententia iusta confirmatione, aspersis nonnullis de effectibus resurrectionis Christi. 3. Est de modo, qualitate, ordine & fine exuscitandorum plena instructio. 4. Est conclusio exhortatoria, vt in hac doctrina maneant firmi & stabiles Corinthij. Est autem hoc caput ideo diligentius legendum & cognoscendum, quia nusquam melius aut perfectius traditur resurrectionis mysterium. adeo
vt

ut iustam
tur. Quare &
diligentiores.

Exegesis
obf

Notum
Euange
bis quoc
tis, per
quo serm
bis tenetis,

Exordio hoc
nem sequentem
gelij. Sunt aut
ter amicum
eos excitat
Apostolus
eorum Apo
lorum studi
criter rece
am quod in
enim satis
pris perfer
assignat sa

vt ad iustam methodum nihil prorsus desideretur. Quare & nos in eodem explicando erimus diligentiores.

*Exegetis XV. capituli, cum
observatione doctrinarum.*

Notum autem vobis facio fratres Euangelium, quod Euangelizavi vobis quod & accepistis, in quo & statis, per quod etiam saluabimini, si quo sermone Euangelizauerim vobis tenetis, nisi frustra credidistis.

Exordiolo hoc, sibi aditum facit ad expositionem sequentem: in qua repetitur summa Euangelij. Sunt autem quinque in hoc exordiolo præter amicam & fraternam compellationem, qua eos excitat ad attentionem. Primum testatur Apostolus se Euangelium Corinthios docuisse, ac eorum Apostolum fuisse. Deinde, approbat illorum studium qui prædicatum Euangelium alacriter receperunt. Tertium, laudat constantiam quod in recepto Euangelio perstiterint. Non enim satis est bene incæpisse, nisi quis in bene cæptis perseueret. Quartum, fructum Euangelij assignat salutem credentium. Quintum, mo-

T 5 net de

net de periculo defectionis, nempe quod salute excidant, si fidem abiecerint. Hac breuiter eo pertinent, vt Corinthij non facile sinant se turbari ab ijs, qui Euangelium euertere conabantur, negantes resurrectionem mortuorum.

Tradidi enim vobis in primis quod & acceperam, quod Christus mortuus sit pro peccatis nostris iuxta scripturas & quod sepultus sit, & quod suscitatus sit tertia die secundum scripturas.

Materiam Euangelij exponit, nimirum mortem & resurrectionem Christi, id est, humiliacionem passionis, qua satisfecit pro peccatis nostris: & exaltacionem & triumphum, per quem nos victores constituit: modo in eum firma fide recubuerimus. Sepultura mentionem facit, quia est evidentissimum mortis argumentum. Quod autem non meminerit descensus ad inferos, ideo fit, quia est triumphus et victoria pars super serpente quem sua resurrectione prostrauit. Obseruanda est igitur hac breuissima Euangelij summa, qualis & illa est, Rom. 4. Traditus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostri. Verum hic sciendum est, per mortem Christi intellegi omnia Christi mysteria, quæ ipsam præcesserunt, vt natiuitas, prædicatio, labores in docendo, accusationes, damnatio, crux & c. Resurrectionis vero

no ex mortuis
piti illam secun
ternam, perpe
Hac nobis tu
Christum fid
credideris in
rit ex mort
iusticiam.
Domini sala
nota credent

Et quo
ipsis duc
quam qu
quibus ple
diem, quid
Deinde, rifi
stolis omni
nium velat

Quosdam
curbolas, qu
quam excit
testimonio
non dubiter
apparitione
runt discip
quod appa
mentionem

vero ex mortuis voce, comprehenditur quicquid post illam secutum est. Ut restitutio ad vitam æternam, perpetua gloria, & summa felicitas. Hæc nobis tum demum salutaria erunt, quando Christum fide possederimus iuxta illud Pauli, Si credideris in corde tuo, quod Deus ipsum excitavit ex mortuis, saluaberis. corde enim creditur ad iusticiam. Item, omnis qui inuocauerit nomen Domini saluabitur. Est enim inuocatio propria nota credentium.

Et quod Caphæ visus fuit, Deinde ipsis duodecim, postea visus fuit, plus quam quingentis fratribus simul, ex quibus plures, manent ad hunc usque diem, quidam etiam obdormierunt. Deinde, visus est Iacobo, Postea Apostolis omnibus. Postremo vero omnium veluti abortiuo fuit & mihi.

Quosdam adducit resurrectionis Domini testes αὐτόπιδας, qui suis ipsorum oculis Dominum postquam excitatus est viderunt: ut horum testimonio confirmati, de Domini resurrectione non dubitemus. Recitat autem hic præcipuas apparitiones sex, omissis alijs. apud Luc. 24. referunt discipuli illi duo, qui redierunt ex Emaus, quod apparuerit Petro. Cuius apparitionis mentionem hic facit Apostolus, duodecim, id est, designa-

designatis Apostolis apparuit referente Iohanne ter. semel absente Thoma, rursus semel absente Thoma. Tertio piscantibus. Porro cum Apostolus hic duodecim nominat, retinet receptam appellationem per synecdochen, tametsi iam Iudas mortuus erat. Tertia apparitio quam hic ponit Apostolus, est qua apparuit quingentis fratribus. id est, Christianis: de qua Pauli testimonium nobis sufficit, Nam alioqui nusquam in sacris historijs recitatur. Deinde, quando visus est Iacobo, ante ne ascensionem vel postea, incertum est. Tum dicit eum omnibus Apostolis visum esse. per Apostolos non solum undecim illos, sed etiam 70. illos discipulos, quibus erat etiam prædicandi munus commissum intelligo. Postremo dicit ipsum sibi quoque visum, de qua apparitione & Lucas in Actis, & ipse aliquoties testatur. Marcus refert, quod sit primum visus Mariæ Magdalena, è qua eiecerat 7. demonia. Deinde, quod pluribus simul mulieribus sit visus. Lucas & Marcus testantur, quod apparuerit duobus discipulis euntibus Emaus. His apparitionibus si addideris Prophetias, figuras, signa, ut terræ motum, sepulchrum vacuum, lintea reperta, conciones angelorum, efficaciam Christi in credentibus, Spiritus sancti missionem, dona quibus Christus in cælo sedens ornauit primitiuam Ecclesiam, stupenda miracula quibus Apostoli fidem resurrectionis confirmarunt

marit & ob
 (v Paulus loq
 Dominica. El
 mur vel diab
 fidem resurre
 ipsorum per
 Pauli obten
 resuscitati
 medium ad
 capiamus.
 conuictus
 uid Psal. 6
 ta testimoni
 ligi, ut verba
 de naturali &
 est, in celeste
 Christus corpora
 cuiusque vult. E
 non vi velon
 qui erat sem
 sed ubi verit
 ubi corpus
 cationem.
 dere tentan
 humanitat
 Ego e
 rum, q
 postol
 sum Ec

marunt & obsignarunt, habes certam scientiam
 (vt Paulus loquitur 2. Corinth. 5.) resurrectionis
 Dominicae. His ergo nos confirmati non mouea-
 mur vel diabolorum vel hominum mendacijs, qui
 fidem resurrectionis subruere in certissimum sui
 ipsorum perniciem moliuntur, sed potius consilio
 Pauli obtemperantes, perpetuo memores sumus
 resuscitati Christi: vt inde presentissimum re-
 medium aduersus omnes huius mundi arumnas
 capiamus. Ceterum resurrectionis articulo
 coniunctus est articulus ascensionis, de quo Da-
 uid Psal. 67. & Paulus Ephes. 4. vt alia infini-
 ta testimonia omittam. & debet ascensio intel-
 ligi, vt verba sonant & Euangelista enarrant,
 de naturali & physica sublacione in caelum, id
 est, in caelestem locum vbicunque est, ita vt
 Christus corporali locatione sit in aliquo loco vbi-
 cunque vult. Hinc Cyprianus: ascendit in caelos,
 non vbi verbum Deus antea non fuerat, quippe
 qui erat semper in caelo & manebat cum patre,
 sed vbi verbum caro factum non sedebat, id est,
 vbi corpus antea non habuerat corporalem lo-
 cationem. Hunc articulum qui sophistica illu-
 dere tentant, euertunt fidem, & veram Christi
 humanitatem negant.

Ego enim sum minimus Apostolo-
 rum, qui non sum dignus vocari A-
 postolus, propterea quod persecutus
 sum Ecclesiam Dei.

Cur se

Cur se abortiuum dixerit, rationem reddit; nimirum quod ex persecutore sit factus Apostolus. Ex his ergo patet, quid velit per abortiuum significare. nempe, ut seipsum interpretatur, hominem contemptum propter suam in Ecclesiam seuitiam. Obseruetur exemplum diuinae clementiae, qui quantumuis magnos peccatores in gratiam recipit. Nam vult Deus omnes homines saluos fieri. non vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.

Sed gratia Dei sum, id quod sum, & gratia eius non fuit in me inanis.

Hac necessaria prolepsis est, ne tanquam minimi momenti apparitionem Paulo factam aspernentur. Discernit enim inter se, gratia destitutum, & iam gratia donatum Deoq; reconciliatum. Homo quidem ex se & in se nihil quod Deo vere probari potest efficere valet, sed gratia Dei efficitur vtile & salutare organon. Deinde obseruandum & hoc est, quod gratiam affecutus ac ceptum ferat eidem gratiae, quicquid boni in usum Ecclesiae facit. vnde nos sumamus catholicam doctrinam, quod ut sine gratia nihil valeamus nisi malum: ita consecuti gratiam eadem operante, nos idonei ad agendum reddamur.

Sed amplius quam illi omnes laboraui, non ego tamen, sed gratia Dei quae mecum est.

Quod

Quod non fuerit
dix eo, quod pla
liqui Apostoli.
eum obiceret.
uina tribuit.
& reddit, &
partem grati
ribus. vnde
Arbitrio com
am si abesset,
videt Paulum
fuerit perfec
sit factus salu
refert. signifi
effectum, nempe
cognatus est, &
quid Deo gratum
Et ego igitur
& ita credi
Conclusio
gelij, quam
runt. Ita im
mortuum pr
tertio die. I
scripturarum
ro respectu se
locum occupa
excitatus est

Quod non fuerit gratia Dei in se inanis ostendit ex eo, quod plus laborauerit quam omnes reliqui Apostoli. Verum ne quis gloriosius hoc dictum obijceret, mox corrigit. & omnia gratia diuinae tribuit. Vetus interpres omisit articulum & reddit, & gratia Dei mecum. quasi Paulus partem gratia, partem suis proprijs tribueret viribus. Unde Papista suum extruxerunt de Libero Arbitrio commentum. sed circumstantia loci etiam si abesset, articulus eos refutat. Nam quis non videt Paulum nihil plane sibi tribuere, nisi quod fuerit persecutor Ecclesie. Quod autem organon sit factus salutare, soli gratia diuinae acceptum refert. significat autem hic Gratia, & causam et effectum, nempe fauorem Dei quo in Apostolum cooptatus est, & virtutem qua iam potuit aliquid Deo gratum in apostolatu facere.

Et ego igitur & illi sic prædicamus,
& ita credidistis.

Conclusio commonefactionis de summa Evangelij, quam vnanimi consensu Apostoli prædicarunt. Ita inquit prædicamus, nempe Christum mortuum pro peccatis, sepultum & excitatum tertio die. Ita vos quoque credidistis conuicti scripturarum & miraculorum testimonijs. Porro respectu sequentium hæc conclusio propositionis locum occupat, ac si diceret, Christus igitur vere excitatus est.

Quod

Quod si Christus prædicatur ex mortuis suscitatus esse, quomodo dicunt quidam inter vos non esse resurrectionem mortuorum.

Confirmatio est resurrectionis mortuorum, ab ipsius vera causa & fundamento sumpta. Christus resurrexit à mortuis, ergo mortui surgent. Consequentia inde patet, quod posita sufficienti causa in actu, sequatur effectus suo ordine & tempore.

Nam si resurrectio mortuorum non est, Christus quoque non resuscitatus est.

Ab inficiatione propositionis colligit absurdum, unde rursus inficiatio destruitur: si resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit, At Christus resurrexit, Igitur est resurrectio mortuorum. sola propositio ponitur.

Quod si Christus non est suscitatus, inanis est prædicatio nostra: inanis autem est & fides vestra. inuenimur autem & falsi testes, quod testificati sumus de Deo quod suscitavit Christum, quem non suscitavit, si videlicet mortui non suscitantur, nam si mortui non suscitantur Christus, quoque

quoque non
Christus n
stra inani
tis vestri
runt in

Multas
ta resurrecti
colligit neg
est natura
aliquid au
quentia, ne
surdum esse
etorum esse
copa quinque
surrectione Do
Apostolorum
confirmata, sit
bum prædicat
non solum v
sus & me
credentes e
huc in pec
tioni. 5.
runt, contr
sus, non se
uerunt.
perpetuo e
stretur har

quoque non est suscitatus. quod si
Christus non est suscitatus fides ve-
stra inanis est, adhuc estis in pecca-
tis vestris, nempe qui & obdormie-
runt in Christo, perierunt.

Multas absurdas colligit hypotheses ex negata resurrectione Christi, ex quarum absurditate colligit negata propositionis veritatem. Nam ea est natura rerum immota. A quocunque falsi aliquid autem absurdi colligitur in bona consequentia, necesse est illud quoque falsum & absurdum esse, & eius contrarium siue contradictorium esse verum. Colligit autem in hac pericopa quinque absurdas hypotheses ex negata resurrectione Domini. quarum prima est, quod Apostolorum prædicatio stupendis miraculis confirmata, sit inanis. 2. Quod fides quæ verbum prædicatum recipit, sit frustranea. 3. Quod non solum ipsi, verumetiam ipse Deus sit falsus & mendax testis de suo filio. 4. Quod credentes contra manifesta oracula Dei sint adhuc in peccatis suis, obnoxij iræ Dei & damnationi. 5. Quod qui in fide Christi obdormierunt, contra promissiones diuinas perierint prorsus, non secus atque alij qui Christum non agnouerunt. Verum cum clara voce Dei, consensu perpetuo Ecclesiæ, & stupendis miraculis demonstratur harum hypothesisum falsitas, necesse est

U eam

eam propositionem, ex qua immota consequentia concluditur ista falsitas, falsam & absurdam, quæ est hæc: Christus non suscitatus est à mortuis. quod si autem hæc falsa & absurda est, eius contradictoria, quæ est, Christus est excitatus ex mortuis, est vera & immota. ex qua veritas principalis propositionis infertur: nimirum quod mortui resurgent. atq; ita Paulus obliquo quodam ductu principalem propositionem colligit.

Si in hac solum vita spem in Christo habemus, miserimi omnium hominum sumus.

Si resurrectio mortuorum non est, spes promissionum cum hac vita finit. quod si ita sit, necesse est Christianos omnium hominum miserimos esse, ut qui tot mala in hac vita sustinent Christi & Euangelij causa. Verum cum Deus promiserit consolationem, liberationem & compensationem ærumnarum huius vite, spes in Christo non perit in hac vita. quare ut speratis potiamur bonis, necesse est ut à mortuis resurgamus. verum si quis obiecerit, quod anima immortalis cum sit, possit ea bona percipere etiamsi corpus non resurgat. Respondeo nullam felicitatem, nec corpori nec animæ promissam esse, nisi in Christo mortuo & resuscitato.

Nunc autem Christus suscitatus est
ex

ex mortuis, primitiæ eorum qui obdormierunt.

Assumfit propositionem supra probatam, nempe quod Christus suscitatus sit ex mortuis, vt ostendat quomodo illud sequatur, quod mortui excitabuntur, ac primum argumentum à figura seu typo veteris legis petit. primitiæ dicatæ Deo reliquos quoque fructus sanctificarunt. sed Christus est eorum qui obdormierunt primitiæ. ergo qui obdormierunt in Deo per illum consecrati sunt Deo. vt ergo ille excitatus est ex mortuis: ita quoque & alij post eum suo tempore excitabuntur. significatur autem metaphora primitiarum & causa & ordo resurrectionis.

Postquam enim per hominem mors, per hominem quoque resurrectio mortuorum, sicut enim per Adam omnes moriuntur, Sic & in Christo omnes viuificabuntur.

Dixit Christum fuisse primitias resurgentium, id nunc probat ex collatione contrarium causarum in contrarijs effectibus. Contrariæ causæ sunt Adam & Christus. harum causarum contrarij effectus sunt mors & vita. quemadmodum igitur per Adam peccantem mors venit: Ita per Christum iustum vita. sicuti Apostolus ait Ro. 5. Quemadmodum per inobedientiã vnus

U 2

multè

multi sunt constituti peccatores : ita vnus iusticia multi constituentur iusti. Peccati quidem stipendium mors, Iusticiæ vero donum vita æterna in Christo Iesu. Cæterum sciendum est hic figuram esse, quæ vocatur communicatio idiomatum. Nam quod vtriusque naturæ est & officij, tribuitur personæ sub appellatione humanæ naturæ : quam æterna persona assumpsit, vt iusticiæ Dei satisfaceret. ~~est enim~~ Christus author vitæ & salutis secundum vtramq; naturam.

Vnusquisque autem in proprio ordine. primitiæ Christus, deinde qui Christi sunt in aduentu eius.

Discrimen facit inter effectus causarum contrariarum, quo ad tempus attinet, vt ita obiectioni occurrat, huic videlicet : Omnes mortui sunt per Adam vel in vtero materno, Ergo vitæ reparatio per Christum non deberet deferri. Respondet, discrimen esse. Nam vt in fructibus primitiæ & reliqui fructus colliguntur quidem omnes, sed suo ordine singuli. Christus vt primitiæ resurrexit, nos vero vt fructus reliqui resurgemus in aduentu ipsius, atque tunc æternum consecrati Deo viuemus.

Postea finis, quando tradiderit regnum Deo & patri, cum aboleuerit omnem potestatem & virtutem.

Docet

Docet finem & metam cursus nostri fore, ubi aduenerit Dominus, Cum aboleuerit omnem principatum, scilicet cuius usus est in hac mortali vita. & tradiderit regnum Deo & patri. id est, Deo qui est pater. idque non secundum diuinam naturam, qua vna cum patre & spiritu sancto equaliter regnabit in aeternum, Sed secundum officij administrationem in Ecclesia. Porro Christi regnum de quo hic loquitur, duas partes habet, gubernationem fidelium, & debellationem contumacium hostium Christi, diabolorum & impiorum hominum.

Oportet enim ipsum regnare, donec posuerit omnes inimicos suos sub pedes suos, nouissimus destruetur hostis mors, omnia enim subiecit sub pedes suos.

Petitis testimonijs ex Psal. 110. & Psal. 8. à perfectione seu integritate regni Christi, probat mortuorum resurrectionem. Christus tum demum patri regnum tradet, ubi secundum scripturas omnia fuerint subiecta pedibus eius, & omnes eius hostes fuerint deuicti. sed mors nouissimus hostis, nondum plene victa est, nisi quantum ad causam: quæ mors abolebitur per mortuorum resurrectionem, cum aduenerit Dominus ad iudicium. Proinde ratio imperij Christi requirit, vt tandem deuicta morte, resur-

u 3 gamus

gamus ad æternam & beatam vitam.

Cum omnia dixerit, clarum est, quod omnia sint subiecta, præter eum qui omnia illi subiecit. Cum autem subiecerit illi omnia, Tum & filius ei subijcietur, qui illi subiecit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.

Urget vniuersalem propositionem, ex Psal. IIO. & 8. petitam, vt mortem aliquando omnino subiiciendam doceat: quod cum factum fuerit, Christus quoque patri subijcietur, quatenus ipse Christus cum sua Ecclesia vnum corpus constituat: quod corpus Dei contemplatione felix & beatum perpetuo fruatur, vt sit omnia Deus in omnibus, id est, vt omnia ad Deum tanquam vnicum suum principium & finem reducantur, & illi deuinciantur. Loquitur autem de pijs tantum, non de diabolicis & impijs, quos quidam ex hoc loco saluandos aliquando perperam concluderunt. Interim vero Christus semper eminebit, tum quia est Deus patri & Spiritui sancto in omnibus æqualis est, tum quia Ecclesie caput est.

Quid alioqui faciunt, qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non suscitantur, quid etiam baptizantur pro mortuis?

Argu-

*Argumentum
tunc Catech
mortis pericul
ta desperarent
ferrent saluti
ergo pro mor
mortuis & n
vt qui Paule
hi certe, si n
baptizantur.
rus sensus es
bro primo, I
verbis testat
ad nos deueni
xisse ait: Si
cur baptizantur
ritu interpret
morti vicini, si fi
Eti, ob hanc r
fiant. ostende
resurget, e
rum per h
Aliorum e
interpretan
tuis, id sup
reñcio. Qui
tiosos ritus
Sunt qui a
tali sine bat*

Argumentum hoc desumptum est à consuetudine Catechumenorum, qui cum in certum mortis periculum inciderent, & omnino de vita desperarent, petebant baptismum, vt secum ferrent salutis suæ obsignationem. Baptizantur ergo pro mortuis, qui ita baptizantur, vt sibi mortuis & non viuis prosit illorum baptismus, vt qui Paulo ante mortem baptizarentur. Nam hi certe, si nulla est corporum resurrectio, frustra baptizantur. Hic presentis argumentationis verus sensus est. quemadmodum Epiphanius, libro primo, Tomo. 2. aduersus Cerinthianos, his verbis testatur: Et hac de causa traditio, quæ ad nos deuenit eundem sanctum Apostolum dixisse ait: Si omnino mortui non resurgunt, cur baptizantur pro mortuis? Ceterum alij recte interpretantes hoc dictum dicunt, quod morti vicini, si fuerint in pietatis doctrina instructi, ob hanc spem ante obitum lauacro digni fiant. ostendentes, quod qui mortuus est etiam resurget, & ob id indiget remissione peccatorum per lauacrum. Haftenus Epiphanius. Aliorum expositionem, qui vel pro mortuis, interpretantur vice mortuorum: vel pro mortuis, id super sepulchra mortuorum exponunt, reijcio. Quia Paulus nequaquam hos supersticiosos ritus sine graui reprehensione præterisset. Sunt qui argumentum ductum putant à generali fine baptismi, vt baptizari pro mortuis idem

U 4 declarat

declaret atque baptizari, vt mors ipsa extingua-
tur, siue in resurrectionem à mortuis. cuius ni-
mirum symbolum est baptismus, Roma. 6. Hic
quidem sensus bonus & pius est, sed forma ver-
borum Pauli eum non videtur recipere: quare
interpretationem primo loco signatam prae-
rendam iudico.

Quid etiam nos periclitamur omni
hora? quotidie morior per nostram
gloriam fratres, quam habeo in
in Christo Iesu Domino nostro. si
secundum hominem pugnavi ad be-
stias Ephesi, quid mihi utilitatis, si
mortui non suscitantur?

Argumentum à suo exemplo petit, cuius hæc
vis est: Si tantum spectarem hanc vitam, &
non existimarem me aliquando suscitatum iri,
plusquam stultus, imo insanus essem, qui tot
pericula adirem, quotidie mortis periculis obje-
cerer, adeo quod etiam bestijs obiectus fuerim
vt contra illas in spectaculum pugnarem. Hæc
adeo graua & ingentia pericula nequaquam
subirem, si non statuerem in alia vita mihi præ-
mium horum certaminum esse repositum. Hæc
summa argumenti Paulini est. Periclitari om-
ni hora & quotidie mori pro eodem accipit:
nisi quod posterius grauius videatur & specia-
lius

C. A.
lus sit. quodam
perpetuo obijci
mentum est
riculo, in quo
mittit, vt e
post hanc m
minis quat
fuerint. Se
respectu tar
que reposit
Historia. T
extat, nisi
intelligit de
si Demetri
Acto. capite
Edamus e
riemur.
Anidobes
prouerbio f
minit esai
non esset i
iustis &
voluptas
tam insti
putant n
ultimam
esse huius
facio, lon

lius sit. quotidie enim mori, est mortis periculo perpetuo obijci. Per gloriam nostram. Iuramentum est, quo confirmatur quod dixit de periculo, in quo assidue fuit. Gloriam autem ideo meminit, vt & admoneat Corinthios de gloriosa post hanc mortem vita, & eandem opponat ignominiam quam pati coguntur pij, donec in hac vita fuerint. Secundum hominem, id est, huius vitæ respectu tantum, non cogitans de futura gloria quæ reposita est in cælo legitime certantibus. ~~Historia Pauli pugnantis contra bestias nullibi extat, nisi hic: quare quidam hæc metaphorice intelligit de furiosis Iudæis, quos excitauit Ephesi Demetrius contra Apostolum. vt legitur Acto. capite 9.~~

Edamus & bibamus, cras enim moriemur.

Antithesis est proximi argumenti, sumta ex prouerbio familiari Epicureis: cuius etiam meminit Esaias 22. capite, cuius sensus hic est: Si non esset resurrectio mortuorum, in qua præmia iustis & pœna iniustis reddentur, præsentis vitæ voluptas non esset negligenda, Imo sapienter vitam instituerent Epicurei, qui propterea quod putant mortem omnium rerum extremam & ultimam clausulam esse, iudicant indulgendum esse huius vitæ voluptatibus. Verum cum id non facio, longe aliud quam Epicurei sentio de vitæ præsen-

præsentis voluptatibus & de mortuorum resurrectione.

Ne seducamini, Mores bonos colloquia corrumpunt mala.

In medio doctrinæ exhortationem more Prophetico & Apostolico intertexuit: quo doctrina efficacius accommodetur auditoribus. Propositio exhortationis est, ne sinant se seduci Corinthij Epicureorum *πικρανολογίας*. Rationem propositionis sumit à dicto Menandri, ex comædia cui nomen est Thadia, quemadmodum quidam Græcus Scoliastes annotauit. Est autem versus Iambicus senarius, continens grauissimam doctrinam & admonitionem, nimirum quod bonis moribus non sit aliunde magis periculum, quam ex prauorum hominum colloquio. quare tales fugiendi sunt, non secus atque omnis pietatis & honestatis pestes.

Euigilate iuste, & ne peccetis.

Exhortationem specialem ad genus transfert, In voce *ἐκνήθειν* consideranda est metaphora. dicitur autem τὸ ἐκνήθειν proprie de ebrijs qui à somno demum fiunt sobrii. indulgentes igitur peccato confert ebrijs, qui turbato cerebro nihil non imprudenter agunt. Vult ergo Apostolus, vt de somno peccati euigilemus, quo iam vacare liceat iusticiæ, id est, (vt Hebraica antithesi explicat) quo amplius non peccemus.

Ignor-

Ignorantiam Dei quidam habent.

Ratio cur multi peccati ebrietati indulgeant, nimirum quod non norunt Deum : non statuunt ipsum presentem inspectorem omnium actionum interiorum & exteriorum : non cogitant Deum vindicem scelerum esse. adeo caca ignoratione Dei laborant, Quare turpe fuerit tales sectari magistros.

Ad pudorem vobis incutiendum loquor.

Hoc est, hæc ideo à me dicuntur, ut vos pudeat istos sectari magistros, qui cum Deum non norunt, nihil recte de rebus diuinis differere possunt.

At dicet aliquis, quomodo fuscitantur mortui? quali autem corpore prodeunt?

Transit ad tertiam huius capituli partem, quam supra dixi continere doctrinam de modo, qualitate, ordine & fine exuscitandorum. proposito figurata est interrogatio, quo aptius cohaereat cum superioribus.

Demens, tu quod feminas non viuificatur nisi mortuum fuerit, & quod feminas non corpus, quod nascetur, feminas, sed nudum granum: Exempli causa, tritici aut alicuius reliquorum. Deus autem illi dat corpus quem-

tentia semina coniecta in terram viuificantur :
 ita eiusdem Dei virtute humana corpora iuxta
 decretum Dei resurgent. Deinde, vt vitam se-
 minum precedit mors & corruptio. Ita nostra
 resurrectio non fiet nisi prius corpora nostra cor-
 rupta fuerint, exceptis ijs, qui adhuc viuent ve-
 niente Domino ad iudicium. Præterea, vt idem
 corpus seminis surgit, mutata qualitate & mu-
 tata ariditate in viriditatem quandam iucun-
 dissimam & pulcherrimam, Ita corpora nostra
 mortalitate exuta, surgent ad immortalem vi-
 tam & gloriam, vt sint futura *σύνμορφα* glorioso
 corpori Christi. Postremo, vt ex quolibet semi-
 ne, eiusdem seminis corpus exoritur, Ita eadem
 corpora hominum, quæ humo condita iacuerunt,
 prodibunt in resurrectionem vitæ. At dissimilia
 sunt : Primum in hoc, Ex vnius seminis corpore
 nascuntur multa corpora, sed non sic in humanis
 corporibus futurum est. Surgent enim eadem
 humana corpora, non multiplicata numero. De-
 inde, seminum corpora viuificantur & exusci-
 tantur rursus moritura : sed aliter se habet cum
 humanis corporibus, quæ surgent ad immorta-
 lem gloriam, non amplius corruptioni obnoxia.

Non omnis caro eadem caro, sed
 alia quidem caro hominum, alia ve-
 ro caro pecorum, alia autem pisci-
 um, alia vero volucrum. Et sunt
 corpo-

corpora cœlestia & terrestria: Sed alia quidem cœlestium gloria, alia vero terrestrium, alia gloria solis, alia gloria lunæ, & alia gloria stellarum. Stella enim à stella differt in gloria.

Duo docet hac comparatione. primum, quod eadem corpora resurgent. Deinde, discrimen inter ea corpora, quæ nunc habemus & eadem cum ea recipiemus. Quod sane discrimen solummodo in qualitate positum est. Quantum autem ad primum attinet, hic sensus est, Quemadmodum non omnis caro est eadem caro (scilicet quo ad substantiam attinet) sed ex semine hominis nascitur caro hominis: ex semine piscium nascitur caro piscium: ex semine volucrum nascitur caro volucrum, &c. Ita ex corporibus humanis sepultis, in resurrectione mortuorum non prodibunt diuersorum animantium corpora, sed eadem humana exuscitabuntur corpora. atque ita illustrat quod supra dixit: Unicuique seminum suum corpus, quantum scilicet ad substantiam attinet. Quantum ad secundum attinet, hæc est comparationis summa, Quemadmodum maximum est discrimen inter corpora cœlestia et terrestria, id est, ea, quæ in cælo conspiciuntur, & ea quæ hic in terra sunt. Nam illa his multo maiorem gloriam & honorem habent: Ita maxima erit differentia inter ea corpora

per, que hic e
mortalitatis
in celo non est
suum gloria
na, & reliqu
surrectione
gloria in sa
lis comprob
his qui dor
Alij ad vit
contentum
rint fulgebu
ad iusticiam
petuas atem

Ita & resu
natur in ce
corruptio
ria, surg
infirmis
natur
pus sp
à πλοδο
qua antit
poris, vide
status, pos
ptioni ob
Illic erit i
Hæc Epith

pora, quæ hic circumferimus, & eadem donata
immortalitatis gloria. Deinde quemadmodum
in cælo non est eadem omnium corporum cæle-
stium gloria, Nam alia est gloria solis, alia lu-
næ, & reliquæ stellæ inter se differunt: ita in re-
surrectione mortuorum diuersi erunt honoris &
gloriæ in sanctis gradus: Id quod etiam Danie-
lis comprobatur testimonio, qui ait: Et multi de
his qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt,
Alij ad vitam æternam, & alij ad opprobria &
contemptum sempiternum. Qui autem docti fue-
rint fulgebunt, quasi splendor firmamenti, & qui
ad iusticiam erudiunt multos, sicut stellæ in per-
petuas æternitates.

Ita & resurrectio mortuorum. semi-
natur in corruptione, resurget in in-
corruptione: seminatur in ignomi-
nia, surget in gloria: seminatur in
infirmirate, surget in potentia: semi-
natur corpus animale, surget cor-
pus spirituale.

ἀπόδοσις seu accommodatio similitudinis, in
qua antithesin facit quadruplicem eiusdem cor-
poris, videlicet respectu status huius uite et futuri
status, post resurrectionem. Hic corpus est corru-
ptioni obnoxium, ignominiosum, infirmum, animale:
Illic erit incorruptum, gloriosum, potens, spirituale.
Hæc Epitheta ex antithesi facile intelliguntur. Quod
hic

hic humana corpora sint corruptioni obnoxia & ignominiosa, id est, splendoris & honoris expertia, docent morbi & sepulchra. quid enim fœdius cadauere, à quo viui plane abhorrent. Si spectetur corporis in terra putrescentis ignominia, quid quæso turpius? fit enim esca vermium, imo inde vermes & pidiculi nascuntur. Deinde, si corpus hominis spectas vt animale est, id est, quatenus anima ipsi vitales facultates, easque imbecilles & temporarias præbet, est corruptioni obnoxium, sordidum, mille modis denique infirmum, præsertim cum anima destitutum seminatur, id est, sepelitur homo, qui animalis fuerat. Verum contra, exuscitatum ex mortuis corpus erit liberum à corruptione, liberum ab ignominia, liberum à priori infirmitate, vt vicissitudini varia nequaquam sit obnoxium, erit quoque spirituale, diuinæ naturæ particeps: vnde fit, vt eiusmodi corpus sit æternum, gloriosum, splendidum. Hac igitur Epitheta animale & spirituale, non ad substantiam corporum referentur, sed ad causas & qualitates. Cause sunt anima & spiritus. illa in priori corpore, hic in posteriori dominabitur. Qualitates sunt, animalem esse, quod conuenit homini in hac vita: spiritua-lem esse, quod conuenit homini in futura vita. Hac gloria, quæ contingit corporibus nostris, non solum consolari nos debet in morbis, contemptu & morte, verumetiam monebit vt sanctorum corpora

C A
 per in honore
 mandemus, v
 sanctorum sep
 dicuntur, qu
 sopita iacent
 tur. sequan
 trum, Patr
 ximam cu
 collocata ex
 tra, impior
 perpetue ig
 deducenda
 lienda. Na
 tium cum es

Est corpe
 le, sicut eti
 primus he
 uentem.
 mam vi

Compar
 Adam cau
 ab eo nasci
 est spiritu
 matam re
 ipse iam
 tria notan
 sic in nos es

pora in honore habeamus, ea honorifice terræ mandemus, mundaq; seruemus loca ubi sunt sanctorum sepulchra: quæ loca cæmeteria ideo dicuntur, quia ibi sanctorum corpora veluti consopita iacent, donec tuba Archangeli excitabuntur. sequamur itaque exempla sanctorum Patrum, Patriarcharum & piorum regum, qui maximam curam habuerunt hortorum, in quibus collocata erant sepulchra piorum. Verum contra, impiorum & hostium Dei corpora destinata perpetuæ ignominie, non sunt à pijs nec honorifice deducenda, nec cum sanctorum corporibus sepelienda. Nam Esaias ait: *Non habebit consortium cum eis in sepultura.*

Est corpus animale, est & spirituale, sicut etiam scriptum est: factus est primus homo Adam in animam uiuentem, Postremus Adam in animam viuificantem.

Comparisonem positam confirmat à causis. Adam causa est animalis hominis. Nam tales ab eo nascuntur qualis ipse fuit. Christus causa est spiritualis hominis. Tales enim per consummatam regenerationem nascuntur ex eo, qualis ipse iam est excitatus ex mortuis. Verum hic tria notanda sunt, Unum, qualitatem animalem sic in nos esse ab Adamo propagatam, vt corpus
X dun-

duntaxat ex eius substantia acceperimus, Animam vero non item. adeoque Apostolum non dicere Adamum factum esse in animam viuificantem, sed in animam viuentem, aduersus eos, qui animam voluerunt à traduce deriuari. Alterum est, Christum quoque ad tempus fuisse in animam viuentem, excepto peccato, spiritu scilicet in eo vim integram non exerente. Donec omni infirmitate superata gloriosus resurgeret, & in cælo ad dexteram patris sederet, eoque respectu à Paulo sic considerari, & nos quoque in illo. Tertium sic esse spirituale Christi corpus non substantia, sed qualitate, id est, æternum, gloriosum, potens, vt hac à spiritu, id est, diuina natura accipiat hypostatice, id est, personaliter ipsius corpori & anime iam tum coniuncta, cum verbum fieret caro: nostra vero corpora fore spiritualia non noue alicuius partis adiunctione, quæ spiritus dicitur, sed ipsius spiritus, id est, diuine nature Christi virtute, idque non per hypostaticam vnionem, sed participationem. Cuius erit vinculum idem ille spiritus, qui iam efficit, vt illum quamuis in cælo sedentem, fide tamen amplexi spe possideamus in terris, tunc vero efficiet, vt illo presente, presentes perfruamur.

Ac non prius, quod spirituale est, sed quod animale, Deinde, quod spirituale.

Ostendit ex causarum ordine necessarium esse, vt pri-

vt prius nascamur in spiritu
 ubi patens est
 mines, Ita Christus
 (no regenerat
 quod est spiritus

Primus
 cundus
 qualis t
 reni sur
 qui cœ
 mus im
 etiam in

Clarissima
 causas in suis
 in qualitate
 Tem conclusio
 te late disputat
 modum in
 quatenus ab
 mus: Ita ge
 exuscitati
 conformia
 lationis m
 tes Christu
 terum virg
 gnat man
 de materia

vt prius nascamur animales homines, quam re-
nascamur in spirituales. vt enim primus Adam
noster parens est, quatenus nascimur animales ho-
mines, Ita Christus qui secundus est Adam, nos
suo regenerat spiritu. Quare animale præcedit id
quod est spirituale, tempore & origine.

Primus homo è terra, terrenus, Se-
cundus homo ipse Dominus, è cælo.
qualis terrenus ille, tales & qui ter-
reni sunt: & qualis ille cœlestis, tales
qui cœlestes sunt: & sicut gestauimus
imaginem terreni, gestabimus
etiam imaginem cœlestis.

Clarissima est hæc collatio. Primum confert
causas in suis qualitatibus. Deinde, confert ef-
fectus in qualitatibus quas à causis mutuuntur.
Tum concludit propositionem, de qua in hoc capi-
te late disputatum est: nimirum, quod quemad-
modum in hac vita gestauimus imaginem Adæ,
quatenus ab eo prognati corruptioni obnoxij su-
mus: Ita gestabimus aliquando imaginem Christi
exuscitati à mortuis. uidelicet, cum corpora nostra
conformia erunt glorioso ipsius corpori. Primo col-
lationis membro abusi sunt Manichæi, dicen-
tes Christum corpus suum è cælo attulisse in v-
terum virginis, Id quod vt falsissimum est, ita pu-
gnat manifeste cum sententia Pauli, qui hic non
de materia diuersorum corporum loquitur, sed
X 2 de qua-

de qualitatibus, pro respectu diuersorum statuum eorundem corporum. Primus homo terrenus est, ut qui sapiat terrena, rebus terrenis addictus, & corruptioni obnoxius. Secundus è cælo, cælestis. id est, sapit cælestia, rebus cælestibus addictus est, & immortalis. At locus hic designatur, cum ait: E cælo. Verum quidem est, sed obserua orationis formam. Secundus homo ipse Dominus è cælo. Proinde per communicationem idiomatum intelligendum est, hoc modo: Secundus homo est de cælo, quia hic secundus homo est etiam Deus & Dominus cælestis. similis est locutio Iohan. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi filius hominis, qui descendit de cælo.

Hoc autem dico fratres, quod caro & sanguis regni Dei hæreditatem accipere non possunt, neque corruptio incorruptionem possidebit.

Exegesis est superioris sententiæ. clare enim enunciat, corpus hoc animale cum qualitatibus quas nunc habet, nequaquam posse gloriæ immortalitatis fieri particeps, sed necesse est, ut ex terreno fiat cæleste: ex animali, spirituale: non quidem mutata substantia, sed immutatis qualitatibus. Hunc esse verum huius loci sensum, apparet ex eo quod sequitur de corruptione & incorruptione. Et Paulus infra dicit. Oportet corruptibile

capibile hoc
mortale hoc
epiphanius
negarunt re
carne hac
Edificata e
in peccati
ligendum.
Ecce r
nes qu
mutat
li ad r
tuba &
rupti, &

Confirmat
sensa qualitat
dum resurrexi
excitans lectu
currens obis
rem arcan
surrectione
dum, nem
ex sanctis
morte nec
cum sanè
occurrant
4. Hoc e
nos viuis

ruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Præterea Epiphanius Manichæos refutans, qui ex hoc loco negarunt resurrectionem corporum, ait: non de carne hac quæ laboribus fatiganda est, quæ sanctificata est & Deo complacuit: sed de ea quæ in peccatis versata est, dictum Apostoli intelligendum.

Ecce mysterium vobis dico, non omnes quidem dormiemus, sed omnes mutabimur in momento, in ictu oculi ad ultimam tubam. Canet enim tuba & mortui suscitabuntur incorrupti, & nos mutabimur.

Confirmata resurrectione mortuorum, & ostensa qualitate corporum resuscitandorum, modum resurrectionis aggreditur, breui exordiolo excitans lectorem, ut attente legat: & simul occurrens obiectioni carnis, dum mysterium, id est, rem arcanam & adhuc occultam nominat resurrectionem mortuorum. Deinde exponit modum, nempe, ut quos Dominus adueniens viuos ex sanctis inuenerit, repente non interueniente morte nec corruptione illa ordinaria immutet, ut cum sanctis qui resurrexerint in nube Domino occurrant. Sic enim scribit Apostolus I. Thessal. 4. Hoc enim vobis dicimus verbis Domini, quod nos viui, qui reliqui erimus in aduentu Domini,

X 3

non

non praeueniemus eos, qui obdormierint. Nam ipse Dominus cum hortationis clamore & voce archangeli ac tuba Dei descendet de caelo, & qui mortui fuerint in Christo resurgent primum, Deinde nos viui qui reliqui erimus, rapiemur simul cum illis in nubes in occursum Domini in aëra, & ita semper cum Domino erimus. Atque hic articulus fidei nostrae est, quo confitemur nos credere Dominum venturum iudicatum viuos & mortuos. Quod autem Paulus se veluti vnum ex illis facit, quos Dominus viuos deprehendet, eo fit, quia & tempus illud incertum est, & vult singulos nostrum ita comparatos esse ac si singulis momentis Dominus venturus esset.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.

Immutationis, quae vice mortis erit, necessitatem exprimit. Corpora post resurrectionem erunt incorrupta & immortalia, Igitur necessaria erit immutatio, qua deponitur corruptio & mortalitas, & induitur incorruptio & immortalitas: natura enim quae hic corruptioni obnoxia est, illic erit incorrupta, quo nihil impediat immortalitatis gloriam.

Cum autem corruptum hoc induerit incorruptionem, & mortale induerit immortalitatem, tunc fiet sermo,

mo, qui scriptus est: absorpta est mors in victoria.

Finis resurrectionis explicatur & comprobatur Esaiæ testimonio, qui capite 25. ait: Absorpsit mortem in aeternum. seu vt Paulus habet, Ad victoriam, id est, vsque ad victoriam, id est, ita vt sit prorsus debellata mors, nouissimus hostis à Christo victore superandus.

Vbi est tuus ô Mors stimulus? Vbi tua Inferne victoria?

Idem confirmat Oseæ testimonio, quod vetus interpres aliter & rectius expressit, quam nunc habent Græca exemplaria. ita enim habet. Vbi est mors victoria tua? Verum 70. interpretes habent ποδ δίκης σου δάματα, hoc est, vbi contentio tua ô mors, sed sententia manet eadem. Si ergo sic legimus Sarcasms est seu hostilis derisio, qua Christus victor mortis in se & in suis, hosti prostrato morti insultat & victor ouans triumphat. qui triumphus quidem inchoatus est, resurgente Domino, consummabitur vero in ipsius aduentu, quando mortui è sepulchris suis in lucem prodibunt. Verum si legerimus, vt nunc Hebraicum textum reddunt, hæc erit lectio: Ero pestis tua ô mors, Ero excisio tua ô inferne. atque hoc pacto erit comminatio Prophetica, qua Christus victor comminatur morti, vt aliquando super ea triumphū agat, eam perimens et excidens. Ero pestes tue

X 4 id est,

inferno
corpus
 id est, vice pestium, id est, interimam, Et excisio tua seu morsus tuus, hoc est, excidam te perimam. atque ita more Hebraico sententia eadem repetitur, idque certitudinis, attentionis, & vehementiae causa. ~~Ceterum de vocabulo inferni~~ obseruandum est, quod ubi Paulus & septuaginta interpretes אדום habent, ibi textus Hebraicus Scheol habet, sensu quidem eodem, sed diuersa Etymologia. אדום enim dicitur, quasi אידום, à priuatiua particula א & אידון quod est videre, Est ergo אדום locus אנהלים solis expers, Cuiusmodi est sepulchrum in quod hominis cadauer reconditur. sed Scheol Hebraicum à Shaal, id est, à postulando nomen habet, quasi perpetuo petat, & nunquam saturetur, vnde Psal. 27. Infernus & perditio nunquam saturantur. Hanc Etymologiam expressit Lactantius hoc carmine: Infern insatiabiliter caua guttura pandit, Neque aliter accipitur, si Petro creditur, Psal. 7. & Act. 2. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, id est, vt seipsum interpretatur David, Non sines sanctum tuum videre corruptionem. Nefesch enim illic vt Leuit. 21. Super anima nullus contaminetur in populis suis, pro cadauere accipitur.

Aculeus autem mortis peccatum est. Virtus vero peccati lex. Sed Deo gratia, qui dedit nobis victoriam
 per

per Dom
 CHRIST

Quia sum
 sumit pulch
 mortis tyr
 mortem iust
 & sine acu
 aculeum se
 peccatum
 aculeus qu
 lege habet.
 monstrat: i
 monstrat, p
 gressorem.
 Christi collu
 suam iusticiam
 hoc pacto: Ch
 iram Dei, ade
 dentes. legi
 abolitum e
 habet. pee
 mors ipsa
 membris i
 pletum es
 usitatus
 etoria, qu
 sumabitur
 pij excita

per Dominum nostrum IESVM
CHRISTVM,

Quia stimuli seu aculei mentionem fecit, inde sumit pulcherrimum argumentum, quo probat mortis tyrannidem sublatam esse. Confert enim mortem insecto seu serpenti, qui armatur aculeo, & sine aculeo inermis & innoxius est. mortis aculeum seu telum quo vulnera infligit, nominat peccatum (mortis enim causa peccatum est) Hic aculeus qui est peccatum, omnem vim suam ex lege habet. Nam lex vim exitialem peccato ministrat: idque per occasionem, quia iram Dei monstrat, propter legis & voluntatis Dei transgressionem. Porro hoc peccati robur beneficio Christi tollitur, qui legi satisfecit, & credentibus suam iusticiam imputat. Hinc ergo concluditur hoc pacto: Christus legi satisfecit & sustulit iram Dei, adeo ut lex non amplius damnet credentes. legis virtute sublata peccatum quoque abolitum est, quod non aliunde vim quam à lege habet. peccato abolito, quod mortis est aculeus, mors ipsa inermis est, & amplius Christo eiusque membris nocere non potest. Hoc autem completum est in Christo, quando ipse è mortuis exuscitatus est, in omnibus pijs inchoatur hæc victoria, quando Christo per fidem inseruntur, consumabitur vero in ipsius aduentu, quando omnes pij excitabuntur ad immortalitatis gloriam. Hic

locus Pauli, præterquam quod confirmat resur-
 rectionem mortuorum, multiplicem doctrinam
 1 continet. Primum enim docet, quod mors sit pec-
 cati pœna, vt quæ propter peccatum in totum ge-
 nus humanum peruaserit, Est enim vt Paulus
 2 ait Rom. 6. Stipendium peccati mors. Deinde,
 quid sit peccatum, nempe virtus legis, id est, rea-
 tus propter legis transgressionem cui coniuncta
 3 est ira & maledictio. Tum quod beneficium
 Christi sit tollere robur seu virtutem legis, vt non
 amplius damnare possit eos, qui Christo inserun-
 tur. Hanc virtutem abolendi vim legis, alij rei
 quam Christo tribuere, est ipsum Christum con-
 tumelia afficere. Atq; ita hac breui sententia,
 Paulus monstrat nobis mortis & vitæ fontes.
 Verum cum interserit gratiarum actionem di-
 cens, Gratia Deo, qui dedit nobis victoriam, In-
 uitat nos suo exemplo, vt & fide Christi beneficia
 amplectamur, & Deo perpetuas gratias pro hoc
 ingenti & ineffabili beneficio agamus.

Itaque fratres mei dilecti firmi sitis,
 immobiles, abundantes in opere Do-
 mini semper scientes, quod labor ve-
 ster non sit inutilis in Domino.

Conclusio exhortatoria est, ex doctrina resur-
 rectionis extructa, quæ hoc Enthymemate claudi-
 tur. Vester labor ope & bonitate Dei id effici-
 ente,

em, non est i
 surrectionem
 firmi ne flue
 immobiles
 mino, in ip
 bentes. Est
 nunciantes
 comenda
 firmitatem
 am, que i
 posita. Ob
 ris cogitati
 est vt nos e
 soletur nos

C

Sum

Admo
 Abend
 aduentu,
 minus ad
 hortatur
 phane fa
 laboribus

ente, non est inutilis. Nam cum sequitur post resurrectionem, immortalitatis gloria. Igitur estote firmi ne fluctuetis quouis doctrinae vento. Estote immobiles super solido fundamento Christo Domino, in ipsum sincera fide & perfecta recumbentes. Estote abundantes in opere Domini, renunciantes operibus sathanæ. Hic ergo tria nobis commendat Paulus, doctrinae sinceritatem & firmitatem, fidei constantiam, & vitæ innocentiam, que in pijs exercitijs & bonis operibus est posita. Obseruetur proinde hoc loco vsus salutaris cogitationis de mortuorum resurrectione. qui est vt nos excitet ad acre pietatis studium, & consoletur nos in laboribus & ærumnis huius vitæ.

Caput XVI.

Summa capitis decimi sexti.

Admonitis Corinthijs de pauperum cura habenda & promissione facta de suo ad ipsos aduentu, commendat ipsis Timotheum & cur minus ad ipsos venerit Apollos exponit. Deinde hortatur ad constantiam commendans ipsis Stephanæ familiam atque adeo omnes qui eius in laboribus imitantur exemplum.

Ordo

Ordo & partes capituli decimi sexti.

Quia hoc capite clauditur Epistola, multa familiaria in eo congerit Apostolus, quæ nos in octo partiamur partes. 1. Est exhortatio ad collectam faciendam in usum pauperum. 2. Est promissio sui aduentus. 3. Est commendatio Timothei. 4. Excusatio cur minus ad ipsos venerit Apollos. 5. Exhortatio ad constantiam in doctrina, fide & charitate. 6. Commendatio est familiae Stephanæ ministri verbi laborantis atque omnium adeo laborantium in verbo Domini. 7. Continet salutationes & imprecationem eorum, qui non amant Dominum Iesum Christum. 8. Clausula est fausta imprecationis.

Exegesis XV I. capituli, cum observatione doctrinarum.

Porro de collecta in sanctos quemadmodum constitui Ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite.

Exhortationis ad collectam faciendam in usum

sum pauper
emplo Eccl
quod ut su
tari populi
populi est
eorum an
lus, quod
pauperum
inopia tum
Ierosolym
vaticinium
refert Luc
syna in v
Græce 207
quo vocabulu
suas preculas


In vna sal
strum ap
quod p
nero t

Modum
vt quilibet
in quo ap
pauperes
mum idq
addit thej
innuit: v

sum pauperum propositio est: quam munit exemplo Ecclesiarum Galatia. Locus obseruandus, quod vt sincerorum ministrorum verbi est hortari populum ad liberalitatem erga pauperes, Ita populi est liberalem se exhibere erga sanctos, qui eorum auxilio indigent. ad Gal. 2. Memorat Paulus, quod Apostoli se inuicem admonuerint, vt pauperum curam haberent. premebantur enim inopia tum temporis precipue sancti, qui erant Ierosolymis, orta fame sub claudio Cæsare iuxta vaticinium Agabi Propheta, quemadmodum refert Lucas Acto. II. Collecta λογία est Eleemosyna in vsum pauperum collecta & reposita. Græce λογία à λέγειν, id est, colligendo dicta, quo vocabulo abutuntur sacrificuli, cum illud ad suas preculas transferunt.

In vna sabbatorum vnusquisque vestrum apud se seponat, thesaurizans quod prospere successerit, ne cum venero tunc collectæ fiant.

Modum seponendæ Eleemosynæ exponit. vult vt quilibet certum diem in septimana constituat, in quo apud se seponat, quod irrogaturus est in pauperes, ne cum venerit Apostolus, tum primum idque tardius collectæ fiant. Cum autem addit thesaurizans, quod prospere successerit, duo innuit: Unum, quod optimus & tutissimus thesaurus



saurus sit quicquid in pauperes confertur, Alterum quod quilibet conferat quantum pro facultatum ratione, quæ ex Dei benignitate contigerunt liceat. significat enim vocabulum ἐὸς δῶται, prosperetur, nempe Deo benedicente. significat ergo par esse ut ex ijs quæ nobis contigerunt ex Dei benignitate, aliquid conferamus ijs, in quos Deus nos vult esse liberales: idque in testimonium gratitudinis nostræ erga Deum.

Vbi autem aduenero quos probaueritis per Epistolas eos mittam, ut perferant gratiam vestram in Ierusalem, quod si fuerit operæ precium me quoque proficisci, mecum proficiscentur.

Hæc eo pertinent, ut intelligant Corinthij se non frustra sumtus facturos, modo per fidos nuncios res agatur. huc accedit, quod etiam Apostolus suam operam polliceatur, si aliqui visum fuerit operæ precium. Exemplum Pauli nos imitemur, sanctorum paupertate pressorum curam habentes. Gratia hic per Metonymiam pro eo quod aliquis gratuito confert accipitur. Obseruetur etiam hic locus quod non solum in præsentibus & indigenas, verum etiam in absentes & externos, qui nostra ope indigent deceat nos esse liberales.

Veniam autem ad vos cum Macedoniam transiero. Macedoniam enim
per-

pertransiturus sum. apud vos forte
permanebo, vel hybernabo, vt vos
me deducatis quocumq; proficiscar.
Nolo enim vos in transcurso videre,
sed spero me aliquandiu mansurum
apud vos, si Dominus permiserit.

Promittit se ad Corinthios venturum, signifi-
cans simul quo & ipse erga eos studio sit, & quo-
modo illi vicissim erga se affecti sint. Nam vt
mentio hybernationis & diuturnioris moræ apud
Corinthios testatur quod eorum studeat saluti,
ita quod sibi persuasum habeat, quod sint se dedu-
cturi quocumque voluerit, testatur de mutua eo-
rum erga se charitate. Hoc ergo exemplum sibi
proponant cum ipsi verbi ministri, tum eorum
auditores, vt illi studiose horum salutem qua-
rant, & hi vicissim illos debitis prosequantur offi-
cijs. quod nisi fiat, vanus & irritus susceptus est
labor. Porro quod additur. Si Dominus volue-
rit, duo docet, videlicet quod & futuri euentus in
manu Domini sint positi, & iuxta ipsius prou-
identiam eueniant, & nostrum sit officium omnia
voluntati Dei subicere, quoties de futuris con-
sultamus, praesertim cum negotium vel ad glori-
am Dei vel ad nostram salutem spectet. neq; ta-
men hic libertas voluntatis enervatur vel contin-
gentia tollitur. Nam ipsa diuina prouidentia pro-
missionis verbo & non fato alliganda est.

Commenda

Commorabor autem Ephesi vsque ad Pentecosten, Nam ostium mihi apertum est magnum & efficax, sed aduersarij multi.

Cur non mox ad ipsos veniat exponit, dicens se commoraturum Ephesi ad Pentecosten. Iudaeorum more tempus notat, Nam tum temporis quando hæc scripsit Paulus, nulla erant instituta festa ordinaria præter diem Dominicum, huius commorationis duas causas reddit. Prior est quod dicat sibi magnum ostium, id est, magnam occasionem multos adducendi ad Christum oblatam esse. Quare ipsius studium ad promouendam gloriam Dei in aliorum exemplum commendatur. Posterior quod multi illic fuerint aduersarij, quibus os obstruere oportuit, ne aliquod damnum inferrent ouili Christi: qua re commendatur animi fortitudo Apostoli in aduendis periculis pro propagatione & conseruatione doctrine: quod sane exemplum pios verbi ministros imitari decet. Præterea ex hoc loco discimus, non imitandam esse multitudinem cuius magna pars persequi solet Euangelium, sed potius exemplo Pauli eo confidentius & constantius in propaganda veritate laborare. nunquam enim quod optimum est, vulgo placere solet. improbe ergo faciunt hodie qui propterea ab Euangelio deficiunt, quod habeat multos aduersarios.

Quod

Quod si
ut absq
enim D
dum &
sperna
pace,

Hac T
tur propo
illi vis au
possit esse
rationem
exempli
tur. Una
defensio
Altera, q
tiora dona
testimoniu
operis De
ne quis i
habeat,
que min
Christi fr
& nos de
ministri.
tur & de
stolum si
admoniti
deat inco

Quod si venerit Timotheus, videte
vt absque metu sit apud vos. opus
enim Domini operatur quemadmo-
dum & ego. ne quis igitur ipsum
spernat, sed prosequamini eum, cum
pace, vt veniat ad me.

*Hæc Timothei commendatio tribus absolui-
tur propositionibus. quarum prima est, ne qua
illi vis aut iniuria fiat ab hostibus Euangelij, quo
possit esse apud ipsos sine metu. Hinc propositioni
rationem ab officio Timothei cum amplificatione
exempli subiungit. Doctrina hic duplex colliga-
tur. Una, quod Ecclesia debeat ministris Euangelij
defensionem aduersus hostes sinceræ doctrinæ.
Alterâ, quod ministri verbi, qui habent præstan-
tiora dona debeant etiam inferiores honorare suo
testimonio, & eos consortes eiusdem muneris &
operis Domini agnoscere. Secunda propositio est,
ne quis ipsum Timotheum spernat, seu pro nihilo
habeat, haud dubie propter ætatem iuuenilem,
quæ minus reuerentiæ habere solet, sed potius vt
Christi fidelem ministrum in precio habeant: unde
& nos discamus quo in loco habendi sint pij verbi
ministri. Tertia propositio, vt ipsum prosequan-
tur & deducant pacifice, vt suum iter ad Apo-
stolum sine periculo conficere possit. Hinc Ecclésiæ
admonitio utilis extruitur, vt quantum possit stu-
deat incolumitati & securitati ministrorum ver-
bi. Nam*

Υ

bi. Nam



bi. Nam si illis debemus hæc officia, qui in rebus terrenis nobis suam operam locarunt, multo magis sollicitos nos esse decet pro ministris Euangelij.

Porro de Apollo fratre, multum hortatus sum illum, vt veniret ad vos cum fratribus, & omnino non fuit ei voluntas, vt nunc veniret, veniet autem cum opportunitatem nactus fuerit.

Ne sibi imputarent Corinthij cur Apollos ad ipsos non redeat statim, significat nequaquam per se stetisse, quo minus venerit, imo se multum eum hortatum fuisse testatur, vt Corinthum se conferret, sed ipsum Apollo hoc recusasse: quem tamen promittit venturum vbi opportunitatem nactus fuerit.

Vigilate, stete in fide, viriliter agite, Robusti estote, omnia vestra in charitate fiant.

Exhortatio Exhortatio hæc duo habet membra: Prius de militia Christiani militis. Posterius de mutuis officijs ciuium Christi inter se, seu de regula ad quam omnia officia exigenda sunt. Prioris membri articuli sunt quatuor: Primus, vt Corinthij adeoq; omnes pij excubias in castris Christi agant, ne sathan aduersarius eos incautos opprimat. Nã cum perpetuo nos hostis oppugnat, vigilantia mentis, qua sollicitudines huius mundi abijciuntur, necessaria

officia est. quibus ad ne- dus, vt fide immoti sub victor est ria que vi viros in ha per facile indies mag qui quo fr confirman alacriores nia officia mam exig actionum

Hortor mum St tias esse sterium etiam adiuua

Non sol & Fortunat illis subijcia ventia. imo ti et adiuua Fortunatoq; primatias f

cessaria est. Siquidē curæ huius seculi arma sunt, quibus ad nos opprimendos vti consuevit. Secundus, vt fide stent. Nam donec fidem retinemus, immoti sub vexillo Christi & tuti militamus, qui victor est sathana. Hinc Iohan. Hæc est victoria quæ vicit mundum, Fides vestra. Tertius, vt viros in hac pugna se præstent. Nam qui ocio torpet facile ab aduersario obruitur. Quartus, vt indices magis magisque roboremur more militum, qui quo frequentius se bellicis rebus exercent eo confirmantur magis, & ad pugnam redduntur alacriores. Alterum membrum est, quod velit omnia officia nostra inter homines ad charitatis normam exigi. quod præceptum qui obseruat, omnium actionum in vita regulam habet tutissimam.

Hortor autem vos fratres, nostis domum Stephanæ & Fortunati primitias esse Achaia, atque vt se in ministerium sanctorum ordinauerint, vt etiam subiecti sitis talibus, & cuius adiuuanti & laboranti.

Non solum commendat familiam Stephanæ & Fortunati, Verum etiã monet Corinthios, vt se illis subiciant, scilicet subiectione honoris et reuerentiæ. imo non solū illis verum et cuius laboranti et adiuuanti in Ecclesia. Cur aut velit Stephanæ Fortunatoque honorem deferri explicat, cum ait eos primitias fuisse Achaia, id est, primos, qui ex Achaia

Achaia ad Christum conuersi sunt, & quod se ordinarunt in ministerium sanctorum, hoc est, quod sese in ministerium sanctis addixerunt. loquitur autem de ea functione, quae pauperum subsidijs & gubernationi Ecclesiasticae dicata erat. Hic locus primus obseruandus est de honore & reuerentia, quam Ecclesia debet ijs, qui maioribus donis ornati sunt, & Ecclesiam ijsdem donis ornant et iuuant, Huc illud ad Timotheum pertinet, Qui bene praesunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Honoris autem appellatione omne officium ac subsidium Hebraeorum more significatur.

Gaudeo vero de aduentu Stephanæ & Fortunati & Achaici, quia quod deerat à vobis, ipsi subleuerunt.

Hoc est, quod mihi deerat, nempe, vt vos conspicerem & rerum vestrarum statum intelligerem, ipsi suppleuerunt, dum rerum vestrarum statum mihi exposuerunt. Nam hoc ad aliquam pecuniariam rationem referri nequaquam potest, praesertim cum supra testatus sit se gratuito illis praedicasse, nec vnquam passurum esse, vt haec gloria sibi extorqueatur.

Refocillarunt enim spiritum meum & vestrum.

Ratio cur gauisus sit Apostolus de aduentu eorum,

corum, nini
est, animarum
rum Corin
geli non t
sua labor

Agn

Conclu
lepsi po
praestant
nore, reu

Salu
uos

Pril
foru
fract

Epist
tos & b
modi.
tium er
liata pr
iam vice
lutatio :

Salu

Oscu
vstitur
erga sup

eorum, nimirum quod refocillarunt spiritum, id est, animam ipsius exponendo, scilicet statum rerum Corinthiacarum. Est enim ministris Euangelij non paruum gaudium, quod videant Deum suos labores fortunare.

Agnoscite itaque huiusmodi.

Conclusio est agnitionis vocabulum per Metalepsin ponitur pro eo, quod in bonis comitari solet, præstantium hominum noticiam, hoc est, pro honore, reuerentia atque adeo omni pio officio.

Salutant vos ecclesiæ Asiæ, salutant uos in Domino multum Aquila & Priscilla, cum ea quæ in domo est ipsorum ecclesia, salutant vos omnes fratres.

Epistolaris terminus est usitatus, salutare notos & bene meritos, id quod multum habet commodi. Nam præterquam quod affectum salutantium erga absentes amicos declarat, unde conciliata prius amicitia fouetur magis ac crescit, Etiam vice precationis & pij voti habetur pia salutatio: quam Deus non sinit irritam fore.

Salutate alij alios osculo sancto.

Osculum Hebræis & multis alijs nationibus usitatum, reuerentiæ & obedientiæ inferiorum erga superiores, concordiæ & mutui amoris erga pares

pares symbolum fuit. Unde in Psal. 2. Osculami-
mini filium, hoc est, ipsum agnoscite, amanter com-
plectimini, eiq; obedite, Epitheton sanctum addit,
vt distinguat inter pium sanctorum amorem, &
impium eorum qui perdit & nequiter amant.

Salutatio manu mea Pauli.

Hoc additum est, vt sit testimonium quod hæc
Epistola habeat Paulum autorem, scripsit enim
Epistolam ipsam per Amanuensem, sed ipse sua
manu salutationem apposuit.

Si quis non amat Dominum Iesum
Christum, sit anathema Maranatha.

Imprecatur anathema hostibus Christi, non
quidem extraneis sed domesticis, qui pietatis præ-
textu pietatis pestes sunt, hisce denunciat anathe-
ma & imprecatur exitium. Vox anathematis et
eius vsus obseruetur. Anathemata inter alia di-
cebantur cause damnatorum hominum suspense
aut affixæ columnis, vt ab omnibus legerentur.
vnde pro ipsis reis & damnatis propter enormia
scelera ponuntur. Eius autem vsus in scripturis
est, quod qui eo damnatus esset, Domini iudicio
quasi in manus hostium citra vllam veniæ spem
traderetur, hoc est, extreme execrandus & à
Deo separandus. Porro, de eo quod additur
Maranatha, non conueniunt inter sese interpre-
tes. Quidam enim putant duas esse dictiones Sy-
riacas,

riacas, ne
venit. qui
daicum, n
tatio pari
nus, Cap
doctissim
eamq; H
tegre enim
quod Gre
potuit, on
te error
matha. t
à Cheren
fnalem
br eos co
tha. Pr
Mem, fit
catur ext
Grat
fit vo
nibus
Ut inc
ita etiam
eos affectu
lutis

viacas, nempe Maran, id est, Dominus, & atha venit. quidam tres, Maran, Dominus, Na Chaldaicum, noster, & Atha venit. Sed hæc interpretatio parum cum præsentis loco conuenit. Reuchlinus, Capito, Bulingerus, Caluinus, & alij multũ doctissimi viri vnã dictionem esse contendunt, eamq; Hebraicã, sed nonnihil corruptã. integre enim dicendum esset Macharamatha, Chet quod Græcus in medio dictionis exprimere non potuit, omisit, & Mem mutauit in Nun, nisi forte error sit commissus à librarijs, vnde Maramatha. Est autem hæc vocis compositio, Primum à Cherem fit Charama, & per reduplicationem finalem (quæ vehementiæ causa fieri apud Hebræos consuevit) Charamatha vt à Iesu Iesumatha. Præterea præposita Heemantica litera Mem, fit Macharamatha: quo vocabulo significatur extrema excisio & execratio.

Gratia Domini nostri Iesu Christi
sit vobiscum, dilectio mea cum omnibus vobis in Christo Iesu, Amen.

Ut incæpit Epistolam à fausta imprecatione, ita etiam claudit. quare vt ostendit suum erga eos affectum, ita eis in memoriam reuocat salutis suæ proram & puppim in vnus Christi merito positam esse.

F I N I S.


[Faint, illegible handwritten text in a medieval script, likely Gothic or similar, covering the majority of the page.]

IN
OR
P

N

Decl

Commentarius
IN POSTERI
OREM EPISTOLAM
PAVLI APOSTOLI AD
CORINTHIOS
scriptus
A
Nicolao Hemmingio.



Psalmo 119.

Declaratio sermonum tuorum illuminat, & in-
tellectum dat paruulis.

INPOZTERE
OEMIA

Nicolaus Henningus



Argu
ren



ria, eos i
hac:

P
autoritas
fuerit. Ser
mum f
& tra
sit stat
res. Si
sint, ne
ordo?
verum

De
dine, di

Argumentum in posterio- rem Epistolam Pauli ad Corinthios.



QUATUOR SVNT, QUAE si dextre in initio enarra-
tionis alicuius sacri scripti
explicata fuerint, viam
sternent auditoribus, ad
totum scriptum facilius in-
telligendum, ac veluti fa-
cem quandam prætenden-
tia, eos in scripti adytum introducent. Sunt autem
hæc :

PRIMUM, quis sit scripti autor? unde
autoritas scripti dependet. *SECUNDUM*, quæ
fuerit scribendi occasio? Cuius observatio pluri-
mum facit ad intelligendam scriptoris mentem
& tractationis æconomiam. *TERTIUM*, quis
sit status seu quæstio principalis? una ne an plu-
res. Si plures, genere ne conueniant, an discretæ
sint, nec ne? *QUARTUM*, quis sit tractationis
ordo? qui si non monstretur, non solum docentis,
verum etiam discipulorum labor frustra suscipitur.

De his ergo quatuor, eo quo proposita sunt or-
dine, dicemus.

De Primo.

T Ametsi copiose de Paulo Apostolo, qui autor est huius Epistolæ, in enarratione Epistolæ ad Romanos diximus: Tamen quia prodest idem sæpius inculcare, & multi accesserunt novitij, volo breuiter huc quædam ascribere, quæ auditores in conspectu habere vtile erit, quoties Paulum in manus sumunt. Quis itaq; quantusque fuerit hic Apostolus Dei, & gentium doctor, testatur vox eius, de quo dictum est: Hic est filius meus dilectus, &c. Hic enim æternus Dei filius, Paulum organum electum ad portandum nomen suum coram gentibus & regibus filijsq; Israël vocat. Act. 9. testatur conuersio violenta. Act. 9. ad Gal. 1. & 2. testatur doctrina ex Mosis, prophetarum & Christi concionibus extructa. Testatur ardor & zelus in docendo, adeo quod plus laborauerit vnus Paulus, quam reliqui fere omnes Apostoli, sicuti ipse in huius Epistolæ cap. II. fatetur. Testantur pericula plurima, quæ adire non dubitauit, pro asserenda veritate & gloria Dei. Testatur deniq; sanguis, quo tandem doctrinam suam imperante Nerone confirmauit. His omnibus accedit Petri apostoli testimonium, cum totius Ecclesiæ Christi suffragio: vt interim præcream potentiam spiritus, prodigia, miracula diuina, quibus Christus testatus est, se per Paulum

Paulum locutum fuisse. Unde ipse Paulus Rom. 15. Non audebo loqui quicquam eorum, quæ non operatus est Christus per me in obedientiam gentium, sermone & opere in potentia signorum & prodigiorum, in potentia spiritus Christi. Et in 12. huius Epistolæ: Signa apostoli peracta sunt in vobis, in tollerantia, in signis, & prodigijs & virtutibus. Hæc omnia eo dicuntur, ut constet christianis lectoribus, quanta sit huius viri auctoritas: quam certa sit eius doctrina: quantaq; reverentia docentes & discentes in hanc apothecam thesaurorum cælestium ingredi oporteat. Non enim secus accipienda sunt, quæ hic promittit spiritus Christi per hoc electum organum, & gentium, id est, nostrum Apostolum, atq; vox cælestis quam pater de cælo sonuit. Quapropter omnia quæ in hac Epistola, atq; in alijs Pauli scriptis continentur, eius auctoritatis esse sciamus, ut quemadmodum in dogmatibus extruendis & confirmandis: ita in erroribus confutandis non minus ponderis habeant, quam ipsissima vox filij Dei, cuius apostolum & legatum agit Paulus. Apostolica igitur appellatio admoneat nos, P R I M V M, quod Paulus loquatur nobiscum vice Christi. D E I N D E, quod afferat doctrinam cælestem. T V M, quod nihil erroris sit ipsius doctrinæ admixtum. P R Æ T E R E A, quod tanquam voci Dei sit illi credendum. P O S T R E M O, quod quicumq; afferat doctrinam pugnantem cum do-

Strina Apostoli, etiamsi fuerit angelus de cælo, debeat a nobis tanquam pestis salutis nostræ haberi, & ut ipse Paulus loquitur, Anathema censeretur, ut arroganter gloriatur de Apostolica successione. Porro de persona Pauli hoc quoque sciendum est, quod fuerit natura vehementior: quam vehementiam auxit heroicus zelus propagandi Euangelium, & refrenandi Pseudoapostolos. Quod ideo admonendum duxi, quia inde facilius disputationum aculei, occupationes crebriores, ac redargutiones argutæ intelligi posse videntur. Singulari enim prudentia, & sancto impetu, omnia quæ dicit examinat, & quicquid vel ab aduersarijs vel amicis contradici potest, occupationibus anteuertit: ut & illis detrahat calumniandi ansam, & hos ab errore liberet.

De Secundo.

Occasio scriptiois huius Epistolæ, ex serie disputationis colligenda est. Scripsit Corinthijs superiorem Epistolam, qua alij, ut Pseudoapostoli grauius offensi sunt: Alij, nempe infirmi, sed Pauli fautores, non exiguum perceperunt fructum. Pseudoapostoli, ut Paulum despicabilem apud Corinthios facerent, obijciebant Paulo crucem, mendacia, affectatam tyrannidem in Ecclesiam, imposturam, deprauationem verbi Dei, &c. Pij contra optabant, ut Paulo suus constaret

staret honos, & salua maneret autoritas. Ut ergo & illorum vanitatem confutet Apostolus, & horum consulat infirmitati, hanc scribit secundam Epistolam.


De Tertio.

VNus status, seu vna questio huius Epistolæ statui nequit, cum res, de quibus in ea agitur, natura & genere discretæ sint: Nunc enim respondet obiectionibus & calumnijs aduersariorum, qui ipsi crucem, mendacia, affectatam tyrannidem in Ecclesia, & alia, qualia modo recensui, obiecerunt, Nunc hortatur ad piam vitam, Nunc ad eleemosynam præstandam inuitat, Nunc vendicat sibi autoritatem Apostolatus, & ostendit quam non sit vanus, & quo pertineat potestas Ecclesiastica, quæ data est ad edificationem, non ad destructionem. Ex his iam patet, quod hæc Epistola non sit vnus generis: tametsi maxima ex parte Apologetica est generis iudicialis. Unde quidam eam totam Apologeticam esse volunt. Sed res ipsa ostendit, quod sit partim apologetica, partim consolatoria, partim exhortatoria, partim epidictica. Id quod plinius suis ostendemus locis.

De Quarto.

ORdinē epistolare q constat epigrapha, salutatioe, tractatioe et clausula imprecatiois, hic a 4 explicare

Handwritten notes in a cursive script, likely a commentary or marginalia, partially obscured by the binding and ruler.



explicare, cum omnibus notus sit, non est necessarium. Quare tractationis solummodo ordinem, sicuti supra promissum est, indicabo. Exordium sumit a gratiarum actione, quod Deus se in cruce tueatur, & testimonium suæ conscientie corrupto pseudoapostolorum opponit iudicio: causas mox explicans, cur non venerit ad eos, quemadmodum promiserat in priori epistola, qua re vanitatem pseudoapostolorum redarguit. Deinde affectatam tyrannidem & imposturam a se amouet, docens quo consilio in cæstum tradendum sathanae iudicauerit, & ostendens bona se fide verbum Dei docuisse: id quod etiam Corinthiorum exemplo confirmat. Hinc dilabatur in commendationem ministerij verbi, & confert legem & Euangelium, in causis efficientibus & effectibus. Unde redit ad ostendendum, quanta fide in ministerio verbi Dei sit versatus. ostendens, quantum sit discriminis inter ipsum dominum, quem prædicant Apostoli, & ipsos Apostolos. Vnde dilabatur rursus, vt maius discrimen pateat, in crucis mentionem, vt ostendat vnde vera consolatio sit haurienda. Id quod cum explicat, de beneficijs Christi, & nostri per Christum reconciliatione, præclare disputat. Huc iam tempestiue subiicit exhortationem ad vitam Christo dignam, simul tollens impietatis fomites, nempe impiorum commertia, quibus rebus templum Dei prophanatur. Unde subiungit consilium suum, cur in cæstum

puniri

puniri voluerit. Id enim salutis eorum interfuisse indicat. Quare laudat illorum factum & pœnitentiam. Hac occasione, quæ sint propria christiane pœnitentiæ enumerat. His absolutis, exhortationem ad beneficentiam in fratres egenos exercendam instituit, quam copiose tractat & confirmat. Deinde, vt infirmos muniat contra eos, qui suam auctoritatem extenuarunt, instituit longam *Græc. & Lat. in genere demonstratio*, ostendens quis sit, qualis haberi debeat, Id quod plurimis argumentis, vt sua contra Apostolos apud infirmos illibata constet auctoritas. Postremo clausurus Epistolam, multa ex dictis breuiter repetit, monens potestatem sibi atq; adeo Ecclesiæ datam esse ad adificationem, non ad destructionem. His exhortationem cum clausula imprecationis subiungit, atq; ita finit Epistolam. Porro exegeticum ordinem in singulis capitibus, vt hæcenus feci, hunc seruabo. Primum, caput enarrandum in breuem summam contraham. Deinde, eiusdem partes & ordinem indicabo. Tertio, textum explicabo, & simul, quod quartum est, memorabiles doctrinas cum accommodatione ad vsum nostrum notabo.

Summa Primi capitis.

GRATIAS Deo actis, qui suis in cruce adest,
 quanta sit passus, Deo se clementer defendente,
 a 5

dente, exponit, suamque sinceritatem in officio, contra eos qui ipsum mendacij arguebant, quod non iuxta promissum venerat Corinthum, probat.

Ordo.

Huius capituli partes sunt, Epigrapha, Salutatio, Exordium gratulatorium, Expositio suæ crucis, & defensio aduersus eos, qui ipsum leuitatis, propterea quod non venerat iuxta promissum ad ipsos, insinularunt.

Exegesis Capituli primi cum obseruatione doctrinarum.

Paulus Apostolus IESU CHRISTI per voluntatem Dei, & Timotheus frater, Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum sanctis omnibus, qui sunt in tota Achaia.

- 1 Hæc epigrapha est, in qua obseruanda sunt personæ & personarum descriptiones. Personæ sunt Paulus & Corinthij: His enim ille scribit. Personæ scribentis descriptio breuis est, si verba spectes: sed angusta & copiosa satis, si quod in verbis latet eruas. Nam cum Apostolus vocatur, quæ sit eius autoritas, quæ scripti æstimatio, quæ reuerentia accipienda sint quæ dicuntur, insinuat,

car de qua re
sine quibus
unde docemur
pertinere Et
inter quos
postoli, pau
Dei sic cer
lium, &
etiamsi in
hypocritas
nostras r
tatem te
lat man
ne Christi
inchoata,
Gratia
stro & I
Hæc sal
tatum in
Euangel
& offer
ficimur
pacem,
Dei, quo
catur e
fidem C
ineffica
omnia j
concilia

atur, de qua re supra quedam annotauimus. Personæ quibus scribitur Corinthij ex gentib. fuerunt, vnde docemur ad gentes quoq; atq; adeo ad nos pertinere Euangelium. Hos vocat Ecclesiam Dei, inter quos fuerunt multi infirmi, multi pseudoapostoli, pauci perfecti. Unde colligimus, qd Ecclesia Dei sit cœtus hominum amplectentium Euangelium, & profitentium Christianam religionem, etiamsi inter illos sint & multi infirmi, et multi hypocrite. Quare consolemur nos, cum intuemur nostras maculas, & admoneamur, vt ad sanctitatem tendamus. Cur autem ipsos sanctos appellat manifestum est, nempe quod purgati sanguine Christi, destinentur sanctitati, quæ iam in ipsis inchoata, perficietur in futura vita.

Gratia vobis & pax a Deo patre nostro & Domino IESU Christo.

Hæc salutatio, & pium votum Apostolo visitatum in omnib. fere Epistolis, continet præcipua Euangelij beneficia, monstrat fontem omnis boni, & ostendit, quo medio beneficiorum Euangelij efficiamur participes. Cum enim optat gratiam & pacem, Gratiæ quidem nomine significatur fauor Dei, quo teguntur nostræ maculæ, remittitur peccatum & Deo reconciliamur: & tacite requirit fidem Corinthiorum, sine qua imprecatio gratiæ inefficax existit. Pacis vero nomine significantur omnia fausta, spiritualia & corporalia, quæ reconciliatis promittuntur.

Benedictus

3 Benedictus Deus & Pater Domini nostri IESU CHRISTI, pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis : qui consolatur nos in omni afflictione nostra. In hoc, vt nos possimus consolari eos, qui sunt in quauis afflictione per consolationem, qua nosipfos consolatur Deus.

Gratiarum actio est, qua tribuit Deo omnem laudem & gloriam. Nam homines benedicere Deo dicuntur, cum ei omnia bona accepta ferentes, ac ipsi laudem omnem et gloriam tribuentes, celebrant ipsum agnitione, voce, confessione & moribus. Huic gratiarum actioni duplicem rationem subiungit, vnā ab affectu Dei, alteram ab effectu. Affectus quidem exprimitur, cum ait: Pater misericordiarum, hoc est, summe misericors, idq; propter Christum, in quo nos caros habet. Quare vt huius affectus Dei erga nos fontem monstraret Apostolus, preposuit hæc verba: Pater domini nostri Iesu Christi, per quem & nobis pater factus est, & storgam paternam erga nos habet. Effectus vero indicatur cum addit: Et Deus omnis consolationis, scilicet autor. Quicquid enim solidæ consolationis homines capiunt, id a Deo autore proficiscitur. Hoc ampliat a tempore, fine, & modo. A tempore cum ait: Qui consolatur nos in omni afflictione. Unde ipse in Psalmo

Affectus

A. 7.

1

Psalmo 90. C
 niam eum,
 vt nos possim
 afflictione:
 collata, in
 modo, cu
 nosipfos co
 Deus scrij
 proponit
 amplect
 robore,
 terdum
 ideq; su
 rentium
 bore, quo
 est. Danie
 fenti quoc
 ergo magis
 sunt: Pre
 est, &
 quibus e
 Dominu
 eum, pro
 um. In
 promissie
 seu sper
 in tempe
 duplex:
 nunc scrij

Psalmo 90. Cum ipso sum in tribulatione, & e-
 ripiam eum, & glorificabo eum. *A fine.* In hoc
 vt nos possimus consolari eos, qui sunt in quavis
 afflictione: obseruanda doctrina est, vt dona nobis
 collata, in aliorum commodum conferamus. *A*
 modo, cum subiungit: Per consolationem, qua
 nos ipsos consolatur Deus. ~~Consolatur autem nos~~
 Deus scriptura, dum per scripturam qua nobis
 proponitur, promissionem liberationis offert, fide
 amplectendam. Deinde consolatur nos spirituali
 robore, quod donat cruce pressis, & presentii in-
 terdum liberatione. Hunc modum sibi soli reseruat,
 ideoq; solus in necessitate inuocandus est. *Lau-*
 rentium in craticula scriptura & spirituali ro-
 bore, quo fortiter crucem contempsit, consolatus
 est. *Danielem coniectum in lacum leonum, prae-*
 senti quoq; liberatione est consolatus. *In omni*
 ergo angustia nostra, haec tria nobis cogitanda
 sunt: Promissio auxilij, Quibus promissio facta
 est, & modus consolationis. Promissionem &
 quibus ea facta est, continet Psalmus 90. in quo
 Dominus ita ait: Quoniam in me sperat, eruam
 eum, protegam eum, quoniam agnoscit nomen me-
 um. Inuocabit me & exaudiam eum. Hic fit
 promissio agnoscentibus nomen Dei, credentibus
 seu sperantibus in eum, & inuocantibus ipsum
 in tempore afflictionis. Modus consolationis est
 duplex: Nunc enim aperto auxilio consolatur,
 nunc scriptura & virtute spiritus assistit nobis,

ne

ne malis victi deficiamus. Hoc proinde exordi-
um eo pertinet totum, vt Apostolus & pseudoa-
postolos coarguat, qui ipsi crucē vt probrosam, ob-
iecerunt: & pios cōfirmet, ne vel ipsi in cruce defi-
ciāt, vel sua cruce cum pseudoapostolis offendant.

Quia sicuti abundāt passiones Chri-
sti, sic per Christum abundat etiam
consolatio nostra.

Ratio petita a collatione ærumnarum (quas
Christi nomine perfert Apostolus) & cōsolatione.
Nā quo maior fuerit afflictio, eo maior consolatio
requiritur. Quare & Deus se magis presentē o-
stendit, & Christi virtutē in cruce pressis exerit.
Passiones Christi actiue & passiuē intelligi pos-
sunt. Nam siue ærumnas quas propter Christum
perpetimur, siue eas quas Christus in nobis, tanq̄
suis membris perpetitur, intelligas, idē est sensus.

† Siue autē affligimur pro vestra con-
solatione, & salute [quæ efficitur in
tolerantia earundem passionū, quas
& nos patimur] siue consolationem
accipimus pro vestra cōsolatione &
salute [& spes nostra firma est de vo-
bis] scientes quod sicut focij estis pas-
sionum, ita etiam consolationis.

Quia pseudoapostoli obiecerant Paulo crucē in
contemtū, Apostolus contra, crucem suam glorio-
sam prædicat: et quæ pueniat utilitas a sua cruce
ad ipsos Corinthios exponit, vt et pseudoapostolorū
calumniā refutet, & infirmos ab errore monstra-

to apud Ecclesiam fructu reuocet. Sunt autem huius pericopae tria membra: 1. de cruce. 2. de consolatione. 3. de societate in cruce & consolatione. De primo ait: Siue affligimur, pro vestra consolatione et salute, scilicet affligimur. hoc est, eo tendit crux nostra, ut vos nostro exemplo animati, consolationem accipiatis, atq; ita ad metam vobis propositam, nempe salutem tendatis, quae salus efficitur, dum patienter easdem ærumnas quas nos ferimus sustinetis. Non quod afflictiones nostrae sint expiatoriae pro peccatis nostris: est enim vnicum expiatorium sacrificium, nempe Christi victima. Sed quia nos confirmando edificant, cum cruce pressi diuinitus consolationem percipimus. De II. Siue consolationem accipimus, pro vestra consolatione & salute .s. consolationem accipimus, nimirum ut vos nostro exemplo in cruce erigatis, & consolationem acceptam salutem consequamini. Atq; hoc sibi certo persuasum esse pronunciat Apostolus, ut re vera statuant Corinthij, sine crucis piorum non interitum, sed salutem esse. Proinde et afflictiones et consolationes ministrorum Euangelij seruiunt auditoribus in salutem, quae etiamsi gratuito nobis contingit, certo tamen itinere ad eam contendere nos oportet, nimirum per poenitentiam, crucem, inuocationem, innocentem & puram vitam. Atq; hoc est quod Apostolus ait ad Philip. 2. Cum timore & tremore vestram salutem operamini. Quamuis enim gratis in vno Christo per fidem apprehenso saluemur, tamen per viam iusticiae ad salutem

Tria membra
sunt



salutem contendere nos oportet, cum filij Dei eius spiritu ducantur, per quem sunt iustificati, vt in bonis operibus ambulent, & in studio iusticie ad
 3 metam properent. De tertio: scientes, quod sicuti socij estis afflictionum, ita etiam consolationis, scilicet socij eritis. Vult enim Deus nos conformes imaginis filij sui fieri, cum in cruce, tum in consolatione & gloriosa liberatione, id quod in ipsis sanctis Patriarchis, Apostolis Domini, atq; adeo in omnibus pijs videre est. Quare pijs sub cruce constitutus, debet ad decretum Dei, ad exempla filij Dei & sanctorum respicere, & certo statuere, quod non tantum sit crucis cum Christo & Apostolis particeps, verumetiam quod sit futurus consolationis & gloriose liberationis socijs, iuxta illud apostoli, Rom. 8. Una cum eo patimur, vt vna cum ipso glorificemur. Verum ne quis arumnas huius vite per se salutare esse putet, & meritorias vite eterne, sicut falso monachi putarunt: tenendum est, quid sit cum Christo pati. Non enim supplicium, sed causa, vt dici solet, martyrem facit. Vt igitur teneatur, quid sit cum Christo pati, cause cur Christus sit passus, respicienda sunt, que sunt in vniuersum duæ: vna vt patri obediret: altera vt vinceret & damnaret peccatum nostrum. Quare & nos cum Christo pati dicimur, cum sub cruce Deo obedientiam fide prestamus, & vincimus & damnamus peccatum nostrum, non expiando, quod est solius Christi sacerdotis, sed

*De causa
 in se
 huius*

*sed mortificando, ne ei obediamus in concupiscen-
tijs suis.*

Non enim volumus vos ignorare fratres, de afflictione nostra, quæ contigit nobis in Asia, quod excellenter grauati fuimus supra vires, adeo vt desperaremus etiam de vita, sed & ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus, ne confidamus in nobisipsis, sed in Deo, qui exuscitat mortuos, qui ex tanta morte liberauit nos et liberat, in quem speramus, quod etiam adhuc liberabit.

Quia ex gratiarum actione facile intelligi poterat, de singulari aliquo periculo ereptum fuisse Apostolum. Nunc commemorat eius periculi magnitudinem, finem duplicem, liberationem, & ex liberatione conceptam fiduciam. Hac enim quatuor habet præsens Pericopa. Periculi magnitudinem tribus propositionibus exaggerat, adhibitis figuris, quæ periculorum veluti magnitudinem depingunt, Prima, quod fuerit excellenter grauatus supra vires: Metaphora sumpta ab ijs, qui sub oneris grauitate deficerent, nisi mox adesset aliquis, qui onere depressos subleuaret: significat ergo hac pictura omnino de se actum fuisse, nisi Dominus præsens auxilium tulisset. Secunda, quod desperaret de vita, aut quod animi

b penderet

penderet anxius, perplexus & inops consilij,
 quomodo periculum vite euaderet. Dicitur e-
 nim *ἄσπετος*, quo verbo hic vtitur Paulus,
 qui non nouit quomodo se ex aliqua difficultate
 3 expediet. Tertia, quod ipse responsum mor-
 tis in se habuerit, hoc est, quod apud se decretum
 & constitutum fuerit, quod nullo pacto mortem
 euadere posset, adeo presentia pericula presentem
 mortem Apostolo denunciarunt. Est au-
 tem *ἄσπετος* sententia de reo a Iudice pronun-
 ciata, vnde ad suum de se iudicium vocabulum
 transfert. Ex hac periculi descriptione apparet,
 quod Apostolus loquatur de eo periculo, in quo
 fuit Ephesi, concitante turbam Demetrio fabro
 argentario, de quo Lucas in Actis capite decimo
 nono. Obseruetur hoc loco humanarum virium
 imbecillitas, adeo quod mortis horrore tantus
 Apostolus fere succubuerit. Nullae enim humanae
 vires tanta sunt, vt sibi relictae mortis aspectum
 non reformident, sibi inquam relictae, quia cum
 suas vires Sancti metiuntur diuino presidio,
 fortes & inuicti sunt, pericula omnia atq; adeo
 mortem ipsam facile contemnent. Finis huius
 periculi duplex hic proponitur: Unus, vt fidu-
 ciam carnis deponat homo: Alter, vt in solum
 Christum fiduciam habeat. Hinc duo colligenda
 1 sunt, Primum, quod in Sanctis reliquiae peccati
 sunt adhuc reliquiae, quas cruce mortificari neces-
 2 se est. Secundum, quod ad veram humilitatem
 perue-

Eto: 19
 v. 19

pruenire non
 memem nost
 Hanc despa
 roties liber
 tationes in
 Liberatio
 morte, id
 ruit &
 fructus es
 one refug
 ex qua D
 de Psalm
 eripiam
 concepta f
 auxilio f
 tur his vere
 iam adhuc lib
 eius Dei de pe
 argumentu
 consolation
 quod qui
 diem Iesu
 tie Dei et
 beneficia.
 bit affectu
 iram pro
 coram eo
 Simul
 precal


peruenire non possumus, nisi prius ad desperationem nostrarum virium perducti fuerimus. Hanc desperationem morti comparat, a qua nos toties liberat Dominus, quoties in graues tentationes incidimus, a quibus rursus eluctamur. Liberatio describitur cum ait: Qui ex tanta morte, id est, ex tanto mortis periculo nos liberauit & liberat: Hic ergo fiducia in Deum fructus est. ~~Non est enim tutius in tribulatione refugium, quam in Deum firma fiducia: ex qua Deum inuocat, mole crucis pressus. Unde Psalmus 49. Inuoca me in die tribulationis, eripiam te, & glorificabis me. Ex liberatione concepta fiducia, vt in posterum quoq; diuino auxilio fretus, pericula sit euasurus, describitur his verbis: In quem speramus, quod etiam adhuc liberabit. A praestitis enim beneficijs Dei de perpetua eius erga nos beneuolentia, argumentum petendum est. Unde Paulus saepe consolationes petit, vt ad Phil. 1. Persuasus sum, quod qui coepit in vobis opus bonum, perficiet in diem Iesu Christi. Tot enim pignora beneuolentiae Dei erga nos habemus, quot eius sentimus beneficia. Neq; ipse, cum immutabilis sit, mutabit affectum, nisi nos nostra culpa iustam iudicis iram prouocauerimus. Solicite ergo ambulemus coram eo in vero timore.~~

Simul adiuuantibus & vobis per deprecationem pro nobis, vt donum

q 2

ex

*ergo
refugium
in Deum
firmam
fiduciam*



ex multis personis erga nos collatum, gratiarum actione per multos celebretur pro nobis.

Quod e periculo mortis, in quo fuit, sit liberatus, tribuit ex parte precibus Corinthiorum, qui pro ipso deprecati sunt Deum, & simul finem liberationis suae tertium, nimirum vt publice per multos celebretur Deus, qui ipsum eripuit e periculo, propter multorum preces. Hic huius loci sensus est simplicissimus, tametsi oratio Pauli non nihil obscura est: Donum ex multis personis collatum, hoc est, liberatio, quae mihi contigit per multorum preces. Gratiarum actione per multos celebretur pro nobis, id est, vt nostra causa etiam multi gratias agant Deo pro beneficio mihi collato: Hic primum obseruetur, quanta sit vis pie deprecationis, adeo vt merito dixerit Salomon: Turris fortissima nomen Domini. Admonemur igitur nos, vt cum in proprijs, tum in communibus periculis confugiamus ad preces Ecclesiae: Habet enim Ecclesia promissionem, quod Deus velit eam exaudire in salutem. Deinde obseruetur hic manifesta refutatio erroris, eorum, qui omnia fato tribuunt, & mortis momenta fato alligant, quorum sententia si vera esset, Paulus non recte tribueret precibus Corinthiorum, quod ex presenti mortis periculo sit ereptus. De futuris ergo cogitantes euentibus, respiciamus ad comminationes

es & promi
quidem, si c
vero, cum i
& inuoca
sti: Quic
dabit rob
esse, Deo
rum & c
nibus be
experim
gratias

Nam
moni
in sin
conuer
simum a

Ratione
deli & se
dit, cur
ant pro
riculo e
lo, &
na, in E
mum a
moratu
nibus e
bet. Qu
thesis do

nes & promissiones diuinas. Ad comminationes quidem, si quid mali egerimus: Ad promissiones vero, cum Deo obedientiam ex fide præstiterimus, & inuocauerimus ipsum iuxta mandatum Christi: Quicquid petieritis a Patre in nomine meo, dabit vobis. Tertio obseruetur, nostrum officium esse, Deo gratias agere, pro defensione ministrorum & conseruatione Ecclesiæ, atq; adeo pro omnibus beneficijs, quoties ipsius præsentem opem experimur, hoc est, semper. Unde Paulus: semper gratias agentes Deo.

Nam gloriatio nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate & sinceritate Dei, conuerfati sumus in mundo, potissimum autem apud vos.

Rationem sumtam ab Apostolici numeris fidei & sedula administratione, iustissimam reddit, cur Corinthij merito Deo gratias agere debeant pro sua salute, videlicet quod sit e mortis periculo ereptus. Nimirum quod simpliciter sine dolo, & sincere sine admixtione peregrinæ doctrinæ, in Euangelij negotio sit versatus, idq; potissimum apud Corinthios, apud quos diutius commoratus fuit. Merito enim chara salus eius omnibus esse debet, qui salutis omnium curam habet. Quod hic sit sensus verborum Pauli, antithesis docet. Nam cum sapientiæ carnali opponit

b 3 gratiam

gratiam Dei, manifestum est, quod gratia Dei per metonymiã accipiatur pro sapientia Dei, hoc est, pro Euangelio, sicuti I. Cor. I. Paulus sapientiã Dei interpretatur, quam carnis seu mundi sapientiã opponit. Sed metonymia ideo vsus est Apostolus, vt causam monstraret suã functionis, & autorẽ Euangelij, quẽ tacite opponit arrogantia illorum, qui apud Corinthios de carnali sapientia gloriabantur. Verũ vt hæc ratio recipiatur a Corinthijs, ad suã conscientia testimoniuũ prouocat. Quod perinde est, ac si Deum ipsum testẽ vocasset. Neq; id simpliciter facit, sed dicit se in hoc suã conscientia testimonio gloriari. Cuius quidẽ gloriationis fundamentum est, solida in Deũ fiducia, qua Deo auctori omne bonum fert acceptum. Hoc ergo fundamento posito, licet in omnibus donis Dei sancte gloriari. Non igitur pugnat hic locus, cum eo, qui est I. Cor. I. Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Differt enim hæc gloriatio ab illa, fundamento, & fine seu termino, Gloriatio enim prohibita fundamentum habet meritum proprium, finem seu terminum iusticia propria opinionem. Verum gloriatio sancta & licita, fundamentum habet fiducia in Deũ, & in ea fiducia bonam causam, quã donum Dei agnoscit. Terminũ vero leticia in Deo, & Dei celebrationẽ. Hoc Pauli exemplũ nos moneat, vt ita coram Deo et hominib. versetur, vt nobis sit incolumis et illesa conscientia, qua nulla senectutis nutritrix dulcior est, secundũ Pindarũ.

Non

Non en
qua leg
ro aut
quocq
Compr
tatis. Ca
quam qu
ficat se ca
re. Nam
merito su
tur: It
eadem e
illorum
scitis, su
Hic vno
in loquend
tionis perpl
Sicuti
quide
adm
min
Ab an
plicitate
totã dõ
turum, r
agnouer
firmat e
Quãadm
os Christe

Non enim alia scribimus vobis, quā
quæ legitis aut etiam agnoscitis: spe
ro autem, quod vsq; ad extremum
quoq; agnoscetis.

Comprobatio est suæ simplicitatis & sinceritatis. Cum .n. Paulus dicit, se non aliud scribere, quam quod legunt & agnoscunt Corinthij, significat se candide, sincere, & absq; omni fucō scribere. Nam, vt qui tecta & fucata oratione vtitur, merito sane dicitur alia scribere, quam quæ leguntur: Ita qui simplici & sincera oratione vtitur, eadem quæ leguntur, dicitur scribere. Hoc quoq; illorum testimonio confirmat, cum ait: & agnoscitis, scilicet verum esse & simplex, quod dico. Hic vt nobis commēdatur candor & simplicitas in loquendo & docendo. Ita omnis fucus & orationis perplexitas damnatur, vt indigna pijs.

Sicuti & agnouistis nos ex parte, si-
quidem gloriatio vestra sumus, quē-
admodum & vos nostra in diem do-
mini I E S V.

Ab antea actis. Ab eo .n. q̄ antea cognouerint simplicitatē et sinceritatē suam in docendo, atq; adeo totā dōctrinam approbauerint, pollicetur sibi futurum, vt in posterum quoq; agnoscant. Quod autē agnouerint & approbauerint dōctrinā suam, confirmat a mutua sua & Corinthiorum gloriatio. Quēadmodum .n. gloriatio Pauli fuit, q̄ Corinthios Christo lucrificisset per Euangelij prædicationē.

b 4

Ita

Ita vicissim gloriatio Corinthiorum erat, quod a tali & tanto Apostolo, adeo pure & sincere essent instituti. Hanc gloriationem in Corinthijs, quia ea abutebantur in aliorum contemptum, reprehendit in prioris primo. Hic eandem laudat quatenus ea recte vsi sunt, sine aliorum contemptu ad auctoritatem Apostolica doctrina comprobendam.

Itaq; hac fiducia volui ad vos venire, primum, vt secundam gratiam haberetis, & per vos transire in Macedoniam, & rursus à Macedonia venire ad vos, ac a vobis deduci in Iudæam.

Hoc est, propterea quod vos nostra gloria sitis, & nos vestra, volui in Macedoniam profecturus vos primum inuisere, & postea a Macedonia in Iudæam concessurus, iterum per vestram regionem transire, vt hoc meo ad vos reditu secundam haberetis gratiam, hoc est, beneficium secundum perciperetis, vestrum Apostolum sæpius docentem audiendo. Atq; ita gratiæ vocabulum metonymicos pro dono seu beneficio accipitur. Poteſt etiam gratia hoc loco per Metalepsin pro gaudio, quod ex beneficio capitur, poni: vt secunda gratia sit secundum gaudium ex præsentia Pauli perceptum. Hæc monent quali affectu deceat ministros Euangelij & auditores, se mutuo complecti.

Hoc

Hoc igitur cum cogitarem, nunquid leuitate vsus sum? Aut num quæ consulto, secundum carnem consulto: vt sit apud me etiam & non?

Apologiam instituit aduersus eos, qui se leuitatis insimularunt, propterea quod iuxta promissionem Corinthum non venisset, vnde etiam reliquam Pauli doctrinam calumniati sunt: Ac si quod nunc affirmaret, idem mox præ leuitate negaret. Est ergo sensus verborum Pauli: Quando præposui ad vos venire, num leuitate aliqua hominum inconstantium more, qui & temere solent polliceri quiduis, & leuiter consilium mutare, vsus sum, vt quod nunc affirmem, id rursus negem? Secundum carnem hoc loco est, aliquid more leuium hominum facere. Etiam, declarat affirmantem sermonem, Non, negantem. Ergo sensus est, quem expressi, vt sit apud me etiam & non, hoc est, vt idem & affirmem & negem.

Imo fidelis Deus, quod sermo noster qui ad vos factus est, non fuit etiam & non.

Responsio est Apostoli & dilutio obiectionis. Est autem sensus: Deus qui fidelis est & verax, nouit me vobis eandem veritatem constanter prædicasse. Sermo noster, hoc est, prædicatio Euangelij non fuit etiam & non, id est, non fuit de

b 5

eadem

eadem re nunc aiens nunc negans, sed semper sibi similis, & constans.

Nam Dei filius I E S V S Christus, qui inter vos per nos prædicatus est, per me, & Syluanum, & Timotheum, non fuit etiã & non, sed etiã in ipso fuit.

Probat a constantia obiecti seu materia Euangelij, ipsam Euangelij prædicationẽ constantem & firmam esse. Argumentum ita colligitur: Christus Iesus qui prædicatur a nobis, non est etiã & non, hoc est, non est varius & inconstans, sed prorsus idẽ, et semper sibi similis. Ergo prædicatio de ipso, constans quoq; esse debet, & semper sibi similis. Quicumq; ergo puritatem Euangelij non retinẽt, Christum quodammodo inconstantie insimulant.

Quotquot enim sunt promissiones Dei, in ipso sunt etiã, & in ipso sunt Amen, Deo ad gloriam per nos.

Probat rursus quam constans & immota sit doctrina Euangelij, quam Corinthijs tradidit: idque cum a subiecto, tum a promissionum diuinarum firmitudine. Est autem hæc argumenti summa: Cum promissiones Dei in Christo sint fundatæ, qui perpetuo sibi similis est & inuariabilis, fieri non potest, quin sint certissimæ & firmissimæ. Quare cum Euangelium nihil aliud sit, quam promissionum diuinarum promulgatio & annunciatio, firmum, ratum & constans esse necesse

cesse est. Verum cum hoc Pauli dictum sit vnum ex precipuis principijs nostræ religionis, operæ-precium fuerit illud distinctius retexere, & eruere multiplicem doctrinam, quæ in ipso continetur. Quatuor ergo hic breuis Aphorismus continet. 1. Monstrat salutis fundamentum. 2. P. c. missionum Dei meminit. 3. Indicat, quo pertinetat verbi ministerium. 4. Omnium horum finem opponit. Fundamentum salutis Christum esse docet. Nam vt sine illo nullus nobis accessus ad Deum patet: peccatum enim nos a Deo excludit: Ita per illum Deus nobis propitius redditur, condonatis peccatis. Promissiones sunt fauoris diuini testimonia, in quibus spectanda est varietas, amplitudo, sponsio & ratificatio. Varietas hæc est, quod promissionum quædam sunt legales, seu remunerationis, aliæ Euangelij seu salutis. Verum quia Paulus hic testatur omnes promissiones Dei in Christo fundari, fieri non potest, vt legales locum habere possint, priusquam Christum fide apprehendimus, quo factò, legales quoq; ratæ sunt, tametsi inchoatio obedientiæ sit languidior. Amplitudo harum promissionum est, q̄ non ad certos homines, sed ad totum genus humanum se extendant. Quemadmodum enim in Adam omnes peccauimus, ita Christus omnibus a Deo reconciliator est datus, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Sponsio harum promissionum solido fundamento nititur.

Nam

omnis
partes



Nam in Christo fundatæ sunt & propter ipsum factæ. Gene. 3. Atq; hoc est, quod Paulus hic dicit: Promissiones Dei in Christo sunt etiam. Est enim τὸ ναὶ apud Græcos affirmantis & spondentis. Quare cum diuinas promissiones recolimus, veniat nobis in mentem, quod illarum sponso fundamentum habeat solidum, nempe Christum dominum. Proinde qui extra illum est, sciatur promissiones diuinas ad se minime pertinere, priusquam conuertatur & resipiscat. Præterea ratificatio earundem promissionum, non nostræ dignitati & meritis, sed Christo nititur, vnde fides nostra ingentem consolationem haurit, cum non solum sponsonem salutis, verumetiam eiusdem ratificationem tam solido & constanti fundamento niti animaduertit. Atq; hoc est, quod Paulus dicit, Promissiones in Christo sunt amen.

Porro his promissionibus promulgandis, destinatur ministerium Euangelij, quod indicat Apostolus cum ait: Per nos, scilicet Euangelij ministros. Nam thesaurum suarum promissionum distribuendum ministris Euangelij concredidit.


Postremo finis datarum promissionum, etsi multiplex est, hic tamen principalis solummodo ponitur, cui reliqui subordinantur. Est autem principalis finis, gloriæ Dei prædicatio, quæ tum demum plena erit, quando prostrato & abolito regno Sathane, pij salute æterna donabuntur. Huic fini, cum destinatum sit ministerium verbi, agamus

*mus gratias Deo, qui illud in Ecclesia conseruat,
& donat Ecclesie sue pios ministros, qui promif-
sionum diuinarum publici sunt præcones, quorum
voce multi euocantur e regno Sathane, & fiunt
ciues & hæredes vitæ æternæ.*

*Porro, qui confirmat nos vobiscum
in Christum, & qui vnxit nos, Deus
est, qui etiam obfignauit nos, deditq;
arrabonem spiritus in cordibus no-
stris.*

*Firmitudinem promissionum diuinarum, atq;
adeo dignitatem officij Apostolici asserit, certissi-
mo proposito indicio ab effectibus spiritus Dei,
cum in ipsis ministris, tum in auditoribus. Re-
citatur autem ordine quatuor effectus spiritus Chri-
sti, qui sentiuntur vere in ijs, qui Euangelium
prædicatum recipiunt, vt sunt: confirmatio, vn-
ctio, obfignatio, & Arrabonis donatio. Hæc qua-
tuor etsi eandem rem declarant, tamen ratione
quadam distinguuntur. Confirmatio dicitur, qua-
tenus spiritus Dei nobis certitudinem Euangelij
ita cordibus nostris ratam efficit, vt ei, vel recla-
mante ratione & omni naturæ sensu, indubita-
tam fidem habeamus. Cum ergo animalis homo
non capit ea, quæ sunt spiritus Dei, quicunq; Dei
verbum indubitata fide amplectitur Spiritus
sancti magisterio, eum edoctum & confirmatum
esse necesse est. Unde non mirum est, quod multi
sapientes*

*confirmatio
obfignatio
vni*



sapientes mundi, qui res diuinas sua ratione & sensu metiri volunt, Euangelium non recipiant. Est itaq; hæc confirmatio, qua ministri verbi & auditores vna, Spiritus sancti testimonio ita in cordibus suis conuincuntur de veritate Dei, vt firma fide in Christum recumbant. Cum hac confirmatione coniuncta est vntio, qua spiritualiter vnguntur, qui verbum Dei indubitata fide recipiunt. In hac vntione obseruanda sunt quatuor: Quisnam vngat? Quenam, qualisq; sit vntio? Quis vngatur? & ad quid vngatur? Deus est qui vngit. Vntio est ipse Spiritus sanctus, qui efficit motus in cordibus nostris congruentes cum lege & voluntate Dei. Vngitur autem omnis, qui vera fide verbum Dei recipit, idq; ob hos fines: 1. vt iam oleo leticie inuncti, in Deo exultemus. 2. Ut Sacerdotes, Reges & Prophetæ simus coram Deo. 3. Ut iam quoq; simus luctatores vntione spiritus, præparati ad luctam inmundam cum vicij & carnis concupiscentijs, vt posthac non militemus carni, sed spiritui. De hac vntione & eius virtute, plura habes 1. Ioan. 2. Postremo loco donationis Arrabonis meminit. Nam Spiritus sancti virtus, in credentibus excitat ardorem fidei, spem, dilectionem, & alias virtutes, que virtutes sunt pars aliqua promissionum diuinarum, que sunt veluti arra quedam que nobis donata est, in pignus reliquarum promissionum diuinarum, que nõ lum sunt complete.

est

Est enim A
quod dari
missum est

Ego
nima
nonc

Accu
promissu

liquam e

foli. Ve

Etina v

ptum ter

Etina f

non vener

illorum sp

credant ver

Deum in tel

anima, id e

Non

sed q

stri:

Prole

Parcens

aduersar

flaret in

quiduis i

lumiã a

signat, u

Est enim Arrabo pactum, symbolum, seu pignus, quod dari solet in certitudinem eius, quod promissum est.

Ego vero testem Deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis nondum venerim Corinthum.

Accusarunt Paulum leuitatis, quod iuxta promissum non venerit Corinthum. Unde & reliquam doctrinam calumniati sunt Pseudoapostoli. Verum quia maioris momenti res erat doctrinae vindicare sinceritatem, quam ad prescriptum tempus non venire. Primum asseruit doctrinae firmitudinem, cui subiungit causam, cur non venerit, nimirum, vt illis pareret expectando illorum spontaneam paenitentiam. Hoc autem vt credant verum esse, interponit iusiurandum, quo Deum in testem & vindicem inuocat, cum suae animae, id est, vitae & salutis periculo, si fallit.

Non quod dominemur vestrae fidei, sed quod administri simus gaudij vestri: fide enim statis.

Prolepsis est. Nam ex eo quod Paulus dixerat, Parcens vobis nondum veni Corinthum, poterant aduersarij calumnia extruere, ac si Paulus affectaret in ipsos dominium aliquod, quasi sibi liceret quiduis in religione constituere. Hanc igitur calumniae anteuertit, & veram causam sui facti assignat, uimirum quod administer sit gaudij ipsorum

Hoc

Hoc est, quod sua admonitione de flagicioso eijciendo moti, egerint pœnitentiam. Unde gaudium conscientie nacti in fide stant, qui antea quodammodo prostrati alieni delicti approbatione iacuerunt. Qui autem fide stant, salutem in Christo obtinent, quorum officium est, donec in hac mortali vita sunt, vt magis magisque in cognitione & sensu abundant. Phil. I.

Caput II.

Summa capitis Secundi.

CAussa dilati aduentus sui ad Corinthios reddita, iubet Apostolus vt Corinthij incestuosum pœnitentem in gratiam recipiant, & hortatur ne nefandis machinationibus Sathane sinant se circumueniri. Deinde, gratijs Deo actis, qua fide Euangelium docuerit, ab effectu demonstrat.

Ordo & partes capitis secundi.

Plures sunt huius capitis partes. 1. Causse redditio est, cur iuxta promissionem non venerit Paulus Corinthum. 2. Sententiæ suæ declaratio est,

est de inçestuofo Corinthio recipiendo in Ecclesi-
am: pro quo & ipse intercedit rogans, vt ipsi pœ-
nitenti lapsum istum condonent. 3. Exhortatio ge-
neralis est, ne sinamus nos, quemadmodum ille
fecit, a Sathana circumueniri. 4. Narratiuncula
est de profectioe Apostoli. 5. Gratiarum actio
pro felici in negotio Euangelij successu. 6. Diluit
crimen Apostolo obiectum, videlicet, quod non
cauponetur verbum Domini, vt pleriq;: sed sin-
cere, in conspectu Dei, de Christo loquatur.

*Exegesis secundi capituli, cum
observatione doctri-
narum.*

Hoc autem mihi faciendum iudica-
ui, vt ne rursus cum tristitia ad vos
venirem.

In fine primi capituli cœpit se excusare Apo-
stolus, cur iuxta promissionem non venerit Co-
rinthum. Nunc eiusdem excusationis plures ra-
tiones colligit. Hoc inquit, mihi faciendum iudi-
caui, hoc est, non veni ad vos, ne rursus ad vos
cum tristitia venirem: quod sane euenisset, si vos
adhuc vobis placentes deprehendissem non ani-
maduertisse in inçestuosum fratrem. Nam in-
c terea

terea dum Apostolus distulit aduentum, Corinthij ipsius scripto admoniti resipuerunt, ac incestuosum excommunicauerunt in testimonium veræ pœnitentiæ, & quod non delectarentur alienis peccatis. Hinc duo discamus: vnum totius Ecclesie interesse, lapsos in viam reuocare. Quod nisi fecerit, alieno obstringi peccato. Alterum, ministrorum verbi esse moderari castigationem, conspecta delinquentium pœnitentia.

Nam si ego tristitia vos afficiam,
Quis est qui exhilaret me? nisi is qui
tristitia afficitur ex me?

Aetiologia est, dixerat enim se non venisse, ne Corinthios tristitia afficeret: nunc eius causse rationem reddit, a sua persona sumpta, videlicet, ne sibi ipsi mœrorem accerseret, illos tristitia afficiendo, & castigando propter eorum factum. Indoles pij pastoris hic indicatur, qui cum alios castigat, ipse quoq; dolore afficitur, non insultat lapsis letabundus, quod causam castigandi acceperit, sed paterno potius animo, & sancta castigatione errantes in viam reuocat. Obseruetur igitur hoc loco, quomodo affectum ad castigationem errantium accedere ministrum Dei oporteat.

Et scripsi vobis hoc ipsum, ne cum venero tristitiam capiam ex ijs, ex quibus oportebat me gaudere, confisus vobis omnibus, quod gaudium meum omnium vestrum sit.

Eodem

Eodem pertinere ait, quod in priori Epistola de excommunicando incaestuoso scripserat. Scripsi, inquit, vobis hoc ipsum scilicet, quod molestiam et ipsi incaestuoso & vobis attulit. Ut & ipse & vos resipiscentes, & ego veniens gauderem super vestra pœnitentia. Rationem addit: Confisus vobis omnibus, quod gaudium meum omnium vestrum sit, hoc est, qui omnino speravi fore, ut quod mihi displicere intelligeretis, statim tolleretis, propterea quod meum gaudium vobis quoque commune esse existimetis. Atque hæc pia συμπάθεια est ministrorum verbi & auditorum, ut quemadmodum ex mutua tristitia tristitiam capiunt: Ita ex mutuo gaudio gaudeant.

Nam ex multa oppressione & anxietate cordis, scripsi vobis per multas lachrymas, non ut tristitia afficeremini, sed ut cognosceretis caritatem quam habeo abundantius erga vos.

Aduersarij Pauli apud Corinthios calumniabantur ipsum ex affectatione tyrannidis, ut contristaret Corinthios, scripsisse incaestuosum illum tradendum Sathane: sed Paulus longe aliam causam impellentem, & alium finem fuisse asserit. Dicit enim in se magna oppressione & anxietate cordis fuisse impulsus ad scribendum, id quod ipsius vberimæ testatur lacrymæ:

Et hoc in eum finem, vt cognoscerent caritatem, quam haberet abundantissimam erga eos. Hic locus docet, Et quanto dolore animi ministri verbi debeant peccata suorum auditorum deflere, Et quo cordis affectu correptionem suscipiant. Ceterum cum auditores hoc non ita accipiunt, sed cum aduersarijs Pauli fingunt alias causas, fremunt aduersus suos admonitores, Et vt hostes eos persequuntur: quemadmodum Herodes Ioannem persecutus est. Verum hic ministri verbi cum Paulo freti bonitate cause, Et conscientia prestiti officij non cessabunt in officio, sed strenue Et prudenter munere sibi commisso vice Dei fungentur: ne ipsi alienis communicent delictis. Vide Eze. 3.

Si quis autem contristauit, non me contristauit, sed [ex parte, vt ne aggrauem] omnes vos.

Paulus reconciliaturus inæstuosum Corinthijs præmollitione vtitur. Si quis, inquit, contristauit, hoc est, si inæstuosus ille tristitiam attulit suo scelere, non mihi tristitiam attulit, hoc est, perinde id accipio ac si me suo peccato non offendisset, postquam per veram pœnitentiam resipuit: Sed vos omnes contristauit, id est, vos omnes suo lapsu offendit. Hoc quoq; præmolliens ait, Ex parte, id est, quodammodo, Et præmollitionis finem addit: Vt ne grauem, scilicet ipsum, maus onus adijci-

adiiciens exaggerando ipsius scelus post resipiscientiam. Hic sensus verborum Pauli est, qui minus obscurus est in textu Græco, qui paraphrasi hoc modo reddi potest: Incestuosus ille qui tristitiam tantam attulit, adeo sua pœnitentia me commouit & consolatus est, vt omnis tristitia quam ex ipsius facto perceperam, sit plane absterfa, ac si nunquam me offendisset. Verum vos superestis, quos omnes offendit, sed quodammodo: quia secuta est pœnitentia. quod ideo dico ne iam per se grauato, maius adijciam onus, quod potius detractum velim. *Locus obseruandus*, quod pœnitentium præterita scelera, alta obliuione nos tegere oporteat, omni offensione remissa. Idq; exemplo benignissimi patris cœlestis, qui ita tegit peccata remittendo, vt se dicat, eorum amplius non meminisse.

Sufficit autem ei qui talis est, correctio hæc, quæ a pluribus illi contigit, vt potius e diuerso debeatis condonare & consolari; ne forte abundantiori tristitia absorbeat, qui eiusmodi est.

Sententiam suam de recipiendo incestuoso Apostolus ponit, nimirum vt correptus a pluribus & resipiscens, recipiatur in gratiam. Sententiæ autem suæ finem addit, ne videlicet cor-

c 3

reptus,

reptus, nimis diu dilata reconciliatione ruat in desperationem. Hinc duo colligamus: Primum, confutationem Donatistarum, qui negarunt lapsis veniam. Hic enim aperte ostenditur, quod lapsis pateat reditus ad gratiam, qua exciderunt, modo pœnitentiam egerint. Alterum, modum seruandum esse in corrigendis fratrum lapsibus, nimirum vt castigatio talis sit, quæ lapsos pœnitentes non magis prosternat, sed erigat potius, cum veræ pœnitentiæ testimonia appareant.

Quamobrem obsecro vos, vt confirmetis in eum caritatem.

Post sententiæ suæ de recipiendo incestuoso expositionem, addit quoq; suam pro ipso intercessionem, & se veluti aduocatum ipsius constituit. Nam ea est vis vocis παρακαλώ. Rogat enim, vt se deprecatore, publico Ecclesiæ consensu declarent, se illum pro fratre complecti, sicuti publico Ecclesiæ iudicio fuit eiectus. Utitur Apostolus verbo κηρώσαι, quod legitimæ potestatis definitionem & decretum declarat. Quare hic forma iuris Ecclesiastici describitur. Lapsus agnoscit errorem, dolet, petit veniam. Paulus aduocatus intercedit, Ecclesia Corinthiaca causam cognoscit, & fert sententiam, quam ratam & autenticam esse vult, iuxta Domini dictum,

Quorum-

Quorumcun-
runt soluta
quæ sit leg
ipiscencia
ris, sed se
sua guber

Nam
vt I
rem
Cui
Ete
don
ram

Diffica
cipendum
ret. Unde
requiri
nem pe
ab illo
cium C
re pia
lapsum
CHR
CHR
reconc
latas.
sus re

Quorumcunq; peccata solueretis super terram, erunt soluta in caelo. *Discamus ergo ex hoc loco, quæ sit legitima ratio recipiendi lapsos post resipiscentiam: videlicet quod non sit vnus pastoris, sed senatus Ecclesiastici, vbi legitima Ecclesie gubernatio locum habet.*

Nam in hoc etiam scripseram vobis, vt probationem vestri cognoscerem, an ad omnia obedientes sitis. Cui autem condonatis, etiam ego. Etenim cui condonavi, si quid condonavi, propter vos condonavi coram CHRISTO.

Difficiles admodum fuisse Corinthios ad recipiendum excommunicatum, ex hoc loco apparet. Unde singularis grauitas in talibus causis requiri videtur. Ut autem ipsos ad condonationem permoueat, duplici vtitur argumento: vno ab illorum officio, altero a suo facto petito. Officium Corinthiorum fuit, suo Apostolo obedire in re pia & honesta. Factum Pauli erat, quod lapsum suo recepisset suffragio, idque coram CHRISTO, id est, vere & ex animo tanquam CHRISTO inspectore. Tales ergo decet reconciliationes esse inter Christianos, non simulatas, non fictas, non quas leuicula offensio rursus rescindat.

Ne occupemur a Sathana, non enim
ipſius cogitationes ignoramus.

Eſi hæc eo pertinent potiffimum, ne Corinthij ſint nimis duri & rigidi in corripiendo incaſtuoſo reſiſcente, vnde & deſperatio in peccatore, & diſſenſio inter ipſos Corinthios oriri poſſet, quibus rebus diabolus homines circumuenire ſolet: tamen generalius hoc dictum accipi debet, vt ſit exhortatio generalis, ne ſinamus nos circumueniri vllis Sathanæ conſilijs, vt aliquid committamus contra conſcientiam & normam iuſtitiæ diuinæ. Quales ſint artes diaboli, caſus primorum parentum, Chriſti admonitio, & plurimorum triſtis lapſus teſtatur. Primos parentes aduerſando impediuit in innocentia ſtatu, & ſophiſtica verbum Dei corruptit, & quos mendacio circumuenerat tyrannide occidit. Unde Chriſtus admonet, quod Sathan ſit mendax & homicida ab initio: Id quod non ſolum lapſus primorum parentum teſtatur, ſed omnium temporum hiftoriæ conuincunt, atq; hic dies cum multarum animarum horrendo interitu docet. Ut autem Apoſtolus nefandas machinationes Sathanæ melius nobis ponat ob oculos, tribus ſignificantibus vocibus vtitur. Sathan Hebræa vox eſt, qua duplex ſtudium diaboli ſignificatur. Prius, quod ex profeſſo generis humani aduerſarius & hoſtis ſit ir-reconciliabilis. Poſterius, quod hominibus im-

pedimenta

argum

*pedimenta
pietatis, v
impedime
bus Chriſt
ſuadere h
gumentis
temere te
de in vita
tio, prop
qua tecl
hodie ca
aliena i
gnificat
Diabolu
uadere ſo
& malis
ſo defician
Sathanæ,
ſclerata
mamq;
omniu
lia noſt
ſuccedi
pere no
trum ſi
hoc, nu
dem pe
cit. H
ganti in*

pedimenta obijciat, vt vel impingant in stadio pietatis, vel prorsus cadant & deficiant. Hæc impedimenta pulcre describuntur in tentationibus Christi Matth. 4. Primum enim nititur persuadere homini, quod Deo non sit curæ, sumtis argumentis a cruce. Si hoc non succedit, impellit vt temere tentemus aliquid contra vocationem, vnde in vitæ & salutis discrimen conijcimur. Tertio, propositis præmijs ad idololatriam sollicitat, qua techna maximam partem orbis terrarum hodie captiuam tenet. Græca vox πλεονεκτείν, aliena inuadere & malis artibus occupare significat. Quare hac voce significat Paulus, quod Diabolus ipsam Ecclesiam filij Dei peculium inuadere soleat, semperq; nitatur, vt fraudulenter & malis artibus eam subruat, vt multi a Christo deficiant. *λογίσματα* significant cogitationes Sathanae, quibus nefanda excogitat consilia, vt sceleratam suam voluntatem perficiat, maximamq; generis humani partem interimat. Ac omnium primum conatur per sua nefanda consilia nostras mentes corrumpere. Si non vna via succedit, aggreditur aliam. Si doctrinam corrumpere non potest, sacramenta contaminat: si neutrum succedit, obijcit multa scandala, nunc ad hoc, nunc ad illud sollicitans, & per gradus tandem peccatorum multos in desperationem abducit. Hanc machinationem Sathanae Petrus elegantiori imagine depingit, cum dicat: diabolum tan-

quam rugientem leonem circumambulare, & querere quem deuoret. Aduersus has Sathanæ machinationes turris fortissima est nomen DOMINI, id est, vera ex fiducia Christi inuocatio, sine qua nequaquam ullus mortalium euadere petest, quin diaboli insidijs & consilijs victus succumbat. Plura de *ταρωπία* militis Christiani, lege ad Ephe. 6. & 1. Thess. 5.

Porro cum venissem Troiadem in Euangelium CHRISTI, etiam ostio mihi aperto in Domino, non habui relaxationem spiritui meo, eo quod non inueneram Titum fratrem meum, sed illis valedicens profectus sum in Macedoniam.

*Hæc narratiuncula de profectioe Pauli eo pertinet, vt Apostolus & studium suum in annu-
ciando Christo ostendat, & caussam moræ,
quod ad Corinthios iuxta promissionem non ve-
nerit, indicat. Quod autem dicat, se admodum
anxium fuisse, quod non inuenerat Titum fra-
trem Troiade, atq; ideo statim relicta Troiade,
profectum esse Macedoniam, facit ad declaran-
dam Apostoli sollicitudinem pro Corinthijs. Nam
ideo sollicite querit Titum, vt ab eo statum Co-
rinthiorum cognoscat. Hæc sollicitudo Apostolica
nobis in exemplum proposita est, vt singulari
studio Ecclesiam Christi prosequamur, & præ-
sertim*

ferim pro illi
bis præcipue
lis ista locuti
tione facilis
in edes pat
Quemadmo
sus in domi
voluntate
in Euangel
ostio claus
lus fructu
DOMIN

DEO
cit no
& odor
per nos

Quia v
gotio labo
tur: qu
predica
fuisse, se
se Corin
stola pr
co vitu
nam su
quatuor
certame

fertim pro illis solliciti simus, quorum cura nobis præcipue commendata est. Porro prouerbialis ista locutio ostij aperti, similitudinis declaratione facilis redditur. Ostio aperto, aditus facilis in ædes patet. Contra, ostio clauso excludimur. Quemadmodum igitur ostio aperto patet ingressus in domum: Ita data facultate ex Domini voluntate ministri verbi facilius progrediuntur in Euangelij annunciatione, & contra. Sicut ostio clauso alia via tentanda est, Ita ubi nullus fructus Euangelij se profert, rogandus est DOMINVS, vt ipse sua manu ostium aperiat.

DEO autem gratia, qui semper facit nos triumphare in CHRISTO, & odorem noticiæ suæ manifestat per nos in omni loco.

Quia mentionem fecerat sui in Euangelij negotio laboris, merito in gratiarum actionem fertur: qua & soli Deo acceptum fert fructum suæ prædicationis, & significat se minime ociosum fuisse, sed magnis negocijs impeditum, non venisse Corinthum, quemadmodum in superiori Epistola promiserat. Duplici metaphora hoc loco utitur, & vtriusque explicatio suam doctrinam singularem suppeditat. Triumphi nomine quatuor indicat Apostolus. 1. Fuisse sibi magnum certamen in prædicatione Euangelij. 2. hostes suos denictos



- 3 deuictos fuisse & Sathanam prostratum gladio
Euangelij. 3. Partum esse spoliū, hoc est, homi-
nes qui sub tyrannide diaboli captiui teneban-
tur, nunc libertatem adeptos esse per Christum.
- 4 4. Sibi honorem certaminis, & veluti coronam
triumphantis deberi. Unde ad Timotheum : Cer-
tamen bonum certavi, cursum consummaui, fidē
seruaui. Quod reliquum est, reposita est mihi iu-
sticie corona, quam reddet mihi Dominus in die
illo iustus iudex. Verum cum Apostolus dicit,
Deum facere se triumphatorem, omnem gloriam
Deo tribuit, ac se organum tantum, quo Deus pro
sua voluntate utitur, agnoscit. Hic præterea lo-
cus mire facit ad refutandos Enthusiasmos eo-
rum, qui cum reuelationes iactant, nihil vocali
verbo & externo ministerio tribuunt. Odoris
nomine significatur fama & celebritas noticiæ
Dei, nimirum, quod homines per prædicationem
Euangelij venerint in eam Dei noticiam, quod
ipsum agnoscant & celebrent. Atq; huic fini Eu-
angelium Christi destinatum est.

Nam Christi bona fragantia sumus
Deo, in ijs qui saluantur, & in ijs qui
pereunt.

Prolepsis est, Nam cum Paulus dicat, Deum
manifestare odorem suæ noticiæ in omni loco:
possent aduersarij excipere, & dicere, Non fru-
Etum

atum ferre ve
me iustam es
butionem, au
quidem ad
hoc est, Deu
obsequium
omnibus ro
gratus est,
pereunt. I
Docet quid
stra prædi
sequium si
cum pios i
gelij notici
ro, quod in
predicatio E
bibeant. Con
scandalum p
lium. N
predicatio
Consolatu
tum mun
stros Dei
nistri veri
fateant ce
vmonibus
proprium
Paulus in
edere? R

Etum ferre ubiq; , ideo gloriationem Pauli minime iustam esse. Sed Paulus respondit per distributionem, ac dicit odorem noticiae Dei peruenire quidem ad omnes, & gratum esse illum odorem, hoc est, Deum acceptare & probare ministrorum obsequium in annunciando Euangelio, tametsi omnibus non sit salutare. Nam hic odor Deo gratus est, cum in ijs qui saluantur, tum in ijs qui pereunt. Hic locus docet, monet & consolatur.

Docet quidem, quod qualiscunq; euentus sit nostra praedicationis, ministerium nostrum & obsequium sit gratum Deo & acceptum. Monet, cum pios tum impios: Pios quidem, vt in Euangelij noticia suam salutem statuunt: Impios vero, quod in maiorem condemnationem cedat ipsis praedicatione Euangelij, si Euangelio fidem non adhibeant. Consolatur ministros Euangelij contra scandalum paucitatis, amplectentium Euangelium. Nam quomocunq; acciderit illorum praedicatione, ad gloriam Dei illustandam facit. Consolatur quoq; ministros verbi contra contemptum mundi, qui vt reiectamenta quaedam ministros Dei aspernatur. In hoc contemptu sciant ministri verbi, se bonam fragrantiam Deo esse, vt ut foeteant coram stulto mundo, qui suis instar, sordes vnionibus praefert. Sed quaestio hic oritur, Cum proprium Euangelij sit praedicare salutem: cur hic Paulus illud dicat quibusdam in damnationem cedere? Responsio, quod duplex sit Euangelij officium,

in plura & optima.

cium, nempe proprium quod est annunciare salutem per Christum, & accidentale, quod est incredulis maioris damnationis occasionem prebere. Deinde, vt Euangelium sua natura est gratie predicatio, ita occasione est ira Dei manifestatio, Ut enim salutem credentibus offert gratuitam: Ita testatur iram Dei super incredulos manere. Quare vt Euangelium requirit pœnitentiam & fidem: Ita rectè definitur esse predicatio pœnitentiæ & remissionis peccatorum in nomine Christi, Luca 24.

His quidem odor mortis ad mortem,
Illis vero odor vitæ ad vitam.

Persistit in metaphora: cuius hæc simplicissima est explicatio: Iis qui pereunt, predicatio Euangelij, adeoq; ministri sunt instrumentum mortis, vt non credentes Euangelio æternum moriantur: Contra, ijs qui saluantur, predicatio Euangelij atq; adeo Dei ministri sunt instrumentum vitæ, vt Euangelio credentes æternum viuant. Clemens Alexandrinus libro 2. pædagogi, capite octauo, ita legit hunc Pauli locum: His quidem odor ex morte in mortem: Illis vero odor ex vita in vitam. Hanc lectionem si sequimur, significat Paulus duo in prædicatione Euangelij proponi, mortem CHRISTI, & vitam CHRISTI, mors CHRISTI est odor mortis in mortem, scilicet

scilicet pereunt
vitam non qui
ex vita ad
mortem in
vita quæ

Et ad

Digressi
cat eximi
rare eius
deliter p

Non
verb
te, s
de C

Paulus
ministros I
in ijs qui
eius dicit
verbi o
Deo pr
caupona
conspici
na frag
conspici
mus be
orum
tanqua

scilicet pereuntibus, vt qui in CHRISTI morte vitam non querant, vita CHRISTI est odor ex vita ad vitam, scilicet saluandis, qui peccati mortem in CHRISTI morte, & vitam in eius vita querunt.

Et ad hæc quis idoneus?

Digressiuncula exclamatoria est, qua significat eximium decus esse ministerium verbi, & raræ eiusdem virtutis officium in eo ministerio fideliter præstare.

Non enim, vt pleriq; cauponamur verbum Domini, sed vt ex sinceritate, sed vt ex Deo in conspectu Dei de CHRISTO loquimur.

Paulus superius dixit Apostolos, se aliosque ministros Dei, esse bonam fragrantiam Deo, cum in ijs qui saluantur, tum in ijs qui pereunt. Nunc eius dicti rationem reddit a proprio ministrorum verbi officio sumtam. Ministri sincere, vt ex Deo profectum verbum annunciantes, & non cauponantes verbum Domini, sed tanquam in conspectu Dei de Christo loquentes, sunt Deo bona fragrantia. Nos ex sinceritate, vt ex Deo in conspectu Dei de Christo loquimur. Ergo nos sumus bona fragrantia Deo. Collationem contrariorum facit propter eos, qui Paulum accusarunt tanquam minus sincere fungentem officio.

Dicuntur

Dicuntur autem cauponari verbum Domini, qui veluti caupones, sua vina vt grata sint palato bibentium, quo plus lucri sibi accedat, sinceritatem Euangelij vitiant, hoc est, qui verbum Domini humanis doctrinis & additamentis corrumpunt, idq; in fraudem & dolum auditorum, quo & ipsis auditoribus quæ sapiunt illorum palato propinent, & ipsi lucrum aliquod inde percipiant. Hinc discamus, quod quicumq; vel addit aliquid de suo, vel detrahit quicquam verbo, vel verbum ipsum parum candido animo prædicat, vel suum lucrum spectat, vel voluptati auditorum illud accommodat, dicatur cauponari verbum Domini. In hoc numero sunt hodie multi, qui dolo & fraude ad Ecclesiasticas functiones profiliunt, quiq; cum ipsi nondum religionis fundamenta didicerint, munus docendi capessunt, Quæ leuitas non considerans quam ardua & grauis res sit, Ecclesiastico munere fungi, meretur horrendas pœnas. Cauponantur & illi verbum Dei, qui suæ securitatis gratia, verbum Domini non recte secant, non obiurgant tyrannos, auaros, libidinosos, ne suæ quieti male consulere videantur. Hos Petrus in posterioris secundo grauissime taxat. Quod autem ex sinceritate oporteat verbum Dei prædicari, tribus argumentis docet: Primum ab autore verbi sumitur, qui & verbum ponit in ore ministrorum, & eos ad prædicandum mittit. Cum igitur Deus maxime

sincerus

sincerus sit:
sincere & p
bo, nec fact
tis saluat
Dei in cu
predicam
spectu re
minister
mi, Qu
nis test
disciplin
sum. I
qui est
re pure
eos delig
nei. Po
ceritate, v
non sit sm
potius v
gnet. v
re filij
sios qui
intellig
filio De
tatis te
operib
lucis.
non es
tis. Que

sincerus sit, decet eos qui eius vice funguntur sincere & pure agere, ita vt nec affectu, nec verbo, nec facto, nec exemplo viciant puritatem fontis saluatoris. Secundum, sumitur à presentia Dei in cuius conspectu stamus, cum verbum Dei prædicamus. Summa igitur puritas in eius conspectu requiritur, qui purissimus est, ne audiat minister Deum increpantem se, iuxta illud Psalmi, Quare tu enarras iusticias meas & assumis testamentum per os tuum. Tu vero odisti disciplinam & proiecisti sermones meos retrorsum. Tertium, sumitur ab obiecto prædicationis, qui est Christus agnus Dei immaculatus. Quare pure negocium Euangelij tractare oportet, & eos deligi ad tam augustum munus qui sunt idonei. Porro cum Paulus hic dicit, vt ex sinceritate, vt ex Deo. sciendum quod particula *UT* non sit similitudinis aut improprietas nota, sed potius veram & solidam approbationem designet. vt Ioannis primo: Vidimus gloriam eius, vt filij vnigeniti à patre. Et Paulus ad Ephesios quinto. vt filij lucis ambulate. Illic Ioannes intelligit conspectam fuisse in Christo gloriam, quæ filio Dei vere congrueret certumque esset diuinitatis testimonium. Hic Paulus vult nos vere operibus testari hoc ipsum, quod simus vere filij lucis. Ad eundem modum hoc loco *vsq;* id est, vt, non est improprie loquentis, sed certo approbantis. Quemadmodum Caph apud Hebræos.

d

Caput

Caput III.

Summa capitis tertii.

VT se rite suo officio functum testimonio Corinthiorum probat Apostolus, idq; non sua virtute, sed per gratiam Dei, Ita de efficacia sui ministerij agit, conferendo inter se legem & Euangelium, & vtriusque ministros: vnde quanta sit gloria Euangelij concludit.

Ordo & partes capitis tertij.

Tametsi vnus scopus est huius capitis, nempe ostensio eminentiæ ministerij Apostolici, potest tamen in has quatuor partes commode distribui. Quarum prima est testimonium virtutis Apostolicæ prædicationis. Secunda, remotio inanis gloriationis, & assertio gratiæ Dei, cui omnem virtutem sui ministerij fert acceptam. Tertia, est confutatio eorum qui legalia admiscuerunt, idque per comparisonem legis & Euangelij, literæ & spiritus. Quarta, est conclusio gloriationis Apostolicæ: in qua confert auditores legis & Euangelij, Illos, donec conuertantur ad Dominum, habere cor velamine obtectum, ne videant gloriã Christi: hos reuelata facie gloriã Domini speculari asseres.

Exegesis

Exegesis

Incip
dare
com
aut

Quia
nisteriu
& pron
monium
gat: Nun
digeat: qu
propter mi
sent, laud
locus n
ministe
auditor
nisterio

Epi
in c
ab c
que
stra
to, l

*Exegetis III. capituli, cum
observatione doctrinarum.*

Incipimus rursus nos ipsos commendare? num egemus, (vt nonnulli) commendaticijs epistolis apud vos, aut à vobis commendaticijs?

Quia fuerunt apud Corinthios, qui Pauli ministerium extenuarunt, nunc aduersus eos agit, & prouocat ad totius Ecclesie Corinthiace testimonium. sed prius per admirationem interrogat: Num apud eos commendaticijs epistolis indigeat? quibus verbis oblique taxat eos, qui cum propter inertiam suam huiusmodi assequi non possent, laudi & dignitati Apostoli inuiderunt. Hic locus monet ministros Euangelij, ne sinant suum ministerium contemni, & vt se commendabiles auditoribus reddant, fide & diligentia in ministerio.

Epistola nostra vos estis, inscripta in cordibus nostris: nota & lecta ab omnibus hominibus, manifestati quod estis epistola Christi, subministrata à nobis, inscripta non atramento, sed spiritu Dei viuentis, non in

d 2

tabulis

tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnis.

Hic prouocat Apostolus ad testimonium Corinthiorum, qui ministerio Pauli ad Christum conuersi erant: Est autem hic sensus verborum Pauli: Vos Corinthij, quales nunc estis per Christum nostro ministerio effecti, nobis estis instar Epistolæ ab omnibus lectæ & intellectæ. quæ & ipsi vobis, & alijs rursus per vos commendamur. Hinc ergo discant ministri Euangelij testimonium sui officij diligenter præstiti ab ipsis petere auditoribus, dum in eis monstrant quem fructum prædicatum per ipsos Euangelium ferat: Obseruetur præterea hoc loco duplex antithesis, Una atramenti & spiritus Dei viui, Altera tabularum lapidearum & carnearum. vt atramento scribuntur quidem epistolæ, sed eo non confertur vis intelligendi, quæ scripta sunt: Ita spiritus Dei vim habet solus regenerandi animos, qui spiritus per ministerium Euangelij confertur auditoribus. Tabulæ lapideæ in quibus lex Dei scripta erat, adumbrant summam humani cordis duriciem, à qua cor hominis nondum regenerati lapideum dicitur, cui opponitur cor carneum quod virtute spiritus Dei mollius est factum, vt in eo Euangelij gratia insculpi possit.

Fiduciam autem huiusmodi habemus per Christum apud Deum.

Ne


Ne quid arrogantius dixisse videatur Apostolus, Deo asscribit sui ministerij virtutem, ac sic dicat: hanc confidentiam habemus, & ita magnifice gloriamur de nostri ministerij dignitate, quia Christi legatione fungimur: cuius spiritus in nostro ministerio efficax est.

Non quod sufficientes sumus à nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti.

Apertius omnem gloriationem Deo asscribit, & se tantum organum quo Deus pro sua voluntate utitur, pronunciat. Hic locus apertissime docet in rebus salutis nihil posse humanas vires, priusquam spiritu Dei per verbum mens & voluntas reformatur. Nam cum tria requirantur ad quodlibet factum, iudicium, voluntas, & operatio: quorum vnum si defuerit, prorsus iacet opus, Manifeste hoc loco docetur, liberum arbitrium euerti. Nam hic quod omnium primum ad opus requiritur, negat se Paulus habere, cum dicat: Non sumus idonei ad cogitandum & ratiocinandum aliquid, Deprauatum ergo agnoscit mentis iudicium: vnde sequitur voluntatis perversitas. Huius doctrinae vsus est vt agnita nostra oðdevia & imbecillitate, magis nobis dulcescat redemptionis beneficium, Præterea hic dis-

d 3

cerni-



cernitur inter doctorem salutis, & effectorem. Paulus salutis doctor est tantum, Christus vero doctor & effector simul. Hoc quoque Ioannes Apostolus agnoscit cum Baptistam non lucem veram pronunciat, sed Christum qui illuminat omnem hominem, qui illuminatur. Præterea cum Paulus se aliosque Apostolos ministros noui testamenti appellat, discernit inter legis doctores, & noui fœderis, quod sanguine Christi sancitum est. Neque hic stabilitur Antinomorum error, qui legem Dei doceri in Ecclesia nolunt, sed tantum discernitur inter proprium finem Euangelij, & legem, quatenus consideratur sine Christi noticia.

Non literæ, sed spiritus.

Ut dignitatem sui ministerij extollat Apostolus, collationem facit inter ministros legis & ministros Euangelij: illos literæ, hos vero spiritus ministros pronuncians. quo elogio amplissimis laudibus Euangelicum ministerium exornat. Cum hic legem manifeste literam vocet, & Euangelium spiritum appellet, quærenda est harum appellationum ratio. vt litera quidem insculpta lapidi (nam ad lapideas tabulas Moysi alludit) expers virtutis omnis est: spiritus vero intus in corde motus ciet & efficax est: Sic lex non maiorem vim habet, quam scriptum aliquod per se omnis virtutis expers, nisi apud
eos

eos à quibus intelligi & præstari possit. Eu-
 angelium vero cuius spiritus Christus est, viui-
 ficum est, ut quod in cordibus audientium iusti-
 ciam, vitam, salutem, & pacem efficiat. Ap-
 pellationes ergo Literæ & Spiritus, non ad in-
 terpretationem, sed ad efficaciam referendæ
 sunt: quatenus scilicet ad proprium effectum
 legis eiusque ministrum Mosen, & ad propriam
 naturam Euangelij, eiusque autorem Christum
 respiciamus. Hac etenim ratione, ut legis na-
 tura est tantum literaliter docere homines: Ita
 Euangelij proprium est spiritualiter & effica-
 citer docere, ita ut cor ipsum iam mollius effe-
 ctum doctrinâ penetret. Verum si quando hæc
 Euangelij vox non sentitur, nequaquam Euange-
 lij, sed audientium culpa erit, quibus Euange-
 lium, adeoq; omnis doctrina literalis manet.
 Nam non conuersis omnis doctrina scripta, le-
 cta, intellecta, adeoque omne opus & sacramen-
 tum quoq; sine efficacia spiritus intus corda re-
 nouantis, litera est. Præterea, cum illi habendi
 sunt ministri spiritus, qui verba Dei non solum
 exponunt, sed etiam cordibus auditorum im-
 imprimunt: & contra, qui hoc non faciunt, ta-
 met si bona & salutaria loquuntur, non spiritus
 sed literæ ministri sunt: ~~Piorum pastorum fue-
 rit orare Dominum, ut sese faciat ministros non
 literæ sed spiritus.~~

d 4

Nam

Nam litera occidit, spiritus autem
viuificat.

Ex comparatione effectuum legis & Euangelij, dignitatem ministrorum Euangelij ostendit. Verum hic obseruandum est, qua ratione dicitur lex occidere, & Euangelium viuificare. Cum itaque lex auditur, & non præstatur, nec adigit hominem ad Christum, dicitur propter talem euentum occidere. Qui enim ita legem audit in mortem incurrit, non legis, sed sua culpa. At cum Euangelium prædicatum creditur, viuificare dicitur, quia credentes spiritum Christi accipiunt, quo iustificati iam per fidem viuificantur & sanctificantur. Verum, cum contra Euangelium prædicatum non recipitur fide, dicitur id quoque occidere, sed per accidens. Quemadmodum & à Simeone dicitur Christus multis esse positus in ruinam, nempe ijs omnibus qui ipsum fide non sunt recepturi.

Quod si mortis ministerium, literis informatum in lapidibus, fuit in gloria, adeo vt non possent intueri filij Israel in faciem Mosis, propter gloriam vultus eius quæ abolenda erat: quomodo non magis ministerium spiritus erit in gloria?

A comparatis dignitatem Euangelij colligit. Lex quæ est ministerium mortis, fuit gloriosa: multo

multo magis
spiritus &
lex minist
tum, cuius
citur min
Deus spir
Quod aut
tum in sa
digito De
telligend
symbolic
Mosis f
Unde fi
gnificati
lerabilis
poteft hor
nantis igne
est faciei C
tia, qua

Na
nis
nif

Ar
gis &
minist
gis Eu
sum.
per se

multo magis Euangelium quod est ministerium spiritus & vitæ, est gloriosum. Dicitur autem lex ministerium mortis, eo quod monstrat peccatum, cuius pœna iusta est mors. Euangelium dicitur ministerium spiritus, quia per illud offert Deus spiritum & vitam, adeoque salutem ipsam. Quod autem dicat ministerium mortis informatum in saxis, per antithesin ad Euangelium quod digito Dei insculpitur in cordibus hominum, intelligendum est. Porro splendor faciei Moysis symbolum fuit gloriæ legis, de quo Exodi 34. Ubi Moysis facies edidisse radios splendoris legitur. Unde filij Israël timuerunt prope accedere. Significatur ergo hoc splendore vultus Moysis, intolerabilis diuini iudicij sensus. Nemo enim ferre potest horrendum illum legis accusantis & damnantis igneum splendorem. Contrarius splendor est faciei Christi, in qua amabilis refulget gratia, qua à legis damnatione liberamur.

Nam si ministerium condemnationis fuit gloriosum, multo magis ministerium iusticiæ abundat in gloria.

Argumentum superius resoluit, ac effectus legis & Euangelij particulatim committit. Lex ministra condemnationis fuit gloriosa, multo magis Euangelium ministerium iusticiæ erit gloriosum. Ut autem lex ministra condemnationis est per sententiam condemnationis in peccatores :

d 5

Ita

Ita Euangelium ministerium iusticiæ est, quia proponit nobis Christum iustificatorem.

Etenim quod glorificatum fuit, ne glorificatum quidem fuit hac in parte, propter excellentem gloriam.

Aliud argumentum, quo dignitas Euangelij præ legis dignitate extollitur. Cuius hic est sensus: Splendor legis collatus splendori Euangelij euanescit, non secus atque stellarum splendor sole oriente non amplius conspicitur. Quantumuis ergo lex gloriosa fuit, eius tamen gloria nulla est respectu Euangelij.

Nam si quod abolendum erat, fuit gloriosum: multo magis est gloriosum id quod manet.

Cum perpetua bona sint temporaneis præferenda, Euangelij splendor qui perpetuus est, legis splendori, qui ad tempus tantum durauit, est præferendus.

Habentes igitur huiusmodi spem, multa fiducia utimur.

Gloriationis supra propositæ conclusio est. quasi diceret: cum fungimur ministerio spiritus, uitæ, & iusticiæ: quod multo gloriosius est ministerio literæ, mortis & condemnationis: non est inanis nostra gloriatio. Quare magna cum fidentia nostrum ministerium extollimus, non morantes.

tes calumnias Pseudoapostolorum, qui dignitati
noſtri miniſterij inuident.

Nec (ſumus) ſicut Moſes (qui) im-
ponebat velamen faciei ſuæ, ne intuerentur
Iſraelitæ in finem eius quod
abolendum erat.

Concluſioni attexit diſcrimen inter Moſen, &
miniſtros noui teſtamenti: Moſes imponebat ve-
lamen faciei ſuæ, ne intenderent Iſraelitæ in fi-
nem, id eſt, in ſcopum legis, quæ abolenda erat.
Verum miniſtri noui teſtamenti, non velamen
opponunt, ſed clara facie Chriſtum monſtrant.
Cum dicitur Moſes velamen impoſuiſſe faciei
ſuæ, ne intenderent Iſraelitæ in faciem eius, non
ad conſilium Moſis, ſed euentum referendum
eſt. Nam conſtat Moſen non alia ratione ve-
lamen adhibuiſſe, quam quod faciei ipſius ful-
gorem non poſſent Iſraelitæ ſuſtinere. Por-
ro hoc velamen Moſis ſymbolum fuit Prophe-
ticum, quo adumbrabatur pleroſque Iudæo-
rum non penetraturos ad myſteria legis, adeo
vt nec eius ſpiritualem intelligentiam cape-
rent, nec ſcopum legis, hoc eſt, Chriſtum agno-
ſcerent. Phariſæi legem quidem docuerunt &
audiuerunt, ſed quia Moſi vultus velatus fuit,
iuſticiam mundi docuerunt, didicerunt, & fece-
runt, & iudicarunt ſe ſatiſfeciffe legi diuinæ
illa carnali ſimulatione operum: non ſecus
atque



atque hodie monachi faciunt, qui pro peccatis per opera satisfacere volunt. Deinde hoc velamen fuit etiam adumbratio carnalis intelligentiæ legis diuinæ, in omnibus qui ad Christum conuersi non sunt.

Sed excæcati sunt sensus eorum, Nam vsque in hunc diem velamen illud in lectione veteris testamenti manet, nec tollitur, eo quod aboletur per Christum: sed vsque in hodiernum diem cum legitur Moses, velamen illorum cordi impositum est.

Symbolum velaminis exponit. nimirum quod Iudæi habeant velamen cordibus suis impositum. hoc est, maneant excæcati. Nam velamen non tollitur, nisi per Christum: quem ipsi extreme oderunt: adeo ut nomen ipsius ferre nequeant. Potest autem præsens pericopa hoc syllogismo concludi: Quicumque non agnoscunt Christum, in lectione legis, habent velamen impositum cordi suo, Sed Iudæi plerique in hodiernum diem non agnoscunt Christum. Ergo plerique Iudæi in hodiernum diem habent velamen cordi suo impositum. Maior probatur, quia velamen non tollitur nisi per Christum: Caro autem velamen illud est quo Mosi facies est tecta, Hæc, inquam, caro, hoc est, hypocritica & humana opinio de lege, non tollitur nisi per Christum, qui creditibus

dentibus dat spiritum sanctum, vt vere introspi-
ciant in legem, & eius scopum, qui est Christus
Iesus in iusticiam omni credenti.

Postquam autem conuerterit se ad
Dominum, tollitur velamen.

Quam diu velamen cordi maneat impositum
explicat, & simul ostendit quomodo tollatur.
Quia autem hic locus paulo obscurior est, cum
quia comparatio plena non est, tum quia simili-
tudinis nota non est adiecta, explicatius sensum
reddamus hoc modo, Quemadmodum Moses
auertens se à Domino ad populum, velamen ha-
buit super faciem suam, & rursus conuertens se
ad Dominum amouit velamen: Ita cor hominis
donec auersum fuerit à Domino, habet velamen
sibi impositum, verum mox vbi ad Dominum
conuersum fuerit, tollitur velamen: hoc est,
carnalis legis intelligentia, & Christus finis legis
agnoscitur: cuius spiritu regenerati homines in-
cipiunt Deo spiritualemente prestare obedientiam.
Locus obseruandus, quo docemur ad legis spiri-
tuale intelligentiam neminem peruenire posse,
priusquam ad Christum Dominum conuersus
fuerit.

Dominus vero spiritus ille est.

Ratio est a causa efficiente, cur conuerso ad
Dominum auferatur velamen: nempe quia Do-
minus

minus est, qui sui spiritus virtute cor hominis
 viuificat: vt non amplius sub litera velamine
 legis obtegatur, & in seruitute, & in ignorantia,
 & in timore hæreat.

Vbi autem spiritus Domini, illic li-
 bertas.

*Effectus spiritus in conuersis breuissime de-
 scribitur. Quicumque spiritus Christi per fidem
 fuerit particeps, is libertatem nactus à legis ser-
 uitate & timore est liberatus. Hunc locum ita
 explicandum esse, docet alius qui est Rom. 8. Non
 accepistis spiritum seruitutis rursus ad timorem,
 sed accepistis spiritum adoptionis. Cum ergo hic
 dicit Paulus, Vbi spiritus Domini, illic libertas,
 Libertatis vocabulo duplex beneficium intelligen-
 dum est: Unum, liberatio à seruitute legis, Al-
 terum, fiducia adoptionis: in quibus Christiana li-
 bertas sita est.*

Nos autem omnes relecta facie glo-
 riam Domini in speculo videntes, in
 eandem imaginem transformamur
 à gloria in gloriam, tanquam à Do-
 mini spiritu.

*Antithesis eius est quod supra dixit de Iu-
 daeis, quorum cor velamine in lectione veteris
 testamenti obtegitur est. Quemadmodum Mo-
 ses vertens se ad Dominum, eius gloriam relecta
 facie*

facie intuebu
 relecta faci
 rum quia
 gressus gr
 retexemu
 itaque a
 impedi
 non nostr
 hoc velat
 viribus e
 mur glori
 scilicet C
 terea,
 transfor
 etitas C
 Debemus
 tari, cum
 cum illo, e
 Ad hoc
 hoc est
 & nos
 tionis p
 Christi
 format.
 credent
 mus ho
 quanta
 nisteri
 tum est

*facie intuebatur : Ita nos in Christum credentes
 relecta facie in gloriam Domini intuemur. Ve-
 rum quia hic Pauli locus apertissime nobis pro-
 gressus gratiæ Dei in credentibus explicat, eum
 retexemus in certa quædam membra. Primum,
 itaque amouendum velamen cordis tanquam
 impedimentum salutis, monet. Deinde, quod
 non nostra virtute, sed gratia Christi tollatur
 hoc velamen, ne quis suæ salutis principium suis
 viribus attribuat, Tum quod conuersi intuea-
 mur gloriam Domini, sed in speculo limpidissimo,
 scilicet Christo Deo in carne manifestato: Præ-
 terea, quod is intuitus efficiat, vt Paulatim
 transformemur in eandem imaginem, ita vt san-
 ctitas Christi in nobis quodammodo refulgeat.
 Debemus proinde quotidiana incrementa medi-
 tari, cum in noticia Christi, tum in conformitate
 cum illo, quotquot de fide eius gloriari volumus.
 Ad hæc, vt transformemur à gloria in gloriam,
 hoc est, vt gloriæ Christi participes facti, fiamus
 et nos gloriosi. Deniq; causam huius transforma-
 tionis ponit spiritum Domini, hoc est, efficaciam
 Christi in nobis, qui suo spiritu nos paulatim trans-
 format. Obseruetur hic, finem Euangelij esse vt ei
 credentes recuperent Dei imaginem, quam pri-
 mus homo peccando amisit. Unde concluditur,
 quanta sit ministerij verbi dignitas: quod mi-
 nisterium recuperandæ imagini Dei destina-
 tum est.*

Capit

Caput IIII.

Summa capitis quarti.

VT suam fidem in prædicando Euangelio extollit Apostolus, Ita a diabolo omnes eos excæcatos pronunciat, qui ad Euangelij splendorem cæcutiunt. Et quia Euangelij ministerio adiuncta est crux, qua ea animi fiducia ferenda sit docet.

Ordo & partes capitis quarti.

Partes huius capitis quatuor sunt. Primum enim ostendit diligentiam suam in prædicando Euangelio, & per antithesin suam fidem in Euangelij negotio commendat Corinthijs. Secundo, exponit causas interitus impiorum, qui ad Euangelij splendorem cæcutiunt. Tertio meminit crucis & mortificationis quæ coniuncta est cum ministerio. Quarto loco est consolatio sub cruce. Hæc omnia vnicum scopum habent, nempe vt contra Pseudoapostolos suum ministerium defendat Paulus, vtque nos exemplo eius confirmati, intrepide in medijs ærumnis Christum prædicemus.

Exege-

Exege
olProp
hoc
sumu
mus
lanti
tes
ne
pud
coraEx
angeli, inf
ministerio
cepta fer
propter
tur. C
ministr
probra
vel san
brum et
nisterio.
entes vs
missum
callide

genijs hominum accommodando, suę securitatis et gloria causa. Hęc probra in se competere negat Apostolus : Sed contra quod manifestando veritatem commendauerit se omnibus , ad quorum conscientiam appellat in conspectu Dei. Hęc sancta gloriatio in eos nequaquam competit , qui cum inanis gloriae & ventris mancipia sint , se populari aurę accommodant, Sed solummodo in eos qui lectioni, doctrinę, & exhortationi pie sanctęque viuentes intendunt : qui gloriam Dei, & salutem auditorum querunt , qui nullis malis fracti segnescunt in ministerio , sed potius crucis stimulo ad fortius militandum in castris Domini excitantur.

Quod si obiectum est Euangelium nostrum, in ijs qui pereunt obiectum est.

Prolepsis est , Nam anteuertit obiectionem, quę contra dicta obijci poterat. Dixit se manifestasse Euangelium, quod inficiari poterant Pseudoapostoli, eo quod plerique Euangelio non crederent. Respondet ergo Apostolus per translationem causę, ac si dicat , Non est culpa Euangelij predicati, quod multi non credant: sed culpa auditorum, qui sponte ruunt in suum interitum, malicia sua impediti , quo minus aures suas uociferantium accommodent. iuxta illud : Cogitationes peruersę separant homines à Deo , & in animam

animam maliciosam non introibit sapientia, nec in corpore obærato peccato habitabit. Hæc fusius ad Ephes. 4. ab Apostolo tractantur.

In quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes incredulorum, vt ne resplendeat lumen Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei.

Causam ponit obdurationis infidelium, nimirum quod Deus huius sæculi, hoc est, sathan sensus infidelium excæcauit, ne claritas gloriosi Euangelij eos irradiet. Oratio Pauli ob imitationem Hebraismi obscurior est: quæ hoc modo Latine reddi potest: Quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes, id est, infidelibus, explicans nimirum quos supra vocauit ἀπειθόμενος pereuntes, nimirum eos, qui Euangelio non credunt. Duæ sectæ nempe Arianorum & Manichæorum, hoc Pauli loco abusi sunt, Illi quidem, vt Christo Domino veram diuinitatem adimerent: Hi vero vt suum dogma de duobus dijs, bono & malo stabilirent. Quorum obiectionem vt refutarent Hilarius, Irenæus, Augustinus, Chrysostomus, Ambrosius & multi alij, hoc in loco ἁέβητον dixerunt, & ita ordinandam verborum syntaxin contenderunt: In quibus Deus excæcauit sensus infidelium huius sæculi, & locum hunc de vero Deo interpretati sunt in

e 2 . dispu-

disputationum feruore, vt isto pacto declinarent obiectiones hæreticorum. Verum hoc refugium pugnat cum mente Apostoli. Quare in hunc modum collatis pluribus locis respondere potuisset. Diabolus Ioan. 12. dicitur princeps huius sæculi, Et venter Philip. 3. dicitur Deus auarorum concionatorum, in quibus locis manifesta est κατά-
 ρησις. Dicitur autem venter Deus, & Sathan princeps huius sæculi, Item Deus huius sæculi, respectu infidelium, qui ventris & Sathanæ imperata faciunt.

Non enim nos ipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum, nos vero seruos vestros per Iesum.

Hæc ratio pertinet ad primam pericopam huius capituli. Probat enim cur non deficiat in Euangelij ministerio, nec dolo tractet sermonem Domini, sed manifestatione veritatis commendet se apud omnem conscientiam hominum coram Deo. Non enim, inquit, nos ipsos prædicamus: hoc est, non studemus populari auræ & ostentationi, vt eminere supra alios videamur: sed prædicamus Iesum Christum Dominum, vt is solus emineat salutis autor, dum omnem nostrum laborem eo destinamus, vt abolito regno Diaboli adifcetur corpus Ecclesiæ in Christo. Quod autem addit, nos vero seruos vestros propter Iesum: præsumptio est. Nam obiectioni Pseudoapostolorum
 respon-

respondet, qui poterant querere, cur tam multa de se prædicet? Respondet, prædicamus nos seruos Ecclesie propter Iesum: hoc est, vt ipsius regnum propagetur ac multi per ipsum saluentur. Hic locus multas admonitiones suppeditat: Primum enim discernit inter duplices ministros Evangelij, sinceros & insinceros, Illi Christum prædicant Dominum & ipsius solius gloriam querunt: Hi se ipsos prædicant, dum quouis modo suæ gloriæ aut lucro student. Deinde significat pastoris fidelis officium esse, vt ab omni dominandi cupiditate alienus sit, nihilque magis in votis habeat, quam vt seruiat Ecclesie, cuius seruum se existimet esse non dominum. Tertio, quam angusta sit hæc seruitus cogitandum, Nam eo destinatur hæc seruitus, vt mysteria regis regum, & Domini dominantium tractet & ea dispenset pro Domini arbitrio. Etsi igitur ministerium verbi seruitus hic dicitur: tamen omni dominatu mundi est potior. Præterea populus hic discat recte de ministris sinceris indicare. Non enim ab externa specie, sed ex maiestate Domini à quo missi sunt, & ab officij excellentia eos æstimare debet: Qui ergo hos ministros contemnant, maiestati Domini derogant, officij excellentiam non perpendunt, Imo, quod grauissimum est, ipsum Dominum spernunt, iuxta illud: Qui vos spernit me spernit.

Quoniam Deus qui dixit è tenebris lumen splendescere, idem illuxit in cordibus nostris ad illuminationem cognitionis gloriæ Dei, in facie Iesu Christi.

Efficaciam ministerij Apostolici per comparisonem ostendit. vt olim Deus è tenebris lucem splendescere fecit, dicens: Fiat lux, & facta est lux, Ita hodie lumen accendit cognitionis Dei in cordibus ministrorum, vt alijs eadem cognitio luceat per prædicationem Euangelij, quo possint in faciem Christi amabilem fidei oculis intueri. In dicto, Ad illuminationem cognitionis gloriæ Dei, Hebraismus est, id est, ad præbendum lumen quo gloriam Dei cognoscant in facie Iesu Christi. Atque ita alludit ad collationem faciei Moysis & Christi, de quibus supra. Deinde, obseruetur hoc loco, quod vt tenebræ ante lucis formationem fuerunt typus tenebrarum, id est, ignorantie quæ erat secutura in hominibus post lapsum: Ita lux sequens fuit typus spiritualis lucis, id est, cognitionis Christi, quæ futura erat per Euangelij prædicationem.

Habemus autem thesaurum hunc in fictilibus vasis, vt excellentia virtutis sit Dei, & non ex nobis.

*Vt hætenus dignitatem ministerij extulit:
Ita*


Ita nunc de ministrorum fragilitate & cruce agit : Est autem huius propositionis sensus : Nos qui ministri sumus Euangelij, quibusque commendauit hunc thesaurum Dominus, obnoxij sumus varijs infirmitatibus, & non secus atque testacea vasa corruptioni obnoxij sumus, & iniuriæ omnium hominum expositi. sumus enim contemptibiles & inglorij coram mundo. Idque ideo fit, vt tota gloria virtuti diuine accepta feratur, & non nobis. Hic ergo discamus discernere inter thesaurum ipsum, & vas in quo conseruatur thesaurus, ne propter vasis contemptum thesaurum quoque aspernemur. Deinde quod virtus non proficiscatur à vase sed à thesauro, qui à vase depromitur.

Quando in omnibus premimur, at non anxij reddimur : laboramus inopia, at non destituimur : persecutionem patimur, at non deserimur : deijcitur, at non perimus.

Propositionis probatio est per enumerationem specierum, & quatuor exempli gratia recenset : pressuram, inopiam, persecutionem, & contemptum. sed his se minime victum pronunciat, exemplum nobis relinquens, ne nos arumnis fracti stationem nostram in castris Domini deseramus. Vocabulum στενοχωρούμενοι, quod angustiamur

e 4

reddidit



reddidit *vetus* interpres. nonnulli, coarctamur, et quidam, *Anxij* reddimur : proprie dicitur, cum alicui euadendi locus propter circumstans periculum non pateat.

Semper mortificationem Iesu Christi in corpore circumferentes, vt etiam vita Iesu in corpore nostro manifesta fiat.

Hoc est, quocumque venimus parata est nobis afflictio, tanquam eam nobiscum circumferemus. Vocat autem hic crucem mortificationem Iesu Christi propter tria : Primum, quia cruce Apostoli reddebantur conformes imaginis filij Dei. Deinde, quia propter Christum ea cruce premebantur. Tertio, quia quicquid membra Christi patiuntur in hac vita, Christo quadam ratione competit. Quid cruci adiunctum sit, subiungit consolationis gratia, cum ait : vt vita Iesu in nobis fiat manifesta. hoc est, quod euadimus è mille periculis, id non à nobis proficiscitur, sed ex virtute Christi qua conseruamur in hac vita donec ipsi visum fuerit. Hic obseruetur ministrorum verbi, atque adeo omnium piorum conditio, videlicet quod quotidianis, vt ita dicam, mortibus obnoxij sint : Obseruetur quoque consolatio in his periculis, quæ in Christi vita posita est : qui & in hac vita nobis sua virtute aderit, modo ex fide ipsum inuocemus, Et olim glorificabit

bit nos, modo hic cum illo compatiamur. Qui enim cum illo patiuntur, cum illo quoque glorificabuntur, Rom. 8.

Semper enim nos qui viuimus in mortem tradimur propter Iesum, vt etiam vita Iesu manifesta fiat in mortali carne nostra.

Expositio est superioris sententiæ. Quid enim per mortificationem intelligat, exponit. Est enim mortificatio Iesu Christi, tradi in mortem, id est, mortis pericula propter Euangelium Iesu, in quibus periculis vita Iesu se manifeste declarat, dum sua virtute à mortis periculis suos seruos liberat. Vocat autem carnem mortalem, non propter omnibus communem mortis conditionem, sed propter mortificationem per crucem, cui exposita est.

Itaque mors in nobis agit: vita autem in vobis.

Conclusiuncula est ex superioribus collecta, cuius sensus est: nos verbi ministri affligimur, & quotidie mortis periculo exponimur, verum hæc nostra mors in vestrum cedit commodum, dum per prædicationem Euangelij vitam in Christo consequamini, & salutem.

Habentes autem eundem spiritum fidei,

dei, secundum id quod scriptum est :
Credidi propter hoc locutus sum.
& nos credimus, propter quod & lo-
quimur.

*Causam reddit cur Apostoli tantis periculis
se exponant : nimirum, quia fidem Christi ha-
bent, cuius impulsu loquuntur de Christo ac
ipsum coram mundo confitentur. Rationem hanc
exemplo Dauidis confirmat, qui tametsi grauif-
sima pericula, persequente se Saule, quotidie ex-
periri coactus erat : Tamen spiritus afflatu &
dono animatus inuictum se præbuit. Est autem
spiritus fidei, fides ipsa, quæ afflatu & dono spi-
ritus contingit. Obseruetur hic vis viuæ & ger-
manæ fidei, quæ non sinit hominem torpere ocio
& ignauia, sed eum ad officium alacriter præ-
standum excitat.*

Scientes quod qui suscitauit Domi-
num Iesum, & nos per Iesum susci-
tabit, & sistet vobiscum.

*Quid fides in cruce & persecutione spectet, &
vnde summam consolationem capiat, declarat.
Respicit enim fides sub cruce ad gloriam resur-
rectionis. Nam quemadmodum mors Christi
fuit quidam ad gloriam transitus : Ita illi qui
Christum fide possident, & iam eius sunt mem-
bra effecti, per crucem transibunt ad gloriam.*

Omnia

Omnia enim propter vos , vt gratia abundans pluribus gratias agentibus , redundet in gloriam Dei.

Ratio hæc non ad proxime præcedentem sententiam , sed ad superiorem , qua dixit se fidei impulsu loqui , referenda est. Estque sumta à fine patientiæ Apostolorum in afflictionibus : Omnia, inquit, propter vos, scilicet facimus & sustinemus, vt gratia Christi per prædicationem nostram pluribus innotescat , & multi ad agnitionem veritatis adducti gratias Deo agant , ac vna nobiscum Deum glorificent.

Propter quod non deficimus, sed etiam si externus noster homo corrumpitur , internus tamen renouatur quotidie.

Conclusio est ex superioribus collecta , Ministerium nostrum CHRISTVM Dominum prædicat : virtute Dei efficax est , spectat eo vt præbeat lumen cognitionis Dei , quo in amabilem faciem Christi intueri liceat , Spem habet adiunctam immortalis gloriæ , Denique fructum copiosum profert , adeo vt multi conuersi Deo agant gratias ipsamq; glorificent. Ergo in ministerio nostro propter quotidianas ærumnas non deficimus, magis ignaui & segniores facti. Huc occupatio-



cupationem cum correctione addit : Sit sane quod externus noster homo corrumpitur, Internus tamen quotidie renouatur, & nouas tandem vires acquirit per gratiam Dei, vt oneri non succumbat. Etsi autem quid sit hic externus homo & quid internus à quibusdam ambigitur : Tamen qui propius peristasin loci examinat, ambigere non potest. Quidam externum hominem sensitiuam naturam intelligunt, & internum intellectualem interpretantur, quorum opinio confutatione indigna est. Nam loci circumstantia satis conuincit, externum hic hominem dici quicquid hominum iniuriæ obnoxium est, seu quicquid spectat ad presentem hanc vitam conseruandam : & contra, Internum esse quicquid facit ad conseruationem cælestis vitæ, vt spiritus sancti gratia, fides, & ardens colendi Dei studium. Ut enim duplex vita est, Terrena & Cælestis : Ita duplex est eius conseruandi ratio. Ponitur autem hic hominis vocabulum pro adiuncto per Metonymiam, & Epitheta : Externus & Internus, ad distinctionem vitæ vtriusque referri debent,

Leuitas enim afflictionis nostræ supra modum momentanea, æternum supra modum pondus gloriæ operatur in nobis, dum non spectamus ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur. Nam quæ videntur temporalia sunt

sunt

sunt: quæ autem non videntur, æterna.

Ratio conclusionis à comparatis sumta. Mala quæ in hac vita ferunt pij, sunt momentanea: Bona autem quæ expectant, sunt æterna. vt ergo leuiter ferenda sunt illa mala, quæ æterna comitabitur gloria: Ita nequaquam propter vllas ærumnas deficere oportet in Euangelij ministerio. Locus hic in omnibus ærumnis maximum vsum habet. Monet enim vt oculos ab ijs quæ videntur auertamus, & sursum mentes nostras erigamus, omnemq; nostram cogitationem ad æternam cælestis regni fruitionem conuertamus. Ita longe aliud obiectum est oculi fidei & interni hominis, quam oculi carnis & externi hominis. Porro cum Apostolus hic dicit patientiam afflictionum operari pondus gloriæ, non de merito gloriæ agit, sed de itinere quo ad gloriam peruenitur. Deinde loquitur tantum de afflictione filiorum Dei, quorum est hæreditaria gloria, non de impijs, quorum afflictio veluti præludium est ad æterna supplicia, nisi resipiscant.

Caput V.

Summa capitis quinti.

*S*pe immortalitatis in ærumnis huius vitæ solatur Apostolus verbi præcones, vnde & ad officium



officium diligentius præstandum adhortans, testes
sue sinceritatis in Euangelij ministerio ipsos Co-
rinthios statuit : Cuius rei causas cum reddit, in
summam doctrinæ Apostolicæ de reconciliatione
per Christum delabitur.

Ordo & partes capituli quinti.

Partes huius capituli quinque sunt : Quarum
prima, est expositio allegorica eius spei, cuius in
fine quarti meminit. Secunda, illatio est obe-
dientiæ suæ erga Deum in ministerio. Nam im-
mortalitatis spe se rapi ait ad omne obsequi-
um Deo præstandum, & ad quiduis ferendum :
id quod nonnullis rationibus confirmat. Ter-
tia, prouocatio est ad conscientias Corinthio-
rum, quibus manifesta fuit Pauli sinceritas
in ministerio Euangelij. Quarta, remotio est ar-
rogantiæ aduersus Pseudoapostolos, cui plures
adhuc rationes subiicit suæ in ministerio diligen-
tiæ. Quinta, vniuersalis doctrina est de Recon-
ciliatione & beneficijs Christi, in quam doctri-
nam per occasionem delabitur. Nam cum in
confirmatione dixisset, Apostolis datum esse mi-
nisterium reconciliationis, oportune fertur in
reconciliationem nostri cum Deo describendam.
Porro harum partium vnus est scopus, nempe
vt

vt ministri Euangelij considerata immortalitatis
spe, & officij sui dignitate, confidentius in huius
mundi ærumnis Christum doceant.

*Exegetis V. capitis, cum
observatione doctrina-
narum.*

Scimus enim quod si terrestris no-
stra domus tabernaculi dissoluatur,
ædificium ex Deo habemus, domum
non manufactam, æternam in cælis.

Ratio est eius quod in fine quarti habetur. Il-
lic enim ait : quæ videntur temporanea sunt, quæ
autem non videntur æterna. Utrumque hic pro-
bat pulcherrima allegoria, qua pingit statum v-
triusque vitæ, præsentis scilicet & futuræ. Erit
autem collatio illustrior, si sublata hypallage qua
Paulus hic usus est, antithesin hoc modo digera-
mus. Scimus quod si tabernaculum terrena
nostra domus dissolutum fuerit, ædificium ex
Deo habemus, domum non manufactam & æter-
nam in cælis. Tabernaculum (per quod significa-
tur corpus nostrum mortalitati obnoxium. nam
vt tabernaculum est fragilis & caduca structu-
ra, ad breue tempus in peregrinatione extructa :
Ita

Ita corpus nostrum imbecille vt caducum est)
 opponitur ædificio (per quod significatur corpus
 nostrum immortalitatis gloria donatum) id est,
 firmæ structuræ, quæ immoto nititur fundamento.
 Deinde terrestris domus (ita enim definitur ta-
 bernaculum ab Apostolo) est , vt ex antithesi
 colligitur , quæ ab homine est , quæ manufacta
 est, quæ temporanea est, & quæ in terra est, Hac
 opponitur domui quæ à Deo est, quæ non manu-
 facta est, quæ æterna est, quæ cœlestis est. Verum
 notandum est, has differentias corporis mortalis
 & immortalis non sumi à substantia, sed à qua-
 litate . quemadmodum I. Corinth. 15. manifeste
 docet Apostolus : & Articulus fidei nostræ de
 carnis resurrectione conuincit. Dicitur ergo cor-
 pus nostrum vbi immortalitatem induerit, non
 manufactum, æternum & cœleste, non substan-
 tia, sed gloria & immortalitate. Verum cum
 hanc consolationem certæ scientiæ de futura im-
 mortalitate testificatione præmuniat, vult nos
 Apostolus oculos auertere à carnis sensu ad co-
 gitationem certitudinis de nostra immortalitate,
 qua ornabimur excitatis corporibus nostris in ex-
 tremo die. Sunt autem quinque certitudinis cau-
 sæ de resurrectione nostrorum corporum. Quarum
 prima obscurior est, quæ in figuris est posita, vt
 in excitatione Adæ a somno & in translatione
 Enoch. Secunda est in signis, quæ sunt duplicia,
 Naturalia & sacramentalia. Naturalia quæ in
 ipsa

2.
 in excitatione
 Adæ a somno
 & in translatione
 Enoch.

ipsa natura conspiciuntur, cuius generis est illud
 I. Corinth. 15. de grano coniecto in terram &
 mortuo, quod rursus viuificatur : Sacramentalia
 signa sunt baptismus & cœna Domini : Hæc
 enim externa sigilla sunt resurrectionis mortuo-
 rum. Tertia est promissio filij Dei qui promisit se
 nos excitaturum in extremo die, & daturum vi-
 tam aeternam. Quarta est promissionis confir-
 matio per iurandum Domini: Amen Amen,
 ait, dico vobis, Qui credit in me, non peribit, sed
 habebit vitam aeternam. Quinta est fundamen-
 tum & causa nostræ resurrectionis, quæ est re-
 surrectio Iesu Christi Domini, de qua copiose Pau-
 lus I. Corinth. 15.

Nam & in hoc suspiramus domici-
 lio nostro, quod è cœlo est, superin-
 dui expetentes : siquidem etiam in-
 duti non nudi reperiemur.

Confirmat quod dixit à votis & suspirijs pio-
 rum. pij enim expetunt superindui domicilio cœ-
 lesti, id est, donari immortalitatis gloria, vt qui
 iam prius in hac vita non nudi, sed induti inue-
 niantur. Sed quæ nam est illa vestis qua nos
 vestitos esse oportet? Paulus Galat. 3. dicit.
 Quotquot in Christum baptizati estis, Christum
 induistis. Prima ergo vestis est, quod abluti
 sanguine Christi eius merito vestiamur, quo no-
 stra peccata teguntur iuxta illud : Beati quorum

f

tecta



■ *tecta sunt peccata. Secundo, vestimur Christi iusticia. Nam vt victima sua peccatum expiauit. Ita obedientia sua nos iustos reddit. vt enim per vnus in obedientia multi constituti sunt peccatores: Ita per vnus iusticiam multi constituentur iusti. Tertio, vestimur Christi presentia, qua nos regit et consolatur. Quarto, vestimur sanctificatione spiritus Christi qua sanctificati Deo obedire statuimus. atque ita bonis quoque operibus nos vestiri oportet, qua si abfuerint, superiora quoque vestimenta abesse necesse est. Sunt enim bona opera germanae fidei perpetuus fructus: cum his congruit quod Matth. 22. de veste nuptiali dicitur: Nam tametsi illam vestem alij aliter exponunt: Tamen thesis ad quam reprehensio eius, qui vestem nuptialem non habuit, accommodatur, manifeste conuincit eam vestem sanctificationem nostri esse ad quam vocamur. Ut enim vetus noster homo cum inquinamentis suis exuendus est: Ita noua vita est meditanda, vt vestitus tam honorifice vocationi respondeat. Neq; hoc pugnat cum gratuita iustificatione. Nō enim ad iustificationis causas, sed ad qualitatem iustificatorum referendum est. Ut enim fieri non potest, vt bona arbor fructum bonum non edat: Ita impossibile est à iustificatione separari sanctificationem, tametsi res sint diuersae. Quotquot inquit Paulus, spiritu Dei ducuntur, ij sunt filij Dei. Item, si secundum carnē vixeritis, moriemini: sed si spiritu actiones corporis mortificetis, viuetis. Ete-*

Etenim qui sumus in hoc tabernaculo suspiramus grauati, eo quod non exui volumus, sed superindui, ut absorbeatur quod mortale est à vita.

Ἐπεξεργασία est: Quod enim in superiori versu obscurius dixerat, hic apertius exponit. Allegorix huius hic sensus est, Nos qui varijs arumnis in hac vita grauamur, aspiramus quidem ad immortalitatem, ut corpus nostrum ex mortali cæleste & immortale fiat: Verum id ita fieri expetimus, ne mortis sensus intercedat, sed subita quædam fiat transformatio: in qua vita mortem sine mali sensu absorbeat. Quemadmodum in Enoch & Elia factum est. Significatur ergo hoc loco, qualis sit colluctatio carnis & spiritus etiam in ipsis sanctis.

Qui autem condidit nos ad hoc ipsum, Deus est, qui etiam dedit nobis arrabonem spiritus.

Confirmatio à fine creationis, ab autore & à testimonio spiritus sancti: Deus creauit nos ad immortalitatem, Ergo aliquando immortalitate donabimur. Cum enim Deus sit omnipotens, haud dubie præstabit, quod olim promisit. Spiritus sanctus est immortalitatis pignus, quem nos Apostoli habemus. Ergo vere eandem aliquando nos adipiscemur. Obseruādus locus, quod dona spiritus

f 2

in hac



in hac vita sint arra quædam immortalitatis. Est enim arrabo pacti symbolum, seu pignus datum in certitudinem rei promissæ. Genes. 38. Si dederis arrabonem donec miseris. Unde ad Ephesios primo: Obsignati estis spiritu promissionis sancto, quæ est arrabo hæreditatis nostræ, id est, qui spiritus sanctus datus est in certitudinem hæreditatis.

Confidentes igitur semper & scientes, quod habitantes in corpore peregrinamur à Domino (per fidem enim ambulamus, & non per aspectum) confidimus, inquam, & libentius optamus peregrinari à corpore, & habitare apud Dominum.

Quid efficiat in sanctis arrabo spiritus, infert. Efficit autem in sanctis ardentem affectum deponendi hoc mortale corpus & induendi immortalitatem. Ἐαῖ ἡσυχῶντες enim dicuntur, qui præsentis sunt animo, id est, quieto & ad sustinenda quæuis pericula parato, propterea quod de felici exitu nihil dubitent. Huius affectus duplicem causam subiungit. Unam, quia hic tantum fidei oculis cælestem gloriam videmus: Illic vero claram Domini faciem intuebimur, Alteram, quia hic in peregrinatione procul à patria vagamur: Illic deposita mortalitate perpetuo cum Domino habitabimus. Hic affectus Apostoli breuius ad
Philip.

Philip. exprimitur, his verbis : Cupio dissolui & esse cum Christo.

Quapropter etiam contendimus, siue incolentes siue migrantes, ut illi accepti simus.

Iam infert ex immortalitatis spe, se paratum esse ad obsequium Deo præstandum, cum in hac vita tum in migratione ab hac vita. Contendimus (pro quo Paulus habet φιλοτιμούμεθα) proprie est magno studio conari quippiam efficere. Significatur ergo his Pauli verbis, quam ardens studium in pijs esse debeat approbandi Deo totam suam vitam : A quo studio qui alieni sunt, frustra de fide Christi gloriantur, frustra Christianum nomen prætendunt.

Omnes enim nos manifestari oportet coram tribunali Christi, ut reportet vnusquisque quæ per corpus facta fuerint, prout fecerit siue bonum siue malum.

Ratio est ardentis in Apostolo studij approbandi se Deo, sumta à præmio obedientiæ & pœna inobedientiæ. Ponit autem hic generalem sententiam iudicis Christi, coram quo sisti debent duo hominum genera, pijs nimirum & impijs. Illis quidem reddet immortalitatis gloriam : His vero ignominiam & confusionem perpetuam. Por-

ro cum hoc loco abutuntur Papistæ ad stabilien-
dam operum iusticiam, perperam confundunt cau-
sas iustificationis, & qualitatem iustificatorum.
Hic enim Paulus non disputat de causis iustifi-
cationis & salutis, sed tantum indicat quales-
nam sint quibus salus aut damnatio contingit.

Scientes igitur terrorem Domini,
hominibus suademus, Deo autem
manifesti sumus. Speramus autem &
in conscientijs vestris nos manife-
stos esse.

Ex iudicij Domini expectatione concludit,
quam acre sit suum studium ad obedientiam Deo
præstandam in suo ministerio. Ponit autem hu-
ius obedientiæ partes tres. Primam, suadere
hominibus, manifesto Hebraismo est homines
per prædicationem Euangelij ad fidem adduce-
re. Ponitur enim hic *πιστευειν* pro participio
præsenti à verbo *ἠπιληθαεμιν*, id est, facere
credere, seu ad fidem adducere. Secundam,
manifestari Deo, hoc est, Deo approbari, idque
per Metalepsin, scilicet per eam fidem quam
alijs prædicauit. Tertiam, manifestari in con-
scientijs hominum, hoc est, homines habere cer-
tum ministerij Apostolici testimonium, quo-
rum conscientia testis est fidei in ministerio præ-
stitæ. Ex hoc ergo colligimus, tres partes statui
posse obedientiæ ministrorum, atq; adeo piorum
omnium

omnium. Quarum prima est, quæ hic secundo loco ponitur, pietas erga Deum. Nam fides reliquas virtutes, quæ ad pietatis complementum pertinent, habet comites. secunda quæ tertio loco ponitur, est approbare se hominibus, vt apud eos bonam conscientiam bene actæ vitæ habeat. Tertia est, quæ primo loco ponitur, acre studium præstandi ea, quæ ad cuiusque officium pertinent. vt enim hic Paulus in Euangelio laborat strenue: Ita suo exemplo alios ad acre vocationis studium hortatur. vocat autem hic iudicium Domini terrorem, per metonymiam, & effectum iudicij in ijs omnibus qui Deo non obtemperant.

Non enim rursus nosipfos commendamus vobis, sed occasionem dantes gloriationis de nobis, vt habeatis (scilicet quod dicatis) aduersus eos, qui in facie gloriantur, & non in corde.

Cur tantopere suum studium in Euangelij ministerio extulerit Apostolus, exponit, Ac primum negat se id inanis gloriæ causa fecisse, quemadmodum calumniabantur Pseudoapostoli. Deinde affirmat id factum esse, vt sua autoritas salua maneret apud Corinthios, præsertim propter eos, qui externis laruis & fucata eloquentiæ pompa, non autem vera pietate apud Corinthios gloriabantur. Nam istorum vanorum

f 4

homi-

hominum iactantiae ardens Pauli studium in ministerio, vera pietas & sinceritas opponitur, ad refrenandam Pseudoapostolorum arrogantiam. Cum ergo de ministrorum verbi laudibus agitur, praeferrantur sinceri, docti, industrij gloriosis, garrulis & pigris, quorum cura gloria & ventris est praecipua.

Nam siue insanimus, Deo insanimus: siue sani sumus, vobis sani sumus.

Ratio est superioris dicti. Cuius sensus est: Siue insanimus, id est, vestro iudicio insanire videmur, dum scilicet nostram diligentiam in officio extollimus, Id certe non facimus, vt nos extollamus, sed vt in vnius Dei gloriam cedat nostrum ministerium. Siue sani sumus, id est, simpliciter facimus officium sine omni diligentiae nostrae commendatione. Vobis sani sumus, id est, eo pertinet nostra industria, vt vos salutem per nostram praedicationem consequamini. Ad hos ergo duos fines tendat ministrorum verbi labor, Primum, vt soli Deo tribuatur gloria. Deinde, vt multi ad salutem adducantur. Praeterea, cum Paulus hic dicit, Insanimus, & sani sumus, sciendum est quod loquatur ex hypothese eorum quibus scribit.

Charitas enim Christi constringit nos iudicantes illud.

Hoc

Hoc est, quod omnia nostra ad Dei gloriam
& Ecclesie ædificationem referenda statui-
mus, efficit in nobis cogitatio illius summi amo-
ris, quo Christus nos complexus est, & quem sua
morte nobis est testatus. Constringendi vocabu-
lo significat aliter fieri non posse, quam vt in ob-
sequium Christi totum se addicat, quisquis vere
reputat quantus fuerit amor Christi, qui se in
mortem pro peccatoribus tradiderat.

Quod si vnus pro omnibus mortuus
fuit, Ergo omnes mortui fuerunt.

Testificatio est charitatis Christi. Ponit au-
tem propositionem loco totius argumenti. Si vnus
Christus pro omnibus mortuus est, omnes fue-
runt mortui, id est: mortis sententiæ subiecti. At-
qui Christus est mortuus pro omnibus, Ergo om-
nes fuerunt mortui. Proinde maximam fuisse
charitatem oportet, qua motus voluntariam mor-
tem pro omnibus subierit Dominus. Maioris
consequentia à destinato ad finem probatur,
Nam ideo mortuus est Christus pro omnibus, vt
omnibus vitam impertiret. Cum ergo omnes
opus habuerunt, vt vitam per mortem Christi re-
ciperent, sequitur omnes mortuos fuisse.

Et quidem pro omnibus mortuus
est, vt qui viuunt posthac non sibi vi-
uant, sed ei qui pro omnibus mor-
tuus est, & resurrexit.

f 5

A fine

A fine mortis Christi probat Apostolus, cur Deo in omnibus acceptus esse studeat. Christus mortuus est, ut nos noua donemur vita, Ergo iam uiuificati per fidem Christi debemus totam nostram vitam Christi obsequio subijcere. Obseruetur hic antithesis, sibi uiuere, & Christo uiuere: quæ duo non possunt simul stare. Qui enim sibi uiuit, Christo non uiuit: & qui Christo uiuit, sibi non uiuit. Ut autem sibi uiuere dicitur, qui nondum regeneratus secundum φεβονμα carnis uiuit: Ita Christo uiuere dicitur, qui renunciatis carnis concupiscentijs vitam piam, iustam, & modestam meditat. Breuiter: Qui secundum carnem uiuit, sibi uiuit: Qui secundum spiritum uiuit, Christo uiuit. Vide Rom. 8. Hic locus aperte docet, sanctificationem à iustificatione nequaquam separari posse.

Itaque nos posthac neminem nouimus secundum carnem.

Quia is solus agnoscendus est uiuere, qui Christo uiuit, infert Apostolus se externam apparentiam hominum non suspicere, & nullam vitam, nullas actiones, nullas deniq; virtutes agnoscere in ijs, qui adhuc in carne degunt, non regenerati per Christi gratiam, ac noua vita per Christum donati. Hic locus manifeste docet nullas veras virtutes in nondum renatis esse, sed tantum laruas quasdam, & virtutum mortua simulachra.

Quod

Quod si etiam secundum carnem nouimus Christum, iam non amplius nouimus.

Per Communicationem loquitur Apostolus. Est autem horum verborum sensus: Christus ad tempus conuersatus cum Apostolis ab eis aestimatus est, ut homo aliquis excellens: At nunc non tantum homo excellens, sed filius Dei sedens ad dexteram patris agnoscitur. Carnis uocabulum quemadmodum paulo antea, ita & hic non pro substantia, sed pro qualitate, & externa specie accipitur. Quare Seruetus impie abusus est hoc loco ad probandum, humanam naturam in Christo à diuinitate absorptam esse.

Proinde si quis in Christo, noua creatura sit.

Conclusio ex superioribus collecta: Si quis in regno Christi ciuis uult haberi, & uere esse, sit noua creatura, hoc est, regeneratus per spiritum Christi sit nouus homo, & uiuat secundum nouam uitae conditionem, ac studeat Deo semper acceptus esse. Damnatur hic quicquid est in homine ante regenerationem.

Vetera præterierunt, Ecce noua facta sunt omnia.

Cur in regno Christi sola creatura noua locum habeat, uaticinio Prophetico ostendit. Prophetæ enim

enim cum de regno Christi loquuntur, conferunt illud cælo nouo & terra noua, vt Esai. 65. Ecce ego creo cælum nouum & terram nouam, & non erunt in memoria priora. Et 43, Ne recordamini priorum, & antiqua ne memoretis. Quibus vaticinijs significatur cum conditio piorum in regno Christi in hac vita, tum status rerum post iudicium.

Omnia autem sunt ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Iesum Christum, deditq; nobis ministerium reconciliationis.

Aliud argumentum obedientie Apostoli in ministerio. Omnia sunt ex Deo, Igitur omnia in ipsius gloriam cedere par est. Proinde cum nobis commiserit ministerium Euangelij, decet vt in eo annunciando minime simus ignaui. Ut autem ostendat omnia ex Deo esse, proponit summum & maximum beneficium, nimirum quod Deus nos reconciliauerit sibi per Iesum Christum. Porro quomodo Deus nos reconciliarit sibi, paulo post Apostoli verbis significatur. Quod autem vocat ministerium Euangelij reconciliationis ministerium, duo indicat, Primum, quod omnes qui non sunt participes Euangelij, sint adhuc sub ira Dei & damnatione. Alterum, quod Euangelium nobis offerat reconciliationem, quam fide sola recipimus.

Quoni-

Quoniam erat Deus in Christo mundum reconcilians sibi, non imputando eis peccata ipsorum.

Dixit Deum nos sibi reconciliaſſe. Iam modum quem in fine capituli apertius declarat, exponit. Reconciliauit autem nos sibi Deus hoc modo: Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians. hoc eſt, Deus pater, qui vnus eſt eſſentia cum filio, iuxta illud: Ego in patre, & pater in me, nos sibi reconciliauit interceſſione filij. Verum ſi queris, cur pater non mediator dicatur, cum ſit reconciliator? Reſpondeo: Reconciliauit nos sibi per mediatorem, qui eſt vnus Ieſus Chriſtus. Nam tametsi vt inſeparabilis eſt & indiuiſa vnitas ſubſtantie trium perſonarum, Ita & operatio: Tamen nec confundendus eſt ordo perſonarum, nec ſingularum proprietates in ſalutis myſterio eſt tollenda. Pater, Filius, Spiritus ſanctus, hoc eſt, tota trinitas sibi mundum reconciliauit, ſed Pater mittit Filium, vt ſit propitiatio pro peccatis, iuxta primam promiſſionem: Semen mulieris conteret caput ſerpentis, Filius miſſus, propitiatio eſt facta, Et Spiritus ſanctus hanc propitiationem obſignat, cuius propitiationis effectus eſt, quod Deus non imputet peccata ijs, qui in Chriſtum credunt, Quemadmodum Roman. 3. & 4. fuſius declaratur. Recte ergo dicitur, Reconciliauit nos tota trinitas, ex virtutis

virtutis usu, dum peccata delet: sed filius solus
 ἁλῶν & impletione obedientiæ. ut enim per
 ἁλῶν satisfactum est pro peccato, Ita obedientia
 Christi, qua implevit ipse legem, imputatur cre-
 denti, Unde homo reconciliatus Deo, acceptus
 fit illi, & habetur iustus. Unde plenissima con-
 ficitur reconciliationis definitio, quæ alias iusti-
 ficatio dicitur, nempe, quod sit credentis personæ
 in Christum absolutio à peccato, imputatio iusti-
 ciæ Christi, & acceptatio ad vitam æternam
 gratis propter Christum.

Et posuit in nobis sermonem recon-
 ciliationis.

Repetit quod supra dixit de dignitate Euan-
 gelij. Unde si legationis vocem mutuumur ex se-
 quentibus, hanc Evangelij definitionem extruere
 licebit. videlicet, quod Evangelium sit legatio Chri-
 sti, per quam pax annuntiatur & reconciliatio
 mundi cum Deo. ex quo intelligi vult Apostolus
 quanta industria, quanta vigilantia, quanta sin-
 ceritas in ministris Evangelij requiratur, quibus
 tanta legatio commissã sit. Confutantur hic En-
 thusiastæ, qui verbum vocale contemnunt. Refu-
 tantur etiam Papiætæ, qui in complementum do-
 ctrinæ salutis adiici volunt humanas traditiones.

Itaq; pro Christo legatione fungi-
 mur, tanquam Deo exhortante (vos)

per

per nos , rogamus pro Christo , re-
conciliamini Deo.

*Infert ex dictis quanta sit Euangelij dignitas :
ex qua etiam concluditur , quanta requiratur in
ministris fides & sinceritas. Sunt autem in hac
pericopa quatuor propositiones, quae & doctrinam
maximam & admonitiones vtilissimas nobis
proponunt. Prima, ministri verbi pro Christo le-
gatione funguntur. Ex hac propositione sequentes
hypotheses collige : primam, summam esse digni-
tatem ministerij Euangelij : Secundam, summam
requiri fidem in ea legatione. Tertiam, non li-
cere nisi legantis Christi verba afferre. Quar-
tam, audiendos esse hos legatos tanquam Chri-
stum ipsum. Quintam, ministros Euangelij de-
bere habere legitimam vocationem. Nulli enim
legatum agere licet, nisi ab aliquo mittatur. Sex-
tam, non esse Christi legatos, sed criminis stellio-
natus reos, qui aliud annunciant, quam quod ore
suo locutus est Dominus. Secunda propositio, De-
us tanquam exhortatur seu precatur auditores
Euangelij, non quod Deus reuera percetur, sed tan-
quam precetur, idq; in ministrorum persona. Hinc
primum admoneantur ministri verbi qua oportet
animi praesentia et fortitudine legatione commissa
fungi. Non enim suum negocium agunt, sed Dei.
Contemnitur ergo Deus, quando ministrorum ver-
bi vox contemnitur, iuxta illud : Qui vos spernit
me sper*



me spernit. Admoneantur etiam ministri Euangelij non scurriliter agere, non ἀπεροσδύονισα infarcire suis demagorijs, id est, publicis concionibus, quo diutius cum populi applausu detinere auditores possint: Quod certe cedit in contumeliam Dei, cuius os esse dicuntur ministri Euangelij. Admoneantur praterea auditores singularis reuerentia & modestia erga ministerium. Tertia propositio est: Ministri verbi pro Christo, id est, nomine Christi, rogant, iuxta illud: Qui vos audit, me audit. Ex hac propositione sequuntur omnia superius signata ad primam & secundam propositionem. Quarta propositio continet summam legationis, nimirum, vt homines reconcilientur Deo. Proponitur autem hac exhortatio omnibus, non solum nondum conuersis, verum etiam conuersis. Nam quemadmodum quotidie peccamus: Ita quotidiana per Christum reconciliatione indigemus: Quæ reconciliatio, vt supra dictum est, in iustificatione personæ est posita: dum videlicet personæ credenti Deus non imputet peccatum, sed obedientiam filij, & eam acceptet gratis ad vitam æternam. Errant igitur Donatistæ, cum lapsis veniam negent, & reditum ad gratiam. Errant & Papistæ, qui docent, homines lapsos post baptismum mereri remissionem peccatorum pœnitentia, intercedente clauium beneficio.

Eum

Eum enim, qui non nouit peccatum,
pro nobis peccatum fecit, vt nos fie-
remus iusticia Dei in ipso.

Hæc ratio ad modum reconciliationis supra
positum, est referenda. Illic enim dixit, Erat
Deus in Christo mundum sibi reconcilians: Hic
istum modum reconciliationis declarat, cum dicat,
Christum omnis peccati expertem, peccatum fa-
ctum esse pro nobis, vt nos fieremus iusticia Dei
in ipso. ~~Quoniam autem hæc gnoma est præci-~~
pua in tota sacra scriptura, libet eam paulo di-
stinctius retexere, & membra seorsim considera-
re. Sunt autem duo huius propositionis præci-
pua membra. Primum est descriptio sacerdotis
Christi, Alterum est beneficij eius erga Ecclesi-
am assignatio. Descriptionis sunt duæ partes.
Quarum prior describit Christum sacerdotem,
qualis in se est. Posterior, qualis sit *ἐὸνδικία* pa-
terna pro nobis factus. Cum igitur ait: Eum
qui non nouit peccatum, complectitur integram
illam descriptionem, quæ est in Epistola ad He-
bræos, nempe quod sit sanctus, innocens, impol-
lutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior
cælis. Huiusmodi enim oportuit eum esse qui le-
gem condemnantem nos impleret, & eius capi-
tali iudicio satisfaceret. Est autem phrasis hic
consideranda cum ait: Non nouit peccatum.
Hic enim verbum noticiæ non ad scientiam, sed

g

ad ex-



ad experientiam referendum est: Christus enim adeo purus erat à peccato, quod nullum vnquam perpetraverit peccatum, nullaq; eius radix in eo fuerit. Deinde peccatum hic proprie accipitur, significans defectionem à lege & voluntate Dei cum obligatione ad aeternam mortem & damnationem: Atq; hætenus de priori descriptionis parte. **2** Posterior est pro nobis peccatum fecit, hoc est, pater æternus λόγον æternum assumta naturæ nostræ massa voluit recipere in se reatum nostrum, & pro nobis fieri victimam expiatoriam. nam hoc loco peccatū pro Ascham ponitur, quod et reatum significat et hostiam pro expiando delicto immolatam, vt Gene. 36. leuit. 5. 2. Reg. 12. Esa. 53. ad quem Propheta locum hic Apostolus alludit. Ait enim illic Propheta, si posuerit Ascham animam suam, id est, si ipse reatu peccati in se recepto factus fuerit pro peccato expiando hostia, videbit semen longæuum. Est ergo in voce peccati ἀνανάκλασις. In eodem enim versu diuersimode capitur. Obserua ergo hic quod Christo qui reuera fuit expers omnis peccati nostrum peccatum imputatum sit, adeo vt reus peccati coram Deo sit habitus. Quod obseruandum est propter antithesin. In altero huius propositionis membro assignat beneficium Christi sacerdotis erga Ecclesiam, quod beneficium effectus est & finis sacrificij Christi. Ait enim, vt nos fieremus iusticia Dei in ipso. Hic duplex

plex

plex conf
res, & C
id est, re
tus qui
eo fact
bis imp
ergo Cl
Quare
cum lib
nation
batam
accepti
postea
scripti
Christi
cum Ap
dote, duo
nobis in
catum.
Christi
dama
nimu
cia De
dum f
vt app
ciam.
tio: 1
ficato.
Christi

plex consideretur antithesis. Nos reuera peccato-
 res, & Christus expers omnis peccati. Peccatum
 id est, reatus victimaque, & iusticia Dei: Rea-
 tus quidem noster Christo imputatur, qui & pro
 eo factus est victima. Iusticia vero Christi no-
 bis imputatur, vt nobis sit placatus Deus: vt
 ergo Christus fuit peccator. Ita nos iusti sumus.
 Quare necesse est hic iusticiam Dei intelligere
 cum liberationem ab obligatione mortis & dam-
 nationis: Tum obedientiam Christi a Deo appro-
 batam & nobis imputatam: propter quam etiam
 accepti sumus Deo: Hanc interpretationem op-
 positorum ratio omnino efflagitat, quam vniuersa
 scriptura confirmat. Et illud Apostoli: vnius
 Christi obedientia multi iusti constituuntur. At
 cum Apostolus addit in ipso, nempe Christo sacer-
 dote, duo significat, vnum quod iusticia illa, quæ
 nobis imputatur sit extra nos, quemadmodum pec-
 catum Christo imputatum, erat reuera extra
 Christum. Alterum, quod tum demum huius red-
 damur iusticiæ participes, quando in Christo inue-
 nimur per fidem. Sed cur vsus est abstracto Iusti-
 cia Dei, cum potius concreto Iusti coram Deo vten-
 dum fuisse videatur? propter duo id fecit. Primū,
 vt appareret antithesis inter peccatum & iusti-
 ciam. Deinde, vt significaretur iusticiæ perfe-
 ctio: Nam Enallage hæc significat nos plene iusti-
 ficatos esse coram Deo, vt plena est obedientia
 Christi. Quotquot enim fide iustificati sunt,

perfectam Christi iusticiam possident, & omnes æque sunt iusti, quantum quidem ad imputationem attinet, tametsi sanctificationis vis quæ iustificationi coniuncta est, in alijs sit maior in alijs minor, iuxta fidei mensuram.

Caput VI.

Summa capitis sexti.

VT suo exemplo ministros verbi qui fuerunt Corinthi, exhortatur ad munus fideliter præstandum: Ita ipsos Corinthios verbi auditores ad pietatem validis inuitat argumentis.

Ordo & partes capitis sexti.

Duæ sunt huius capitis partes. Quarum prior est exhortatio ad ministros verbi, vt sedulo præstent officium. Posterior est exhortatio ad ipsos auditores Corinthios, ne frustra verbi diuini ministros audiuisse videantur.

Exegesis VI. capitis, cum observatione doctrinarum.

Nos

Nos vero cooperantes etiam obsecramus vos ne frustra gratiam Dei reciperetis.

Propositio est prioris exhortationis huius capituli, qua exhortatur ministros Euangelij, ut caueant ne frustra videantur accepisse gratiam Dei, id est, munus docendi Euangelium. Chrysostomus hoc interpretatur de auditoribus, sed ea quæ sequuntur satis indicant quod ad prædicatores referri debeat præsens exhortatio. tamen nihil refert si eam ad utrosque, id est, ministros & auditores referas. sed vox συναργουτες, id est, vna vobiscum operantes, declarat commune ministrorum studium. Obseruetur hoc exemplum quo monentur superiores ministri, ut alios exhortentur ad officium præstandum.

Dicit enim. tempore accepto exaudiui te, & in die salutis succurri tibi: Ecce nunc tempus acceptum: ecce nunc dies salutis.

Propheta testimonio confirmat non frustra suscipi ministerium verbi. Promittit enim Dominus Ecclesie in capite Christo, quod velit ministerio adesse, & facere ut multi per ministerium salutem consequantur. Paulus hic 70. interpretes ad verbum imitatur. Hebræus textus multo est illustrior, in quo quatuor sunt spectanda, quæ concurrunt in ministerio verbi. Pri-

§ 3

mum,

1 *num, est causa nempe Rason, id est, eὐδοκία, beneplacitum seu gratuitus fauor Dei, qui est fundamentum salutis nostrae. Secundo, ponitur effectus istius fauoris, nempe Ieschuah, id est, salus. Salui enim sumus quia placemus Deo, ut filij tenerrimi suo patri, non dignitate nostra aut*
 2 *meritis, sed liberali eius gratia. Tertio, cum dicit, Respondi tibi, & succurri tibi, significat & inuocationem cum praedicatione verbi coniunctam & exauditionem, quod Deus velit vere prestare nobis, quod offert per ministerium: Cum ergo tempus praedicationis Euangelij dicatur tempus beneplaciti, & dies salutis, decet non solum ministros salutis, verumetiam auditores, ut hoc tempus non negligant. praesertim cum praedicatione Euangelij sit testimonium beneplaciti Dei, & salutis nostrae instrumentum: quemadmodum Paulus indicat cum Prophetae testimonio subiicit haec verba: Ecce nunc tempus acceptum, Ecce nunc dies salutis. Illud nunc ad omnes aetates pertinet, in quibus Deus ex suo beneplacito verbum suum annunciari permittit. & hodie vere dicere possunt ministri Euangelij, Ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis.*

Nullam dantes in vlla re offensio-
nem ne vituperetur ministerium.

Suum exemplum alijs ministris imitandum proponit. Verbum, obsecramus, ex primo versu repe-

repetendum est, vt sit sensus, Nos nullam dantes
 vlla in re offensionem obsecramus vos, hoc est,
 nos cauemus ne vlla morum impuritate simus
 impedimento auditoribus Euangelij, idq; ideo ne
 nostrum vicium transfundatur in ministerium.
 Hic primum discant ministri Euangelij qua de-
 ceat eos vitæ innocentia præditos esse. Nam duo
 ingentia mala comitantur sceleratos ministro-
 rum mores, Primum enim retardatur in audito-
 ribus Euangelij progressus, Deinde vitia mini-
 strorum quodammodo infamiam ministerio con-
 ciliant.


Sed in omnibus commendantes nos
 tanquam Dei ministri.

Vt se cauere omnem offensam dixit: Ita alte-
 ra ex parte asserit, quod se suis auditoribus in om-
 nibus commendabilem reddat, quemadmodum
 Dei ministros decet: Obseruetur igitur hic Regu-
 la: quod quicumque velit cum fructu Dei mini-
 ster esse, debeat se ita suis auditoribus in doctrina,
 vita, & moribus commendare, vt sui gregis for-
 ma in omni pietate & probitate vere dici possit.

In patientia multa, in afflictionibus,
 in necessitatibus, in angustijs, in pla-
 gis, in carceribus, in seditionibus, in
 laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in
 sinceritate, in scientia, in tolerantia,
 in mansuetudine, in spiritu sancto, in

S 4


chari-



charitate non ficta, in sermone veritatis, in potentia Dei.


Quod in genere dixerat, id per enumerationem specierum seu partium explicat, ut apertius ponat ob oculos quibus virtutibus præditos esse oporteat sinceros verbi præcones. Porro in hac enumeratione distinguendum est inter duo virtutum genera, quæ Paulus requirit in ministris Euangelij. Quædam enim perpetuæ esse debent, quædam non nisi in certis casibus requiruntur. Perpetua esse debent, labores, vigiliæ, sinceritas, scientia, mansuetudo, spiritus, charitas, sermo veritatis, potentia Dei. Quarum autem necessitas non est perpetua, sunt aliæ præter enumeratas. Requiritur enim patientia in rebus aduersis. inuictus animus in afflictionibus, in necessitatibus, in carceribus, in plagis, in seditionibus, quotiescunque ea inciderint. His iam quorundam vocabulorum explanationem adiiciamus. *Patientia* τὸ ὑπομένειν est, cum inuicto animo toleramus aduersa, & oneri non succumbimus. Huius causa est spiritus regenerationis, fides, cogitatio mandati Dei, & promissio liberationis. Beatus vir qui suffert tentationem, qui cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam promisit Deus diligentibus se. Obiectum est quicquid corpus vel animum premit, vel quouis modo molestum est: qualia sunt multa quæ Paulus

lus hic recitat, vt, afflictio corporis, inopia, angustia, plagæ, carceres, labores, exilia. Unde Apostolus noster, Afflictio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit, id est, non frustratur sperantem, Finis est, vt Deo præstetur obedientia in xta primum præceptum. Deinde, vt retinentes confessionem alijs simus bono exemplo, vt illi quoque se inuictos in quibusuis duris exhibeant. Discrimen patientiæ Christianæ & Philosophicæ petatur ex causis & finibus. Afflictio seu tribulatio Græce δλίψις, est quæuis corporis compressio & iniuria. Necessitas hoc loco inopia est earum rerum, quæ ad victum & amictum requiruntur. Angustia στενωπέια, cum ad animum tum ad corpus referri potest. Ad animum quidem relata, est consilij inopia, vt nescias quo te vertas consilij expers, Ad corpus vero, cum ita inclusus videaris ab hostibus, vt nusquam euadendi locus pateat. Seditio ἀκαταστασία, cum aliquis ob tumultum, & turbatum rerum ordinem cogatur incertis vagari sedibus, vt qui nusquam habeat vbi pedem figat. Ieiunium νηστεία, est abstinentia ad tempus à cibo & potu, qua corpus affligitur & veluti mortificatur. Hæc definitio nominis est. Nam vt Græca vox νηστεία dicitur πρὸς τὸ νηεῖν, id est, à non comedendo. Ita Hebræa Zom, id est, ieiunium dicitur ab exhauriendo, quia ieiunium exhaurit, & veluti emulget vires



corporis atque adeo corpus ipsum affligit & mortificat. Huius formæ primæ sunt tres. Nam est ieiunium indifferens. est pium seu acceptum. est & impium seu Pharisæicum. Indifferens ieiunium est, cum vel præ inopia vel valetudine, vel ingenti aliquo mœrore animi abstinetur à cibo & potu. Hoc per se nec placet nec displicet Deo. Verum prout fides & patientia affuerint placere & displicere putandum est. Ieiunium pium, Christianum, & acceptum Deo, est abstinencia, à cibo & potu, qua corpus premitur & mortificatur, adeoque abstinetur ab omnibus rebus, quæ carni voluptatem afferunt: vt plenum sit spiritus imperium per veram pœnitentiam, piam orationem, & seriam renunciationem omnium iniuriarum, quibus proximus lædi potest. Nam corporis afflictio per ieiunium est mœroris animi propter peccatum symbolum & testimonium. Huius ergo fines sunt (propter quos & placet) tres. Mortificatio carnis, excitatio spiritus, intensus omnis pietatis studium. Tale fuisse ieiunium Pauli, cuius hic fit mentio non est dubium, & deberent p̄i huiusmodi ieiunio sepe spiritum excitare, ne carnis concupiscentie succumberent. Est autem hoc sanctum & Christianum ieiunium duplex, nempe priuatum & solenne. Priuatum, est quod quis sua sponte sibi imponit, vel pietatis excitandæ causa (quale vt sepe alias, ita potissimum ante sacram

οὐδ' αὖτις à quolibet Christiano, cuius caro hac casti-
 gatione indiget diligi vellem) vel officij cap ssendi
 gratia, vt se quis eo præparet ad meditationem
 officij, oretq; vt Deus auspicijs sui muneris aspi-
 ret. Quemadmodum Moses, Helias & Christus
 fecisse leguntur. Solemne ieiunium piū & Chri-
 stianum, est quod pius magistratus seu governa-
 tores Ecclesiarum indicunt, vel vt præsens ma-
 lum, pestis, gladius, & c. vera pœnitentia & in-
 uocatione Dei aut tollatur aut mitigetur, vel vt
 mala quæ ob peccata imminere videntur, caue-
 antur. cuiusmodi ieiunia sancti Reges & Prophe-
 tæ sepe indixerunt: quæ Deo grata fuerunt pro-
 pter pœnitentiam, fidem, inuocationem, chari-
 tatem, meditationem beatæ vitæ, mortificationem
 carnis, & huiusmodi alia, quæ in Christiano ie-
 iunio concurrere debent: quemadmodum ex de-
 finitione supra posita intelligi potest. De hoc du-
 plici ieiunio priuato & solenni tenenda est hæc *Angula*
 Regula, Quod vt priuatum liberum est, pertinens
 ad cuiusque priuatam disciplinam: Ita solenne ob-
 ligat mandato magistratus & charitatis lege.
 Quare illud contumaciter violare peccatum est.
 Contumaciter dico propter valetudinem cuiusq;
 Nã qui aduersa valetudine satis grauatus est, non
 debet onere huius solennis ieiunij magis grauari,
 sed studere potius, vt veris gemitibus cordis Deū
 iratū placet. Impium seu Pharisæicum ieiuniū est
 abstinētia à certo cibi genere, q̄ abstinētia putatur
 cultus



cultus Dei esse per se, & res Deo grata propter ipsum opus, adeoque meritoria. Quasi vero Deus spectaret externa opera, vbi conscientia est impura, & ieiunium esset in eo operum genere, quæ Deo probantur per se, quemadmodum ea quæ sua lege præscribit, & non potius esset externum tantum exercitium & corporalis exercitatio alium finem spectans, nimirum vt pœnitentiæ, vt orationi, vt carni domandæ, vt charitati, vt meditationi beatæ vitæ subseruiat. Merito igitur Prophete huiusmodi hypocritica ieiunia damnant, in quibus plurima horrenda scelera concurrunt. vt opinio cultus, fiducia operis, necessitas, coactio, delectus ciborum necessarius, modus ieiunandi quo vel porci saginari possent, meditatio fraudis, & iniuriæ proximorum. Potest autem hoc ieiunium Pharisæicum diuidi in duo genera, vt vnum dicatur statum, Alterum arbitrarium.

1 Statum & ordinarium est, quod certo tempore anni, mensis aut septimanæ est affixum: quale apud Papistas est quadragesimale, quod vocant, ieiunium: item quatuor temporum Apostolorum & c. in quibus nihil sani fuit, sed mera superstitio, multiplex impietas, & ἐθελοθρησκεία ab Apostolo damnata, imperium tenent. Arbitrarium, quod aliquis arbitrio suo quo sibi Deum debitorem faciat, deligit, quale Pharisæi fuit, qui iactabundus in oratione Domino ait: Ieiuno bis in sabbato, vbi suum ieiunium vt opus sanctum & me-

& meritoria
eius obliuisc
fuit, qui ap
grauiter
non respec
co volui
ni de ieiun
quo sit op
pter quia
Gracie &
mi tum
effectus
peritia,
rantia
verbum
derans in
dationis sp
suetudo
cilitas a
& mor
ipsum
excitati
ipsa En
angelu
absque
ne præ
tus ed
contum
Pei

Et meritorium prædicat, ac Deum admonet ne
 eius obliuiscatur. Tale Et hypocritarum illorum
 fuit, qui apud Esa. 58. cap. Domino obijciunt eum
 grauius accusantes: Quare ieiunauimus, Et
 non respexisti? Hæc de ieiunio admonere hoc lo-
 co volui, vt studiosi sciant, quid ex verbo Domi-
 ni de ieiunio statuere debeant, vtq; intelligant in
 quo sit operum genere, in quibus placeat Et pro-
 pter quid, Et in quibus non placeat. Sinceritas
 Grace ἀγνότης est puritas seu castitas cum ani-
 mi tum corporis, quæ regenerationis spiritualis
 effectus est. Scientia γνώσις, id est, recte agendi
 peritia, quæ sincera doctrina gubernatur. Tole-
 rantia μακροθυμία (quam vetus interpres ad
 verbum longanimitatem vertit) est virtus mo-
 derans iram ne quis cito excandescat, sed emen-
 dationis spe iram Et vindictam protrahat. Man-
 suetudo χησότης, est benigna humanitas Et fa-
 cilitas ad benefaciendum. Opponitur asperitati
 Et morositati. Spiritus sanctus significat cum
 ipsum spiritum sanctum, vt causam, tum motus
 excitatos à spiritu sancto. Sermo veritatis, est
 ipsa Euangelij prædicatio. Cum enim vocat Eu-
 angelium sermonem veritatis, significat quod
 absque humanarum corruptelarum commixtio-
 ne prædicari debeat. Potentia Dei est, cum vir-
 tus edendi miracula, tum facultas castigandi
 contumaces.

Per arma iusticiæ dextra & sinistra.

Quia

Quia sinceri ministri Dei veluti in prima acie sunt collocati aduersus Diabolum, qui ex omni parte eos inuadere conatur, armorum meminit dextrorum & sinistrorum. Hoc est, vult eos armatos esse iusticia bonae conscientiae à dextris & sinistris, vt sustinere valeant impressionem hostilem. de armatura Christiani militis copiose disputat Apostolus ad Ephes. 6. & I. Thess. 5.

Per gloriam & ignominiam, per infamiam & bonam famam, tanquam impostores, & veraces: tanquam ignoti, & celebres: tanquam morientes, & ecce viuimus: tanquam castigati, & non morti traditi: tanquam mœrore affecti, semper tamen gaudentes: tanquã inopes, multos tamen ditantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

Quo itinere per arma iusticiae tendat ad metam declarat, significans se animo obfirmato esse ad omnia cum prospera tum aduersa ferenda, ita vt nec illis superbus efferatur, nec hisce oppressus in pugna deficiat. Quemadmodum enim gloria & bona fama non effertur, ita nec ignominia & mala fama deiicitur. cum audit impostor, non frangitur animo, sed verax manet. cum obscurus & ignotus habetur, celebrem se per
Euang.

Euangelij p
cula vita v
periculis lib
e morte ta
bilominu
multos p
bus diuit
nit Apost
imitari n
rum spec
tio, sed r
militem

Os r
rint
non e
angust
veror
go:

Com
erga qu
testatu
affectu
tem rep
rum ser
grandi
gnifica
paternu

Euangelij prædicationem ostendit. saepe in pericula vitæ incidens, præsentia diuina adiutus è periculis liberatur, Castigatus virgis & alapis, è morte tamen ereptus est. mærore affectus nihilominus intus spiritu gaudet. inopia laborans, multos per Euangelij prædicationem spiritualibus diuitijs ditat. Hoc suum exemplum proponit Apostolus ministris Corinthiorum, quod eos imitari mauult, quam vt inani rerum externarum specie oblectentur. Non enim inanis gloria, sed res bene fortiterque & cum virtute gesta, militem fortem ab ignauo separat.

Os nostrum apertum est ad vos Corinthij. Cor nostrum dilatatum est, non estis angusti in nobis, sed estis angusti in visceribus vestris. Eandem vero remunerationem, vt à filijs exigo: dilatemini & vos.

Couertit se ad totam Ecclesiam Corinthiorum, erga quos suum intimum & paternum affectum testatur. Hos nonnihil accusans quod similem affectum erga se non habeant, hortatur eos, vt vicem rependant, vt decet filios. Atq; hic est verborum sensus simplicissimus. Oratio autem figurata grandior est. Oris apertio & cordis dilatatio, significant vehementissimum affectum & vere paternum, quo ipsos Corinthios iam in intimo corde



corde complexus erat. Quem affectum amplifi-
cat cum addit : Non estis angusti in nobis, id est,
vos totos animo complector, adeo cor meum ad
vos recipiendos dilatatum est. Sed angusti estis
in visceribus vestris. Id est, vestrum cor non vi-
cissim dilatatum est ad me recipiendum, & in-
timo amore comprehendendum. Quare vobis, vt
filijs dico, dilatemini & vos ad me recipiendum
intra vestra viscera, quo ita nos mutuo comple-
ctentes, vos nobis & nos vicissim vobis vicem
reddamus. atque ita mutuum amorem remun-
neremus. Hic locus docet qualiter affectos esse
deceat verbi praecones, & eorum auditores erga
se inuicem.

Nolite iugum ducere cum infideli-
bus.

Exhortatio est qua Corinthios hortatur, ne se
contaminent consuetudine & operibus infide-
lium. Qui enim picem tetigerit inquinabitur ab
ea. Utitur autem hic Apostolus elegantissima
metaphora, alludens ad legem Mosi Deutero. 22.
qua cautum fuit ne quis bouem & asinum sub
idem iugum cogeret. Dicit enim ne sitis ἐτεροζυ-
γοῦντες cum infidelibus, id est, ne impari iugo
copulemini cum infidelibus. Vocantur autem
hic ἐτεροζυγοῦντες, qui cum sint diuersae conditio-
nis, in eodem opere mutuam operam praestent.
vt si fidelis uxorem infidelem ducat, vel econtra:
aut si

aut si mensa
que si cum i
secundum e
exhortatio
commerci
vis tenebr
exhortati
mode acc
delis vir

Qua
iniqui
ci c
Chr
fidel
uentu

Congen
imparis
Primus
lucis e
Belial.
lum, q
admod
Quarta
est me
est Dia
tis, &
talis, r

aut si mensæ demoniorum fiat particeps: denique si cum infideli in aliquo opere, vel per se vel secundum quid illicito, commercium habeat. Hæc exhortatio ad Ephes. 5. his verbis habetur: ne commercium habueritis cum operibus infrugiferis tenebrarum, sed potius arguite. Porro cum exhortatio hæc Pauli sit vniuersalis, potest commode accommodari etiam impari coniugio, ne fidelis vir aut mulier copuletur infideli coniugi.

Quæ enim participatio iusticiæ cum iniquitate? quæ communicatio luci cum tenebris? quis consensus Christo cum Belial? aut quæ portio fideli cum infideli? quæ autem conuentio templo Dei cum idolis?

Congeries argumentorum, & exemplorum imparis iugi. Recenset autem quinque exempla. Primum, est iusticiæ & iniquitatis. Secundum, lucis & tenebrarum. Tertium, est Christi & Belial. Vocat autem hic Belial ipsum Diabolum, qui est caput omnium sceleratorum: quemadmodum Christus est caput omnium piorum. Quartum, est fidelis & infidelis, vt enim fidelis est membrum Christi: Ita infidelis membrum est Diaboli. Quintum, est templum Dei viuentis, & idolorum. Cum autem horum natura sit talis, vt minime sub idem iugum cogi possint, nequaquam

b

quaquam



quaquam debent à Christianis coniungi. Ceterum si quis hæc argumenta in syllogismos cogere velit, Habet hic quinque propositiones interrogatione ideo elatas, vt significet neminem habere, quod contra obijcere audeat, aut iure possit. Ex harum prima conficitur hic syllogismus, Iusti & iniqui nullum possunt habere consortium in operibus, quæ singulis propria sunt, Christiani sunt iusti, infideles vero iniqui, Igitur Christianis cum infidelibus nulla potest esse participatio in operibus, quæ singulis seorsim propria sunt. Sunt enim veluti diuersa iumenta sub idem iugum coacta. Formabuntur autem & reliqui syllogismi eodem modo, Quare non est necesse eos ascribere.

Vos enim estis templum Dei viuentis.

Quintæ propositioni subsumit minorem. Unde hic conficitur syllogismus. Templum Dei & idola non possunt inter sese conuenire, Christiani sunt templum Dei viuentis, Infideles vero sunt templa idolorum, Ergo Christiani non possunt conuenire, & veluti iugum trahere cum infidelibus. Hoc argumentum sæpe à Paulo Christianis inculcatur, vt in priori Epistola ad Corinthios cap. 3. & 6. Et ad Ephes. 2. Neque enim quicquam magis hominem pium à peccato absterrere potest, quam vt cogitet se templum Dei viuentis, & in se habitantis

bitantis esse.
possit, horren-
tum templum
hæc appella-
monet nos
Ita signifi-
candum est
mus, & 1


Sicut
eis, &
Deus

Testim-
probat pu-
tat, illic
in pñs. Ex
argumenti
ne diuine
& Eze-
bulabo
eritis n-
gitur:
& ero e-
pulum.
rum De-
populus
Et scien-
Israël,

bitantis esse. Qua dignitate cum nulla maior esse possit, horrendum sacrilegium fuerit adeo sanctum templum vlla re contaminare. Ut igitur hæc appellatio, & Christianorum dignitas admonet nos singularis sanctimonie & puritatis: Ita significat totum nostrum studium eo referendum esse, vt Deum veris cultibus celebremus, & predicemus.

Sicut dicit Dominus, habitabo in eis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.

Testimonio diuino & à definitione templi Dei probat pios esse Dei templum. Ubi Deus habitat, illic est templum ipsius. Deus habitat in pijs. Ergo pijs sunt templum Dei. Huius argumenti minor hic ponitur, & promissione diuina nititur, quæ extat Leuit. capite 36. & Ezech. capite 37. In Leuitico habetur: Ambulabo in vobis, & ero vester Deus, & vos eritis mihi populus. In Ezechiele ita legitur: & erit tabernaculum meum in eis, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Quid autem sit, quod Deus velit illorum Deus esse, & ipsi vicissim debeant eius populus esse, declarat Propheta cum addit: Et scient gentes quod ego Iehoua sanctifico Israël, id est, tueor, protego, & defendo,
 h 2 Ecclesiam



Ecclesiam meam, vt rem sanctam. Cum fuerit, inquit, sanctuarium meum in medio eorum in perpetuum, hoc est, nunquam illi destituentur fauore & auxilio meo, donec meum sanctuarium, id est, Christus fide eorum retineatur.

Quamobrem exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego suscipiam vos.

Exhortationem argumento subiicit, quæ desumpta est ex capite 52. Esaiæ, quasi diceret: Cum vos templum Dei estis, relinquitte idolorum templa, & prophanationes Babyloniorum. Quod enim Propheta dicit de exitu Babylonico in terram Iudaicam, hoc transfert Apostolus à typo ad rem significatam. vt qui Deo dederunt nomina relinquunt prophanationes gentium & immundicias idolorum, hoc est, vt nihil commercij habeant cum infrugiferis operibus tenebrarum. Quare Propheta addit in eodem loco: Mundamini qui fertis vasa Domini, id est, vos sacerdotes & Leuitæ sanctificamini, ne vlla spurcicia vestrum ministerium contaminetis. Verum quia Leuitæ fuerunt Christianorum (qui sunt regales sacerdotes) typi, debent Christiani qui tantum thesaurum circumferunt, imo qui ipsa templa Dei sunt, se ab omni immundicia conseruare. Hæc enim est voluntas Dei sanctificatio nostra.

Et ero

Et ero v
hi in fili

Hæc pro
scriptura l
quæ quia
Deo ex fid
ri possunt.

Su

A
mon
ta suspition
dici, osten
tionibus
& affe
acceper

Que
Prima
infertur

Et ero vobis in patrem, & eritis mihi in filios & in filias.

Hæc promissio Ierem. 31. & in multis alijs scripturæ locis, quo ad sensum attinet, habetur, quæ quia fide recipienda est, soli credentes & Deo ex fide obedientiam exhibentes, de ea gloria-ri possunt.

Caput VII.

Summa capitis septimi.

Apostolus exhortans Corinthios ad sanctimoniam vitæ, purgat se à tyrannidis captata suspitione, quoque animo sit erga eos certis indicijs ostendit, nempe, quod in summis persecutionibus ex illorum erga se studio & pœnitentia, & affectu eorum erga Titum, consolationem acceperit.

Ordo & partes capitis septimi.

Quatuor sunt huius capitis præcipuæ partes. Prima, exhortatio est ad sanctimoniam vitæ, quæ infertur ex promissionibus, quas posuit in fine

h 3 sexti


sexti. Secunda, est purgatio affectata tyrannidis in Corinthios. Tertia, significatio sui animi erga eos cum summa Corinthiorum commendatione. Quarta, interponitur per occupationem, & est excusatio Apostoli, quod eos Paulo durius tractauerit in superiori Epistola: In hac parte ingenium salutaris pœnitentiæ graphice depingit.

*Exegesis VII. capituli, cum
observatione doctrinarum.*

Has igitur promissiones habentes dilecti, purgemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.

Exhortatio illata ex promissionibus, in fine sexti adductis. Deus promittit quod velit esse noster Deus, & noster pater, & habere nos loco filiorum & filiarum, Ergo nos decet sanctificationi studere, vt simus puri ab omni inquinamento animi & corporis. Est autem hæc collectio imprimis obseruanda. Nam pendet ex mutuo pacto inter Deum & nos. Etsi enim Deus ex sua mera misericordia nos in gratiam recipit, absque omni conditione legis & operum: Tamen
postquam

postquam suæ gratiæ nos participes reddidit, stipulatur a nobis mutuam gratitudinem. quemadmodum de Abrahamo legimus, quem Deus prius in gratiam recepit, sed mox ab eodem stipulatus est mutuam gratitudinem, inquit: *Ambula coram me, & esto perfectus*, Genes. 17. Hanc perfectionem factò declarauit cum iubere-
 tur offerre filium. De fide ergo Abrahæ nemo gloriari potest, nisi qui Deo ex fide cum Abrahâ obedientiam præstiterit. *Sed hic critur questio* de conditione. Promissiones legales sunt conditionales, & Euangelica sunt gratuita, Igitur conditio obedientiæ non est addenda gratuita iustificationi. Responso, promissiones legales sunt conditionales, vt quæ habeant impletionem legis causam promissorum. Lex enim nihil gratis confert, sed implentibus legem promittit præmia: Sed Euangelica promissiones sunt gratuita, quia salus nobis credentibus offertur, donatur & ob signatur gratis, sine nostris præcedentibus meritis. Verum postquam fide gratiam adepti sumus, Deus à nobis stipulatur obedientiam: quæ obedientia, etsi à nobis plene præstari nequit, placet tamen in reconciliatis. Hoc confirmatur non solum exemplo Abrahæ, in cuius vestigijs insistere debent omnes, qui cupiunt ipsius filij esse: Verum etiam parabola de debitore, Matt. 18. Cui debitori gratis quidem vniuersum debitum est donatum ex mera bonitate patrisfamilias, sed cōsecutus condonationem est ad
 b 4 pœnam



pœnam reuocatus, propter hanc pactionem, de
 obedientia in posterum præstanda, violatam. Ha-
 bent ergo omnes promissiones Dei sua natura
 quosdam in se stimulos, qui nos excitare debent
 ad sanctimoniam vitæ perpetuo meditandam.
 Ceterum exhortationem Pauli altius perpenda-
 mus, in qua tria sunt: **Primum**, quod purgati
 sint adhuc purgandi. Purgatis enim, inter quos
 se etiam numerat Apostolus, scribit vt se pur-
 gent. Semper enim circumferimus nobiscum ma-
 culas, quibus purgandis perpetuo studere nos
 oportet. **Alterum** est distributio, nimirum quod
 oporteat nos purgari ab inquinamentis carnis &
 spiritus, hoc est, animæ & corporis: quæ duo
 cum à Deo habeamus, debemus eis vt in glo-
 riam Dei, I. Corinth. 6. **Tertium** est, quonam ten-
 dere debeat nostri purgatio, nempe ad perfectio-
 nem sanctificationis in timore & vero cultu Dei.
 Ad hanc ergo metam quotidie magis magisque
 contendere debemus, modo promissionis filij esse
 cupiamus, & gloriari de patre nostro Abra-
 ham.

Capaces estote nostri.

Hoc veluti exordiolum est purgationis, quæ
 sequitur, quasi diceret: Cum me videatis corde
 intimo vos complecti, vos quoque dilatamini &
 me capite intra vestra viscera, quo mutua sit af-
 fectio amoris inter nos. Nisi enim ministri verbi
 & au

& auditores se mutua prosequantur beneuolentia, utriusque operam ludunt.

Nemini fecimus iniuriam, neminem corrupimus, neminem defraudauimus.

Remouet à se suspicionem tyrannidis, & tria grauiſſima ſcelera enumerat: Iniuriam (qua ſignificatur poteſtatis abusus, qui partim à ſuperbia, partim à corrupto iudicio, partim ab alijs prauis affectibus oritur) Inſidelitatem in docendo, qua homines corrumpuntur & in errores ducuntur, quibus mens corrumpitur & affectus, Et Auaritiam, qua auditores defraudantur, dum miniſtri eorum bona dolis & fraude ad ſe transferunt. Ab his ergo tribus criminibus immunis eſſe debet pius paſtor, ſi nolit ſuorum auditorum animos à ſe alienari.

Non hoc ad condemnationem ueſtri dico.

Proleptis eſt: Anteuertit enim obiectionem. Dicere enim poterant Corinthij, iſta dici in illorum contumeliam, ſed Paulus id negat, ac ſi dicat: non hoc dico, ut vos ingratiſſimam condemnationem, ſed tantum ut me purgem.

Nam antea dixi, vos in cordibus noſtris eſſe ad commoriendum & conuiuendum.

h 5

Ratio

f. 120
v.
...
 Ratio quod non dixerit ea contumelia causa, sed tantum suae purgationis gratia. Est autem haec ratio sumpta à certissimo signo : nemo contumeliosus est in eos quos intime amat, Ego autem antea testatus sum me vos intime amare, adeo ut paratus sim vobiscum mori & viuere, Ergo non est quod quisque putet me aliquid contumeliae causa dixisse.

Multa mihi fiducia erga vos. multa mihi gloriatio de vobis, impletus sum consolatione, Exundo gaudio in omni tribulatione nostra.

Hoc incremento significat Apostolus suum erga Corinthios affectum cum summa illorum commendatione. multa mihi fiducia est, hoc est, securo & quieto sum animo, adeo ut nulla sit in eo offensa : imo quod plus est de vobis glorior, atque adeo in summis meis afflictionibus non solum consolationem capio magnam, verum etiam vehementer exundo gaudio. Unde autem hoc gaudium & haec consolatio, in sequenti narratiuncula explicat.

Nam cum venissemus in Macedoniam, nullam relaxationem caro nostra habuit, sed in omnibus fuimus oppressi, foris pugnae, intus timores : sed qui consolatur afflictos, consolatus est nos per aduentum Titi.

Hæc

Hæc narratiuncula crucis Pauli acerbissimæ eo pertinet, vt ostendat maximam fuisse consolationem, quam ex Titi narratione de Corinthiorum studio & affectu erga se conceperat. Nam quo grauior est morbus, eo remedium indicatur præstantius, quo morbus superatur & tollitur. Meminit autem hic duplicis crucis cum ait: *Foris pugna, intus terrores.* per pugnas, intelligit insultus aduersariorum, qui ipsum persequebantur. Per terrores, molestias quas habuit ex intestinis morbis Ecclesie. Solet autem Paulus aduerbijs Foris & Intus vt, quando loquitur de ciuibus Ecclesie & eius hostibus. *Quemadmodum foris esse dicuntur prophani, qui extra templum Dei & gratie regnum sunt: Ita intus esse intelliguntur sancti, qui sunt in regno gratie templum Dei.* Præterea cum crucem carni suæ impositam ait, significat spiritum spirituali quodam gaudio sustentatum fuisse in suis afflictionibus. Debet igitur spiritus gaudium opponi omnibus duris & incommodis, quæ patitur caro nostra in hac vita.

Non solum autem per aduentum ipsius, sed etiam per consolationem quam ille accepit de vobis, cum renuntiaret nobis vestrum desiderium, vestrum eiulatum, vestrum pro me zelû, adeo vt magis gauisus fuerim.

Expo-

Exponit quomodo per aduentum Titi consolationem perceperit. Sensus est: non tam quod ipse Titus venerit, quam quod studium & affectum erga me vestrum mihi renunciarit, consolationem percepi. Incremento affectum eorum erga se exaggerat. Nam minus est desiderium quam eiulatus, & eiulatum excedit zelus. desiderio significat quod Apostolum suum maximi fecerint. Eiulatu, quod serio ad sui doctoris admonitionem pœnitentiam egerint: zelo, quod eum ardentissime vt patrem charissimum amauerint. *Hinc discant auditores verbi, quomodo affectos esse eos deceat erga Euangelij ministros, qui ipsos paternis obiurgationibus in viam salutis à præcipitio peccati reuocare satagunt.*

Nam etiamsi tristitia vos affeci per Epistolam, non me pœnitentiam etiamsi pœnituerit. Video enim quod Epistola illa, tametsi ad tempus tristitia vos affecit, nunc gaudeo non quod tristitia affecti fueritis, sed quod tristitia affecti fueritis ad pœnitentiam.

Ratio est per occupationem. Tametsi, inquit, me male habuit quod ad tantam seueritatem coactus sum, vt vobis acerbius scriberem: Tamen iam vehementer gaudeo, quod euentus votis meis respondeat: nimirum, quod tristitia affecti fueris

sitis ad pœnitentiam, hoc est, quod ea tristitia, quam percepistis ex mea obiurgatione, profuerit vobis ad emendanda vestra vitia.

Nam tristitia affecti fuistis secundum Deum, sic vt nulla in re detrimento sitis affecti per nos.

Duo probat Apostolus. Unum, quod illorum tristitia profuerit ad resipiscentiam. Alterum quod obiurgatio ipsius non recesserit illis in detrimentum. Quod tristitia illorum profuerit ipsis ad pœnitentiam, ex eo probat, quod sint tristati secundum Deum, hoc est, quod illorum tristitia, quæ fuit verus dolor de peccato commisso Deo accepta fuerit. Ex quo sequitur & alterum, quod Apostolus eos non affecerit detrimento vlllo, aut eos læserit sua obiurgatione: Imo quod excitarit potius eos ad pœnitentiam, quæ plurima secum commoda affert, Deoq; gratissima est.

Nam quæ secundum Deum est tristitia, ea pœnitentiam operatur ad salutem non pœnitendam: At mundi tristitia mortem operatur.


Quia tristitia per se & simpliciter non videtur expetenda, distinctionem adhibet, asserens aliam esse tristitiam secundum Deum, aliam mundi. Illam bonam & nequaquam pœnitendam, ex effectu ostendit, nam efficit pœnitentiam ad

am ad salutem : Hanc malam esse ex eo concludit, quod mortem afferat. Verum cum tristitia secundum Deum, & tristitia mundi opponantur, ex collatione oppositorum petenda sunt differentia. Tristitia secundum Deum inde nascitur, quod aliquis sentiat se Deum offendisse, & iam optet id factum non esse. Quare ingenti pauore percussus propter iram Dei, magno eiulatu deflet peccatum, & promissionum de Messia cogitatione erectus, confugit ad misericordiam vera & vna fiducia, atque ita salutem qua peccando exciderat, salutari poenitentia recuperat. Talis fuit dolor Dauidis, Manassis, Magdalene, Petri, Latronis in cruce, &c. At mundi tristitia, est dolor sine fide ad desperationem ac mortem tendens, qualis fuit Caini, Saulis, Iudae, &c. Potest autem haec mundi tristitia distingui per causas : vt alia sit cum quis angitur amissis bonis, siue fortunae, siue corporis, siue animi. Alia ex inuidia ortum habeat, cum quis dolet ob bonum alterius : Alia ex sensu iudicij Dei proficiscitur, videlicet cum aliquis sibi mali alicuius conscius, poenae impendentis metu est sollicitus. Extremis generibus facilius est adhibere remedium : Medium autem, quia prorsus diabolicum est, difficilius curatur.

Ecce enim isthuc ipsum quod secundum Deum tristitia affecti fuistis,
 quan-

quantum in vobis fecit studium, imo
defensionem, imo indignationem,
imo timorem, imo desiderium, imo
zelum, imo vindicationem: per om-
nia testatum fecistis vos esse puros
in hoc negotio.

*Dixit Corinthios dolore secundum Deum, qui
dolor resipiscentiam operatur ad salutem, affe-
ctos fuisse: Id nunc probat ab effectis, & enu-
merat septem, quæ primum accommodabo hy-
pothesi, deinde ad thesin & communem in-
structionem transferam, indeque Christianæ
& salutaris pœnitentiæ definitionem extru-
am. Primum ergo tristitia Corinthiorum ef-
fecit in eis studium scilicet emendandi, quod
peccatum erat per inçestuosum, qui nouercam
suam habuit. Deinde defensionem, hoc est,
purgationem, qua se Corinthij purgauerunt, quod
non approbarent admissum flagitium. Tertio
indignationem, qua flagitioso illi fuerant indi-
gnati, accusantes & culpantes eius turpitudi-
nem. Quarto timorem, scilicet pœnæ propter
tantam offensam, qua Deus offensus erat. Quin-
to desiderium, id est, charitatem erga Apostolum
monentem ipsos, vt à se iram Dei seria pœniten-
tia auerterent. Sexto zelum, id est, ardens stu-
dium deinceps cauendi, ne talia scelera impunita
sint in sua respublica. Septimo vindicationem, qua
statuerunt*



statuerunt vindictam per excommunicationem in flagitiosum fratrem, & deinceps in omnes eos quos deprehenderent in legem Dei contumeliosos, viuendo impuram vitam. Atque hæc ita hypothesi accommodata sint: verum si ad thesin transferantur, nobis salutaris pœnitentiæ adiuncta depingent. Qui enim vero dolore afficitur, & secundum Deum, is emendationi studet, cauet ne alieni peccati reus fiat, indignatur sibi peccanti, iudicium Dei sibi ob oculos statuit, quod à peccandi licentia reuocetur, singulari desiderio se Deo approbare studet, ardentem omnem offensam Dei cauet, atque alios peccantes in viam ab errore reuocare conatur. Ex his in vnum collectis efficitur, quod vera & salutaris adeoque Christiana pœnitentia sit verus dolor de offensa Dei, cum voto ac spe veniæ, & voluntate ardentibus studio peccatum omne post hac vitandi, Deoque vitam omnem approbandi.

Nempe etsi scripsi vobis non eius causa qui læserat, neque eius causa, qui læsus fuerat, scripsi, sed vt palam fieret studium vestrum pro nobis apud vos in conspectu Dei.

Per occupationem reddit causam cur scripserit illis priorem Epistolam, idque per seiunctionem non causæ, & positionem veræ causæ, Non, inquit, scripsi vobis vel fornicatoris causa, qui
me

me suo facto offenderat, vel mea causa qui offensus fueram, sed vt vobisipsis innotesceret ô Corinthij, quo erga me studio sitis, & quo affectu me prosequamini in conspectu Dei: Id quod haud obscure declarastis vestra respicientia statim postquam à me admoniti fuistis. *Hac sententia Pauli duos locos continet: Unum (quem exemplum Pauli nobis suppeditat) quod peccatoribus sua peccata non sint exprobranda à ministris, postquam ad pœnitentiam seriam adducti fuerint. Alterum (quem exemplum Corinthiorum suppeditat) quod peccatores castigati à suis pastoribus, non odisse eos, qui se castigant, sed tanquam patres eos complecti debeant.*

Propterea consolationem accepimus ob consolationem vestri.

Conclusio prioris cause consolationis quam accepit in suis afflictionibus. Haftenus enim exposuit quomodo in suis summis afflictionibus consolationem acceperit ex pœnitentia Corinthiorum, quæ ipsis quoque Corinthijs magnam consolationem attulit.

Quin vberius etiam gauisi sumus ob gaudium Titi, quod refocillatus sit spiritus eius ab omnibus vobis.

Alteram causam suæ consolationis, & gaudij in cruce aggreditur, nempe quod Corinthij benigne



gne & amanter exceperint Titum, quem Apostolus ad ipsos miserat. Nam auditorum studium erga ministros sinceros, haud obscure declarat animum erga religionem.

Nam si quid apud eum de vobis gloriatus sum, non fui pudefactus, sed ut omnia in veritate locuti sumus vobis, Ita gloriatio nostra apud Titum veritas facta est.

Aetiologia est: Paulus missurus Titum ad Corinthios praedixit fore, ut ipsum humaniter exciperent, Id nunc ita euenisse gaudet Apostolus.

Et viscera eius abundantius erga vos sunt, dum reminiscitur omnium vestrum obedientiae, quemadmodum cum timore & tremore exceperitis eum.

Quod intimo amore Titus vicissim completatur Corinthios exponit, idque non solum obedientiae ipsorum gratia, verumetiam quod suum erga ipsum animum declarauerint, eius doctrinam & admonitionem cum timore & tremore excipientes: Quod sane verae resipiscentiae signum fuit: Viscera hic metonymia Hebraica intimum amorem significant. Est autem sedes affectuum in visceribus. Obseruetur quoque
hoc

hoc loco, quæ sit vera ratio excipiendi ministros
Euangelij.

Gaudeo, quod in omni confidam in
vobis.

*Epiphonema est, cuius hic est sensus: Quid
plura dicam? Huiusmodi vos esse cognoui, vt
de vobis secure possim optima quæque sentire,
loqui, & sperare.*

Caput VIII.

Summa capitis octauæ.

Prædicata alacritate animi Macedonum in
afflictionibus, & liberalitate eorundem in
pauperes sanctos, ipsos Corinthios ad imitatio-
nem proposito Christi exemplo exhortatur: &
post commendationem æquabilitatis seruandæ,
Titum & alios quosdam fratres commendat
Corinthijs.

Ordo & partes capitis octauæ.

Quatuor huius capitis partes sunt. Prima,
prædicatio Macedonum ob patientiam in afflictio-
nibus,

i 2

nibus,

nibus, & liberalitatem erga pauperes. Secunda, exhortatio Corinthiorum ad imitationem. Tertia, commonefactio de seruanda æquabilitate. Quarta, commendatio fratrum quos Apostolus Corinthum mittit.

*Exegesis VIII. capituli, cum
observatione doctrinarum.*

Porro notam vobis facimus fratres gratiam Dei datam in Ecclesijs Macedonia, quod in multa probatione afflictionis, redundauit gaudium ipsorum, & profunda illorum paupertas exuberavit in diuitias simplicitatis eorum.

Macedones à duabus summis virtutibus commendat, Primum, quod in summis afflictionibus superavit in illis gaudium spiritus. Deinde, quod in profunda paupertate, fuerint in pauperes sanctos liberales. Hæc commendatio eo pertinet, vt Corinthij qui opibus abundabant exemplo Macedonum excitarentur ad liberalitatem. Si enim paupertate pressi Macedones adeo fuerunt liberales, Quid decet Corinthios, qui tantis opibus abundant? Singulariter obseruandum est, quod
Aposto-

Apostolus utramque virtutem, nempe patientiam sub cruce, & liberalitatem in sanctos, vocet gratiam Dei, hoc est, diuinum beneficium. Nam Deus est et autor consolationis gaudiq; sub cruce, ideoque Deus consolationis dicitur, & ipse affectum liberalis animi erga egenos inspirat, contra carnis iudicium: quæ caro tantum sibi detractum arbitratur, quantum in alios confertur. Proinde cum Paulus istam erga pauperes promittitudinem & liberalitatem appellet gratiam Dei, sciamus, cum liberales in pauperes sumus, nobis singulare beneficium Dei contingere, modo Eleemosyna nostra Pharisaico fermento non fuerit vitiata. Ideo Paulus diuitias simplicitatis appellat illam liberalitatem, quia eam vult proficisci ex simplici & sincero charitatis affectu, & tendere in gloriam Dei, & in subleuationem egenorum.

Nam pro viribus (testor) imo etiam supra vires voluntarij fuerunt.

Ratio ab affectu. fuerunt Macedones pro viribus, imo supra vires voluntarij, id est, sponte liberales & benigni, Græce est αὐθαίετοι, id est, qui vltro & sponte aliquid eligunt & suscipiunt. Commendatur ergo in Macedonibus promittitudo animi & alia alacritas in Eleemosyna præstanda. Debet enim hac Pauli regula obseruari: Qui miseretur, in hilaritate, Rom. 12.

i 3

Multa

Multa cum obtestatione rogantes nos, vt gratiam & societatem ministerij erga sanctos suscipereamus.

Amplificatio est qua exaggerat Macedonum alacritatem in conferenda Eleemosyna. Nam non solum sponte contulerunt pro suis viribus, verumetiam cum multa obtestatione à nobis expetiuerunt, vt socij essemus illorum, qui istam gratiam Ierosolymam ad pauperes sanctos perferrent. Gratiam vocat hic Eleemosynam à causa, à qua profecta est, de qua iam dictum est.

Ac non quatenus sperabamus, sed seipso dederunt primum Domino, deinde & nobis per voluntatem Dei, vt adhortaremur Titum, vt quemadmodum antea cœpisset, ita & consumaret erga vos hanc gratiam.

Sensus est: Superarunt longe nostram expectationem. Nam non solum res suas conferre, sed etiam seipso parati erant Domino & nobis, instantes vt Titum adhortaremur: vt quemadmodum cœpisset, Ita & strenue perageret hoc munus apud vos, adhortando vos ad liberalitatem erga egenos. Quod autem ait, eos dedisse se primum Domino, deinde sibi, testimonium est & pietatis Macedonum erga Deum, & obsequij eorum

*eorum erga Apostolum iuxta Dei voluntatem,
qui vult nos obedire ministerio.*

Verum quemadmodum in omni
abundatis fide, & fermone, & co-
gnitione, & omni diligentia, & ea
quæ ex vobis erga nos est charitate,
facite vt etiam in hac gratia abun-
detis.

*Hortatur Corinthios, vt benefici sint & libe-
rales in egenos, idque per collationem. Qui in
omnibus reliquis excellunt, dabunt operam ne in
vno aliquo languescere videantur, Corinthij, fide,
fermone, cognitione, & c. excellunt, Proinde ope-
ram dabunt ne beneficentia erga pauperes sint
postremi. fides hoc loco fiducia est erga Deum
cum pietate, quæ illi natura coniuncta est. Ser-
mo est prædicatio Euangelij. Cognitio peritia est
& prudentia, qua verbum recte applicatur. di-
ligentia est in pietatis officijs ardens studium.
Charitatis erga se etiam meminit. Solent enim
homines amicorum monitionibus libentius ac-
quiescere. Gratia beneficentiam significat. Ob-
seruetur hoc loco quibus virtutibus Christianos
præditos esse oporteat, modo suum nomen rite
tueri volunt.*

Non secundum imperiū loquor, sed
per aliorum sollicitudinem, & vestræ
dilectionis sinceritatem approbans.

Præsumptio est, Nam tollit obiectionem eorum, qui possent dicere, Paulum sibi hæc onera imponere, ut ipsis imperare videatur: quod negat Apostolus, & duas causas affert veras, cur eos hortetur ad hanc beneficentiam. quarum una est sollicitudo aliorum, scilicet Macedonum, qui ipsum magna obtestatione sollicitarunt, ut Corinthios ad hanc beneficentiam adhortaretur: Alia causa est summa illorum dilectio: quæ profert sua natura beneficentiam erga proximos.

Nostis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quod propter vos pauper factus sit, cum dives esset, ut vos illius paupertate ditesceretis.

Ab exemplo Christi suasorium petit argumentum, quo argumento nullum pijs pastoribus, vel maius vel efficacius proponi potest. Petra igitur quavis durior sit necesse est, qui eo non permouetur. Is dicit, diligite vos inuicem sicuti & ego dilexi vos, Quod dictum & præceptum & exemplum continet. Ponitur & hic gratia pro beneficentia.

Et consilium in hoc do. Hoc enim vobis conducit, qui non solum facere, sed etiam velle cœpistis anno superiori.

Ab utili & honesto argumenta petit. Est utile vo-

le vobis, beneficentiam exercere erga pauperes. Deinde honestum est strenue progredi in eo, quod pie cœpistis anno superiore, Nam tum non solum facere, verumetiam velle, id est, vltro facere cœpistis, adeo quod ex ipso facto singularem voluptatem perceperitis. Atque id velle, hoc loco Hebræorum more significat, quibus Zaza significat prono & prompto esse animo, & quasi animo & affectu accurrere. Atque hoc pacto plus est velle quam facere. Nam facere cuius licet, cui suppetunt facultates, velle vero tantum, cuius animus & affectus ardeat benefaciendi studio. Nam alioqui velle simpliciter precedit factum.

Nunc autem & ipsum facere perficite, vt sicut prompta fuit voluntas, ita etiam perficiatis ex eo quod suppetit.

Urget, vt quod feliciter cœperant, absoluant. Oratio Græca multo est venustior, in quibus infinita verba pro nominibus ponuntur: Supra posuit τὸ θέλειν, id est, velle, & τὸ ποιῆσαι, id est, facere. Hic τὸ ἐπιτελεῖσαι, id est, perficere. & τὸ εἶχειν, id est, habere. Hac igitur quatuor requiruntur ad beneficentiam veram, scilicet: facultas, voluntas, actio, & perfectio.

Etenim si iam adest animi promptitudo,

i 5

do,

do, ea iuxta id quod quisque habet accepta est, & non iuxta id quod non habet.

Occupatio est, qua occurrit obiectioni pauperum inter Corinthios, pauperes parum admodum possunt conferre, Igitur à ditioribus exigatur ista beneficentia. Respondet Apostolus proposita regula pulcherrima, nimirum quod Deus aestimet beneficentiam vniuscuiusque ex eius animo. Si enim animus pius & promptus est, acceptum est Deo vel minimum quiddam, At si animus tristis fuerit, vel maxima donaria displicent. Nota est historia pauperis viduae, quae duo minuta mittens in Gazophylacium praelata est diuitibus, qui magnas opes contulerunt.

Non enim vt alijs relaxatio sit, vobis autem oppressio: sed ex æquabilitate hoc tempore vestra abundantia supplet illorum defectum. vt & illorum abundantia suppleat vestrum defectum, vt fiat æquabilitas.

Commonefactio est de seruanda æquabilitate. Requirit enim ius analogum inter dantem & accipientem. Non fit, inquit, vt alijs sit relaxatio, hoc est, vt alij ociose ex alieno viuant, Vobis autem oppressio, hoc est, vt nimium erogando in egenos in angustias paupertatis cogamini, & paupertate opprimamini. Sed hoc tempore necessita-

cessitatis extremae pari conditione vestra abundantia supplet illorum inopiam, vt vestra vicissim inopia illorum copia subleuetur. Nam sicut nunc alijs egenis vos abundantes largimini è vestro, sic alij vicissim de suo vobis egentibus largiantur. Idque vt fiat æquabilitas, serueturque ius analogum. Debet enim vltro citroque ius illud inter Christianos valere, quantum quidem ad vsum rerum attinet, non quantum ad possessionem. Hic modus communicandi inopibus de nostris facultatibus, à Salomone etiam commendatur his verbis: Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta de medio putei tui, Dispergant sese fontes tui foras in plateis, riui aquarum sint tibi soli & non alienis tecum. Requirit hic Salomon liberalitatem erga alios, sed vult penes nos ipsos rerum nostrarum dominium esse.

Sicut scriptum est: Qui multum (collegit) non habuit amplius. Et qui paulum [collegit] non habuit minus.

Probat æquabilitatem seruandam ex typo. Nam vt qui multum colligebat de Manna, huic nihil superfuit, & qui paululum colligebat, is nihil minus habuit: Ita in vsu rerum fieri apud Christianos oportet, vt qui plus habet, non habenti communicet, vt fiat quædam æquabilitas:

non

non quidem in possessione, sed in usu rerum. Hoc ergo typo monentur diuites, quod illorum copia sit temperantiæ propriæ & fratrum egestati destinata.

4 Gratia autem Deo, qui dedit eandem sollicitudinem Domini in corde Titi, qui exhortationem acceperit, quin potius cum esset diligentior sua sponte venerit ad vos.

Commendaturus eos quos Corinthum erat missurus, primum meminit Titi, quem dicit non tam suo suasu & exhortatione, quam propria animi promptitudine suscepisse negocium colligendæ Eleemosynæ apud Corinthios. Cum autem propter hoc Deo gratias agit, significat non solum omnes pios motus in hominibus à spiritu Dei excitari, verumetiam hoc opus Deo pergratum esse, vt egestati fratrum succurrant.

Misimus autem vna cum illo fratrem, cuius laus in Euangelio est per multas Ecclesias, nec id solum, verumetiam delectus ab Ecclesia, est comes peregrinationis nostræ, cum hac gratia quæ administratur à vobis ad eiusdem Domini gloriam, & animi vestri promptitudinem.

Barnabam hunc secundum socium fuisse, quem
CUM

cum Titō mittit Apostolus, non tam ex eo apparet, quod eius magna laus fuerit in prædicatione Euangelij, quam ex eo quod dicatur ab Ecclesia Paulo constitutus comes peregrinationis: quemadmodum ex actis Apostolicis constat. Ad huius commendationem facit quod dicit, eum ab Ecclesia communibus suffragijs electum ad colligendam Eleemosynam apud Corinthios. Quod cum cedere in gloriam Dei, & animi eorum promptitudinem dicat, stimulos addit Corinthijs ad liberalitatem suam erga pauperes declarandam.

Declinantes hoc, ne quisquam nos carpat in hac exuberantia quæ administratur à nobis, procurantes honesta non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus.

Cur alios mittat exponit, scilicet ne quis malignus, vt nemo est à Sathane morsibus immunis, diceret Paulum suis priuatis commodis potius, quam pauperum necessitati studere. Paulus ergo, vt vir honestus & sanctus, dicit se studere, vt non solum apud Deum habeat conscientiam bonam, verumetiam vt sit extra calumniam apud homines. Unde Augustinus: qui negligit famam, crudelis est, Quia non minus necessaria est nobis coram proximo, quam bona conscientia coram Deo. Hoc Pauli exemplum non solum

solum ministris verbi, verumetiam omnibus pijs
propositum esse sciamus.

Misimus autem cum eis fratrem no-
strum, quem sæpe in multis probaui-
mus, diligentem: nunc autem mul-
to diligentiozem ob multam fiduci-
am, quam habeo erga vos.

Superioribus tertium addit socium, quem
commendat à diligentia quam sæpe fuerat in eo
expertus, & quam nunc multo maiorem esse in
eo intelligit, propterea quod magnam fiduciam
conceperit de eorum erga pauperes liberalitate.
Hic Paulus ad Eleemosynam colligendam non
mittit nisi virum de cuius pietate & diligentia
compertum habet, Viderint ergo nostri, qui ad
curam animarum emittunt eos, qui vix essent
idonei qui porcis pascendis præficerentur.

Siue de Tito: socius meus est, &
apud vos adiutor: siue (de alijs)
fratres nostri sunt, & Apostoli eccle-
siarum & gloria Christi.

Etsi hic particula illationis non est expressa:
Tamen non dubito quin sit conclusio commenda-
tionis legatorum, quos Corinthum mittit. Colli-
git enim in summam quibus laudibus clareant
illi tres qui mittuntur. Siue inquit de Tito, sci-
licet queritur, est socius meus in ministerio
Euange-

Euangelij,
duobus qu
stolis, id est
vt per qu
predican
mines vi
nomine.
pro aei c
mine,
Chrysoft
Collige-
perum
ste ante
tio, lab
vt sint
quales sa
Deum,
Domino
tur vos
Facite
sages e
sendi f
Ita
vel
nis
spe
Co
stram.

Euangelij, & adiutor apud vos: siue de alijs duobus queritur, sunt fratres nostri, sunt Apostoli, id est, legati Ecclesiarum, sunt gloria Christi, vt per quos gloria Christi manifestetur, Dum eum prædicant, & sincere colunt, sancteque inter homines viuunt. Erasmus vertit τῷ εἰς τίτου, Titi nomine. Sed quia τῷ εἰς sæpiissime apud Paulum pro τῷ capitur, malui de Tito, quam Titi nomine, vertere. Nam hoc magis congruit & Chrysostomus ita explicat, & nouus interpres. Collige ex his quæ esse debeant in diaconis pauperum & ministris Ecclesie, nempe vita honeste antea acta, pietas, rerum experientia, vocatio, labor, industria, cura pauperum: breuiter, vt sint tales qui Christi gloria iure dici possint, quales soli illi sunt, qui de bona conscientia apud Deum, & sancta vita coram hominibus in Domino gloriari possunt. Detestanda est igitur vox eorum, qui populo illudentes dicunt, Facite sicut doceo, non sicut ago: qui potius ἀλάστορες Ecclesie, quam pastores animarum censendi sunt.

Itaque demonstrationem charitatis vestræ & nostræ de vobis gloriationis ostendite erga eos etiam in conspectu Ecclesiarum.

Conclusio exhortationis. Ostendite itaq; vestram charitatem erga egenos, et efficit ne frustra de vo-

de vobis gloriatus esse videar, quod tum demum futurum est, si hos quos mitto in conspectu Ecclesiarum amanter & benigne complexi fueritis. Hinc & nos discamus, quomodo excipiendi sint qui pauperum negotium apud nos agunt. Chrysostomus exponit *εις οφειστων* Ecclesiarum, in gloriam & honorem Ecclesiarum. Qui enim hos legatos honorant, honorant & Ecclesias, quae eos miserunt. Utraque expositio satis congruit. Sed haec posterior magis stimulat Corinthios ad officium praestandum.

Caput IX.

Summa capitis noni.

Iam dudum Achaïam instructam esse & se misisse fratres, ut omnia sint in promptu, cum ipse cum Macedonibus venerit memorans, validissimis argumentis ad candidam liberalitatem, eos inuitat.

Ordo & partes capitis noni.

Capitis huius sunt quatuor partes. Prima, est significatio quod Eleemosyna Achaïæ iam dudum instructa

instructa sit. Secunda, causam apertius exponit, cur Titum & alios miserit Corinthum. Tertia, exhortatur ad liberalitatem, quæ careat tristitia & minime sit coacta. Quarta, est clausula acclamatoria per gratiarum actionem ob inenarrabilia Dei dona.

*Exegetis IX. capituli, cum
observatione doctrinarum.*

Nam de subsidio quidem, quod fit in sanctos, superuacaneum mihi est scribere vobis (noui enim promptitudinem vestram, cuius causa de vobis gloriatur apud Macedones) quod Achaia parata est ab anno superiori, & qui est ex vobis zelus prouocauit complures.

Præteritio est. Dicit enim *superuacaneum* esse scribere de subsidio quod fit in sanctos, Id quod tamen breuiter facit. dicit enim non solum Achaicam Eleemosynam iam dudum paratam esse, verumetiam multos zelo Corinthiorum iam magis ad liberalitatem exercendam prouocari. Est autem optimus & laudabilis zelus cum alius alterius pietate & virtute ita prouocatur,

k vt eam

vt eam sibi imitandam aut etiam, si fieri potest, superandam proponat, absque tamen omni vllius odio. Talis fuit zelus sanctorum olim, multum diuersus ab eo zelo, quo nunc multi laborant in aliorum perniciem. Rationem propositionis, à promittitudine Corinthiorum sumtam, Parenthesi inclusi, vt contextus expositionis conspiceretur.

Misi autem fratres, vt gloriatio nostra de vobis non inanis reddatur in parte hac, (vt quemadmodum dicebam) parati sitis ne quo modo, si venerint mecum Macedones & offenderint vos imparatos, pudefiamus nos (ne dicamus vos) in hac gloriationis fidentia.

Causam apertius exponit, cur Titum cum alijs duobus fratribus miserit Corinthum, nimirum vt Corinthiorum Eleemosyna eroganda in pauperes sit parata vbi Apostolus venerit cum Macedonibus. Hunc autem finem multis verbis inculcat uidelicet, ne gloriatio nostra reddatur inanis: vt parati sitis: ne pudefiamus nos in hac gloriationis fidentia, vt interim taceam, vt vos non pudefiatis cum venerint Macedones. Magis enim cum aliquid à nobis peccatum est erubescimus in multorum conspectu. Hæc copia & expositio vrget Corinthios vt officium faciant.

Voca-

Vocabulum
idem est
quod 70.
stasis, id e
est firma

Iraque
ri fra
& p
bene
para
auar

Finer
Eleemosy
dinent,
bus vener
tiam voca
appellat
ligendu
est, an
habet
tem qu
ita vt
tortum
tur ben
benigna
donum,
piorum

Vocabulum *ὑπόστασις*, pro quo *fidentiam* posui, idem est hoc loco, quod Hebraicum *Tocheles*, quod 70. interpretes *Psal. 39.* verterunt *hypostasis*, id est, spes seu expectatio seu fidentia, quæ est firma animi confisio.

Itaque necessarium putavi adhortari fratres, ut prius veniant ad vos, & prius ordinent antea indictam benedictionem vestram, ut hæc sit parata, ita ut sit benedictio & non auaritia.

Finem legationis colligit, nimirum ut legati *Eleemosynam* prius indictam absoluant & ordinent, priusquam *Paulus* cum *Macedonibus* venerit. *Eleemosynam*, quam supra *gratiam* vocavit & *subsidium*, hic *benedictionem* appellat, quæ quid sit, hoc loco ex *antithesi* colligendum est. *Opponitur* autem *auaritiæ*, id est, auiditati plus habendi, ubi autem illa est, habet *coniunctam tenacitatem* & *difficultatem* quandam aliquid erogandi in *pauperes*, ita ut quicquid *auarus* confert, sit veluti *extortum* quiddam. Huic ergo vitio opponitur *benedictio*: Proinde significat *benedictio benignam* & *spontaneam beneficentiam* seu *donum*, quod *benigne* & *ultro* datur. Debet enim *piorum Eleemosyna* *benigna* & *spontanea* esse,

k 2 non

non extorta. Porro extrema huius pericopæ verba: ita vt sit benedictio non auaritia: respectu sequentis exhortationis vim propositionis obtinent, nimirum vt Corinthij vltro & benigne conferant Eleemosynam.

Hoc autem qui seminat parce, parce & metet, qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet.

Ratio propositionis à fructu beneficentia, qui ad ipsos qui liberales sunt redit: Est autem hæc ratio allegorica amplificata contrariorum collatione. Quemadmodum enim se habet cum seminatoribus: Ita cum ijs qui Eleemosynam conferunt. Nam vt qui parum seminat, parum & metet, & qui multum seminat multum metet: Sic qui parce & ex auaritia parum largitur in vsus pauperum, Remunerationem suo auaro animo dignam reportabit. At qui in benedictionibus, id est, perbenigne in egenos conferunt Eleemosynam, à Domino recipient copiosam mercedem. Etsi Eleemosyna in se fuerit pro tenuitate alicuius perexigua. Nam vt supra dictum est, promptitudo animi accepta est ex eo quod quis habet, non ex eo quod non habet. vt autem præpositione IN cum nomine BENEDICTIONIBVS, pro aduerbio vtitur: Pluralem numerum pro singulari Emphaseos gratia ponit. Obseruetur autem in hac sententia, quo in loco sint haben-

habendæ piorum Eleemosynæ, nimirum quod sint veluti semen coniectum in agrum, qui magno cum fœnore reddit quod seminatum est. Unde illud Domini : Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Vnusquisque autem quemadmodum proposuit in corde, non ex tristitia, aut ex necessitate.

Regula de Eleemosyna conferenda hic traditur. Certa mensura nemini præscribatur, sed conferat vnusquisque quemadmodum proposuit apud se : Tantum caueat ne assit tristitia propter illud, quod sibi detrabi videtur : vel necessitas quasi autoritate Apostoli, aut aliorum exemplo cogretur inuitus. Utrumque enim opus sua natura pium prophanat & contaminat.

Hilarem enim datorem diligit Deus.

Non vult ex tristitia aut necessitate proficisci Eleemosynam, sed ex hilaritate, propterea quod talis Eleemosyna sola Deo sit grata. Alludit autem Apostolus ad dictum Syracidæ 35. capite : In omni munere vultum præbeas hilarem. Significatur igitur hoc dicto, quod animi promptitudo, & voluntas liberalis ex eo quod quisque potest, non ex eo quod quisque non potest, spectari debeat, iuxta regulam in octauo positam.

k 3

Potens

Potens est autem Deus efficere, vt omnis gratia in vos redundet, vt in omni semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.

Argumentum à potentia Dei contra imaginationem carnis. Caro putat sibi detrabi quicquid in pauperes confertur, Sed Paulus dicit fieri potentia Dei, vt non solum tota illorum beneficentia in eos redundet, ita vt nihil desiderent ad presentis vitæ sustentationem: verumetiam vt alijs quoque bonis operibus crescant. Ita Deus officium beneficio compensat, & virtutem virtute ornat & premiatur. Hac si multi cogitarent, non ita nonnulli fame & frigore perirent, idque inter eos qui domestici Dei haberi volunt.

Quemadmodum scriptum est: dispersit, dedit pauperibus, iusticia eius manet in sæculum sæculi.

Quod Deus soleat efficere, vt abundant in omne opus bonum, qui sunt erga pauperes liberales, probat ex Psalmo 112. in quo Dauid virum beatum a timore Dei & alijs virtutibus describit: inter quas etiam ponit liberalitatem erga pauperes. Dispersit, inquit, dedit pauperibus, In Hebræo est fregit, scilicet panem, quo verbo significatur studium & actio liberalitatis.

Quod

Quod autem additur iusticia eius manet in seculum seculi. significat, quod Deus soleat pietatem erga pauperes compensare alijs diuinis beneficijs, & præcipue, vt in iusticia & pietate conseruentur. Pietas enim vt suis exercitijs proprijs augetur, Ita etiam conseruatur.

Porro qui suppeditat semen femnanti, etiam panem in escam suppeditet, & impleat sementem vestram, & augeat fructus iusticiæ vestræ.

Votum est interpositum. Optat enim vt is a quo omnia bona proueniunt, suppeditet ipsis omnia affatim. & γενήματα (id est prouentus & fructus) iusticiæ (id est, beneficentiæ) illorum erga pauperes compenset. Hinc monemur, vt nos quoque bona precemur ijs, quorum beneficentiam vel erga nos vel erga alios experimur. Deinde, docemur quod prouentus terræ, & alij fructus non obtingant casu, sed tanquam manu Dei hominibus porrigantur.

In omnibus ditati in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem.

Tacita epanalepsis est. Nam verbum Abundetis in hoc hyperbato repetendum est, hoc modo: vt inquam abundetis ditati in omnibus

k 4

in om-

in omnem simplicitatem, id est, ad omnem benignitatem, quæ ex simplici proficiscitur animo. hoc est, non auaro, non tristi, non coactò, sed hilarì & sincero Deumq; timente. Huc addit argumentum ab effectu, nimirum quod illorum simplicitas, id est, beneficentia efficiat, vt Deo gratiæ agantur: quo rursus monemur pios erga egenos affectus oriri à spiritu sancto, qui in sanctis habitat.

Nam subsidium oblationis huius non solum supplet sanctorum defectus, sed etiam redundat per multas gratiarum actiones apud Deum.

Argumenti proximi repetitio per amplificationem. Liberalitas erga egenos, non solum subleuat egestatem egenorum: verum etiam efficit, vt plurimi agant Deo gratias propter beneficentiam, quæ exercetur in pauperes. λειτουργίας, id est, sacrificij seu oblationis vox, vim argumenti suasiuorij habet. Significat enim quod beneficentia erga egenos sit sacrificium Deo gratum. Hinc illud ad Hebræos 13. Beneficentiæ & communicationis nolite obliuisci. Huiusmodi enim hostijs delectatur Deus. Hoc est, huiusmodi hostiæ Deo pergratæ sunt, Idque propter Christum, in quo solo & nos acceptos habet pater, ephes. 1. & nostram obedientiam ex fide promanantem approbat, etsi imperfectam.

Per

Per probationem subministracionis huius glorificantes Deum super obedientia consensus vestri, in Euangelium Christi, & simplicitate communicationis in eos & in omnes, & eorum precatione pro vobis, desiderantium vos propter excellentem gratiam Dei in vobis.

Dixit illorum beneficentiam erga pauperes efficere, vt multi agant Deo gratias, nunc autem eius rei causas enumerat quatuor. Quarum prima est, quod illa beneficentia sit quaedam probatio seu experimentum fidei Corinthiorum. Secunda, quod testetur de consentiente illorum obedientia erga Christi Euangelium. Tertia, quod simplicitas eorum, id est, benignitas & beneficentia erga pauperes manifestetur. Quarta, quod ita coniungant animos suos cum egenis Ierosolymitanis, vt ipsi & pro eis orent, & eos ex animo desiderent ac complectantur propter eminentem gratiam, id est, magnam liberalitatem quam in eis experiuntur. Hæc commoda & nos moueant ad beneficentiam erga pauperes exercendam.

Gratia autem sit Deo super inenarrabili suo dono.

Epiphonema ἐπιφώνημα est, quod eo spectat, vt Co-
k 5

ut Corinthij audita hac sui prædicatione, ne effe-
rantur. Monet enim hoc epiphonemate, quod
materia gloriationis non sit à nobis, sed a Deo.
Ex hoc epiphonemate tria colligamus: primum,
quod in omnibus Deo sint gratiæ agenda. Secun-
dum, quod bene velle & bene agere sint Dei do-
na. Tertium, quod nullus satis beneficia & do-
na Dei possit prædicare. Humana enim lingua
ea narrari non possunt.

Caput X.

Summa capitis decimi.

A Calumnijs Pseudoapostolorum se purgans,
& quanta sit sua potentia in Euangelij
negocio ostendens Apostolus, in Deo gloriandum
admonet.

Ordo & partes capitis decimi.

Tres sunt huius capitis partes principales,
Quarum prima est exordium, in quo per obte-
stationem requirit Corinthiorum æquitatem &
mansuetudinem. Secunda defensio est autorita-
tis Apostolicæ aduersus eos, qui ipsi detrahebant
apud

apud Corinthios : In hac parte tria facit : Primum, quia obiecerunt illi humilitatem & contemptum personæ : respondet per concessionem primum, deinde opponit potestatem Apostolicam, qua se non parum valere testatur. Deinde, quia quidam gloriabantur se esse Christi ministros cum Pauli contemptu, His quoq; respondet, quod in hoc non sit eis inferior, imo quod possit gloriari plusquam illi de sua potestate. Tertio, quia calumniabantur superiorem Epistolam tanquam nimis austeram, cum interim ipse præsens esset infirmus, & sermo eius contemptus, Respondet, se nihil Epistola egisse, quod non etiam coram fuisset facturus. Deinde ironice eos extollens se cum illis comparat, & ostendit quam fuerit fidelis minister in commisso sibi Euangelij negocio. Tertia pars continet regulam, ad quam vult vnumquemque se examinare, vt sciat vbi recte gloriari possit.

*Exegesis X. Capitis, cum
observatione doctrinarum.*

Cæterum ipse ego Paulus obtestor
vos per mansuetudinẽ & æquitatem
Christi, qui iuxta speciem quidem hu
milis

milis sum inter vos: Absens vero audax sum in vos.

Exordiolo parat sibi aditum ad sequentem confutationem, in qua diluit calumniam Pseudoapostolorum, qui se propter externam verborum pompam magnificantes, Pauli apud Corinthios auctoritatem eleuare conati sunt. Obtestatur autem Corinthios, vt intuentes Christum, eius mansuetudinem & æquitatem sibi proponant, & non ducantur fallacibus affectibus, sed rem ipsam recte æstimantes mansueti & equi sint iudices. Orationem affectus abrumpit. Criminationem enim aduersariorum ironice attexit, inquiens: qui iuxta faciem humilis quidem sum inter vos, & absens audax sum in vos, hoc est, externam speciem meæ personæ contemnunt Pseudoapostoli, vt meam auctoritatem apud vos minuunt, & meam absentis in vos temerariam confidentiam exaggerant, vt ita me vobis exosum reddant. Notetur hic ingenium arrogantium hominum, qui vt ipsi magnifant nihil non agunt, vt aliorum æstimationem obscurent: In versione secutus sum Erasmus, & verti $\kappa\tau\iota$ $\sigma\omega\pi\omicron\nu$ iuxta faciem seu externam speciem, potius quam cum nouo interprete, qui motus antithesi coram vertit. Nam hoc potissimum criminationis caput fuit, vt Pseudoapostoli Paulum inuisum redderent Corinthijs propter personæ externæ contemptum, & orationis humilitatem.

Rogo

Rogo autem hoc ne præsens audax
 sim ea fiducia qua reputor audax
 esse, in quosdam qui æstimant nos
 tanquam secundum carnem ambu-
 lantes.

Orationem, quam abruptit epanalepsi, synonymia restituit. dixit, obtestor vos per mansuetudinem & æquitatem Christi, ubi abruptit orationem, criminationem Pseudoapostolorum ironice interserens, quam orationem nunc absoluit, Rogo pro obtestor reponens. Est autem hæc plena oratio, obtestor & rogo vos per mansuetudinem & æquitatem Christi, ne præsens ausus sim & c. Hoc est, vt ita agatis & rem ita controuersam inter nos æstimetis, ne cogar præsens apud vos mea vt i seueritate, id ita demum futurum est, si vos mansuetos & æquos indices exhibeatis. Atque ita hic Paulus ex consequente antecedens vult intelligi, idque persuadendi gratia. Quid autem sit secundum carnem ambulare, ex antithesi quæ mox sequitur, patet: ubi arma potentie Dei carni opponit. Ergo caro hoc loco significat imbecillitatem, qualem natura hominum præ se ferre solet. Cum ergo Pseudoapostoli dicerent Paulum secundum carnem ambulare, significabant eum non alio præsidio fretum, quam quod incurreret in oculos ex Pauli externa specie.

In carne enim ambulantes non se-
 cundum

cundum carnem militamus (Arma enim militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad subuersionem munitio-
num.)

*Hæc confutatio est primæ criminationis Pseudoapostolorum : in qua primum concedit se in carne ambulare, hoc est, se secundum externam speciem inbecillem esse, vt qui non ita multum valeat, si externam speciem solummodo spectes. Verum huic externæ speciei & apparentiæ opponit Apostolicam auctoritatem, videlicet quod potestate Dei validus sit, ad subuertendas munitio-
nes quas enumerat, dicens:*

Ratiocinationes euertentes, & omnem altitudinem quæ effertur aduersus cognitionem Dei, & captiuantes omnem cogitationem in obedientiâ Christi, & in promptu habentes vindicationem omnis contumaciæ, dum impleatur vestra obedientia.

Enumerationem effectuum exponit ad quid valeant arma militiæ, in qua se bella gerere profertur. Ac dicit se istis suis spiritualibus armis euertere primum λογισµους, id est, Ratiocinationes & consilia, quibus homines mundani vtuntur ad euertendum Christi regnum, ad quorum expugnationem requiritur & singularis rerum diuinarum

narum cognitio, & inuictum animi robur cum
 vera pietate & assidua precatione coniunctum.
 Deinde altitudinem omnem, quæ effertur aduer-
 sus cognitionem Christi (qui in mundo apparet
 humilis & abiectus) id est, quamlibet mundi
 gloriam & potentiam, eam enim in nihilum re-
 diget minister Dei, ut nullum prorsus in regno
 Christi locum habeat. Tertio, omnem cogitatio-
 nem se captiuam ducere dicit ad obediendum
 Christo: Quod fit quando homines renunctata
 carnis cogitatione, sepositis ratiocinationibus cor-
 ruptæ naturæ, & seclusa gloriæ & potentie
 mundi vanitate, verbo Dei conuincuntur de sua
 impietate, & prædicatione Euangelij Christo ad-
 ducuntur. Quarto vindicationem omnis con-
 tumaciæ ponit, quæ est etiam pars potestatis
 Ecclesiasticæ, fundata super hoc Christi dicto,
 Quicquid ligaueritis super terram, in cælo quo-
 que ligatum erit. Nam quæ hic recenset Apo-
 stolus communia sunt omnibus ministris, sed
 non æque feliciter ab omnibus administrantur.
 Hoc postremum de vindicatione etiam referri
 potest ad pœnas corporales, quas diuina virtute
 contumacibus inflexit: sicut Elimam magum
 cæcitate percussit: Alexandrum & Hyme-
 næum Diabolo tradidit cruciandos. Quod au-
 tem addit: dum vestrâ obedientia implea-
 tur, significat in quem scopum collimare mi-
 nistri verbi debeant, nimirum ut istis suis
 armis

armis vtantur, donec homines Christo obedientes reddiderunt. Hic locus extollit manifice ministerium verbi, & illud collocat supra omnem gloriam & potestatem mundi: videant igitur ministri verbi, vt hac sua potestate rite fungantur.

Quæ secundum speciem sunt aspicitis?

Hæc interrogatio cum admiratione reprehensionem habet, quasi diceret: cum istis armis me vti experti estis, perperam facitis qui iuxta externam faciem, & non potius iuxta veritatem de me iudicatis. Externa quidem apparentia humilis est, sed spirituale robur ministerio nostro annexum in æstimandis Christi ministris potius est spectandum. Idem sit de omnibus sinceris Dei famulis iudicium.

Si quis apud se confidit quod Christi sit, Hoc reputet rursus ex se, quod quemadmodum ipse Christi, sic & nos Christi.

Respondet eis qui gloriabantur se esse ministros Christi, idque cum Pauli contemptu, & dicit neminem ex eo iustam habere causam se contemnendi, cum sit & ipse Christi minister. verum illi in hoc errarunt, quod non æstimarint, vt decuit, vocationem, dona, & labores Pauli, iuxta que tria, gradus & ordines inter Dei famu-

famulos geometrica proportione in bene constituta Ecclesia fieri oportet.

Nam etsi etiam abundantius quid gloriator de potestate nostra, quam dedit Dominus nobis in ædificationem & non destructionem vestri, non pudeam, ut non videar terrere vos per epistolas.

Ut modestiæ Apostoli fuit, quod se alijs ministris inferioris gradus adiunxerit: Ita autoritatis suæ tuendæ gratia suum dignitatis gradum sibi vendicat. & ne quis id arrogantiam ascribat, totum Deo fert acceptum, cum ait: Quam dedit mihi Dominus non in destructionem vestri sed ædificationem, ne videlicet putetis, quæ iactata, inania quædam verborum terculamenta esse. Obseruetur hic finem potestatis Ecclesiasticæ esse ædificationem Ecclesiæ. Quicumque ergo vel doctrina, vel facta, vel vita, destruit Ecclesiam, frustra se vicarium Christi aut famulum esse gloriatur.

Nam epistolæ quidem inquit graues sunt & validæ, sed præsentia corporis infirma, & sermo contemptus.

Hæc obiectio est Pseudoapostolorum, & criminatio quod Paulus alius sit absens per literas,
l alius

alius præsens. Absentis quidem (aiunt) literæ sunt graues & validæ , sed ipse cum præsens adest vobis non solum ipse inualidus est : verumetiam sermo eius est contentus. Hinc apparet quod aduersarij Pauli potissimum gloriati sint de grauitate suæ personæ , & de externa verborum ἐπιφάνεια, pompa, & grandiloquentia: Sed sequitur Apostoli responsum.

Hoc cogitet qui talis est : quod quales sumus absentes sermone per epistolas , tales etiam præsentes opere.

Responso est ad criminationem quasi diceret : Ei qui obiicit mihi quod absens audax sim per Epistolas , & præsens abiectus , vt qui contempto sermone vtar, Hoc responsum volo : quod absens et præsens idem sim, ne quid amplius dicam.

Non enim audemus inferre aut conferre nos ipsos quibusdam, qui se ipsos commendant.

Ratio est ironica. Non audemus nos inferre, id est, annumerare , aut inferere quibusdam , nec conferre nos cum illis, qui se ipsos commendant ac prædicant. Dicuntur autem se ipsos commendare, qui cum nihil egregie fecerunt ipsi , applausum tamen vulgi querunt , & maximi videri volunt. Qui quoniam alios non habent , commendatores,

datores, ipsi propriae laudis praecones sunt. Quod ἐγκρίων per inferre reddidi, secutus sum Camerarij auctoritatem, vt retinerem προσωπομασίαν, quae in Græco est.

Sed non intelligunt quod ipsi sese seipsis metiuntur, & sese sibiipsis comparant.

Antithesis est. quasi diceret: Illi quidem magnifice se praedicant, sed non sentiunt nec animaduertunt quid faciant. Deberent res à se gestas in medium asferre, quas nullas omnino habent. Apud vos latent, nullas nationes ad fidem conuerterunt, nullos labores experti sunt, sed solummodo absque vlla suorum factorum mensura gloriantes, per seipsos se metiuntur, & ipsi sibiipsis mensura sunt: vt qui se sibiipsis comparent, id est, suo proprio testimonio sunt clari, qua iactantia nihil potest dici absurdius. Quod autem hanc Pauli sententiam reddidi in tertia persona secutus Parisiensem Theologum, Camerarium, & Erasmus, potius quam Photium, motus sum antithesi quae sequitur.

At nos non extra mensuram gloriamur, sed iuxta dimensionem regulæ eius mensuræ, quam Deus nobis dispertitus est, videlicet quod etiam peruenerimus vsque ad vos.

Sensus est : Verum nos res gestas à nobis proponimus , de quibus in Domino gloriamur. Sed Apostolus persistit in metaphora mensuræ, & primum dicit se non extra mensuram gloriarī, vt faciunt Pseudoapostoli. Deinde, regulam certam se secutum ait eius mensuræ, quam Dominus sibi partitus est. Vocat autem mensuram Apostolus, quicquid terrarum Deus ipsi velut ad regulam esset ad mensus, vt totum istud spacium adduceret Christi imperio. Tertio, partem spacij seu mensuræ nominat Apostolus cum ait : Adeo quod peruenerimus etiam vsque ad vos, hoc est : quod præter alias nationes & populos vos quoque pars mensuræ sitis mihi à Domino assignatæ : videtur autem hic Apostolus alludere ad mensurationem terræ Palestine & eius diuisionem inter duodecim tribus : qua re significatum mystice fuit, quod duodecim Apostoli iuxta regulam à Domino sibi commendatam, multas terras & nationes adijcerent regno CHRISTI.

Non enim quasi non perueniremus vsque ad vos, super extendimus nos ipsos. nam vsq; ad vos etiam peruenimus in Euangelio Christi.

Antithesi amplicat & repetit quod dixit persistens in eadem metaphora. sensus est : Non ita vsque ad vos peruenimus quasi aliquo spacio magno

magno in medio relicto, sed omnibus peragratis interpositis regionibus, & in ijs iacto fundamento Euangelij ad vos suo loco & ordine peruenimus, seruata legitima dimensionis ratione.

*Non extra mensuram gloriantes in alienis laboribus: sed sperantes au-
gescente fide vestra in vobis magni-
ficari secundum regulam nostram
in exuberantiam, vt etiam vltra vos
Euangelizem non aliena regula, vt
de ijs quæ parata sunt glorier.*

*Hac antitheseon collatione grauiter perstrin-
git Pseudoapostolos, qui in alienis laboribus &
extra mensuram sibi deputatam gloriati sunt.
Ac si dicat: Illi extra mensuram gloriantur:
At ego secundum mensuram, adeo quod sperem
succrescente vestra fide me magnificatum iri in
vobis, dum scilicet vester profectus in fide se
magis ostenderit. Est enim magistri gloria di-
scipuli profectus. Neque spero hoc tamen, sed
superabundantius adhuc, nempe vt extendam
meam regulam vltra vos, ad eos scilicet qui non-
dum audiuerunt Euangelium: ne in aliena re-
gula de ijs quæ parata sunt glorier: hoc est, ne
mibi assumam quod Dominus alijs admensus
est: quemadmodum vestri Pseudoapostoli fa-
ciunt, sed vt in mea regula glorier, dum illis
l 3 qui*

qui nondum Euangelium audierunt, Euangelizem. Regula hic pro re mensurata ponitur, pro qua antea μέτρον, hoc est, mensuram posuit.

Sed qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed is quem Dominus commendat.

Ut & se & Pseudoapostolos in ordinem cogat, commode hanc regulam tradit: quam omnes pios in omnibus suis actionibus sequi oportet. Qui gloriatur in Domino gloriatur, hoc est, In omnibus honestis & præclaris factis, Primum Deo totam gloriam in solidum vendicet. Deinde ad Dei gloriam referat quicquid gratiæ à Deo accepit. Primum superbiæ medetur, alterum auaritiæ: quæ duo vicia quantumuis excellentia dona Dei fæde contaminant. Rationem regulæ addit per collationem causarum: quarum altera est destruens, altera efficiens. Qui enim se ipse commendat alijs, sordescit contemptus. Non enim eius est vera commendatio. At is quem Deus commendat, probatus est & Deo & hominibus. Sed quisnam à Deo commendatur? Qui omnia sua recte facta ad hanc Pauli regulam exigit & examinat.

Caput

Caput XI.

Summa capitis vn-
decimi.

Hortatur Apostolus Corinthios, ne se sinant à Pseudoapostolis decipi, & à Christo sponso abduci: & ostendens haud iustas esse causas sui contemptus, quas prætendunt Pseudoapostoli, se illis non modo parem, sed longe superiorem multis argumentis conuincit.

Ordo & partes capitis
vndecimi.

Huius capitis dispositio mirum in modum est artificiosa. Nam cum hunc scopum sibi Apostolus proponat, vt persuadeat Corinthijs, ne, se illorum Apostolo contempto, Pseudoapostolis adhæreant, cum animarum suarum certo periculo, necesse habuit ostendere, quibus rationibus excellat istis. Exordiolo igitur admodum apto à voto sumto vtitur. Optat enim vt se insipientem, id est, suas laudes referentem ferant, sed mox correctione subiecta exponit in quanto metu sit, ne sinant se decipi à Pseudoapostolis: Unde insinuat propositionem huius capitis principalem

l 4 palem

palem, videlicet ne sinant se seduci à Pseudoapostolis, sed sibi potius quam illis adhaereant. Hac propositione confirmata, paucis diluit calumnias Pseudoapostolorum, qui obiecerunt Paulo sermonis simplicitatem, personæ contemptum, & abstinentiam à stipendio in signum alieni animi à Corinthijs. Unde dilabitur in descriptionem Pseudoapostolorum, & ostendit quam fallaciter agant sub prætextu pietatis, idque exemplo sathanæ cuius ministri sunt. Deinde, vt redigat Pseudoapostolos in ordinem, rursus præfatur & petit, vt se insipientem ferant, qua occasione exprobrat Corinthijs quod se ita seruiliter subiecerint Pseudoapostolis, tum proponit se etiam gloriari posse, & velle. & collationem instituit sui & Pseudoapostolorum, in qua multis modis se non modo parem esse, verum etiam antecellere Pseudoapostolis ostendit.

*Exegesis XI. capituli, cum
observatione doctrinarum.*

Vtinam toleraretis me paulisper in insipientia, imo etiam toleratis.

Exordium à voto. vtinam toleraretis me paulisper gloriantem de mea eminentia in negotio

gocio Euangelij. Hoc votum mox corrigens ait :
 Imo etiam toleratis , ac si dicat, Quid opus est
 vt id optem, quod sponte mihi largimini ? Poteſt
 etiam petitio eſſe (Nam verbum Græcum am-
 biguum eſt) vt ita reddatur , Imo etiam tolera-
 te. Eſi autem vtraque expositio ſatis congruit,
 priorem tamen præfero cum Erasmo. Cum inſi-
 pientia meminit , oblique perſtringit Pſeudo-
 apoſtolos, qui ſuarum laudum buccinatores erant
 apud Corinthios, quo nihil inciuilius, nihilq; ſtul-
 tius eſſe poteſt. Quare recte huiusmodi gloria-
 tionem, qua quis ſeipſum iactat, inſipientiam vo-
 cat Apoſtulus. Verum interea & hoc obſeruan-
 dum, interdum quod ſimpliciter & per ſe in vi-
 tio eſt , fieri debitum officium propter aliquam
 circumſtantiam. Pſeudoapoſtoli gloriabantur,
 vt ipſi magnifierent , Quare recte ſtulticia inſi-
 mulantur. Paulus gloriabatur, vt tueretur po-
 teſtatem ſuam Apoſtolicam : quo veritas Eu-
 angelij permaneret apud Corinthios in gloriam
 Dei & ſalutem Corinthiorum. Quare ipſius
 gloriatio ſit debitum officium : Tantum abeſt vt
 Apoſtolo notam inſipientia inurat. Hoc exem-
 plo miniſtri verbi in ſimili cauſa , modo per ſi-
 milem affectum retineant, imitari poſſunt.

Nam zelotypus ſum erga vos Dei
 zelo.

Ratio voti ab affectu Apoſtoli erga Corinthi-

l 5

os, ac

os, ac si dicat: quod anxie optem, vt meam insipientiam feratis, facit zelotypia qua laboro erga vos. Non quidem mea causa sed Dei. Hac zelotypiæ distinctione rursus Pseudoapostolos pungit, qui sibi zelotypi erant non Deo. Monentur ergo ministri Dei hoc Pauli exemplo, vt Deo sint zelotypi tanquam sinceri Paranymphæ, qui nolunt sponsam amare nisi proprium sponsum, & irascuntur sancto zelo omnibus, qui sponsam à suo legitimo sponso abducere moliuntur.

Despondi enim vos vni viro, vt exhibeatis vos Christo virginem puram.

Aetiologia est. suæ enim erga Corinthios zelotypiæ rationem reddit. Est autem sensus horum verborum. Prædicatione Euangelij à fornicatione impura, qua contaminati eratis, adduxi vos ad Christum, cui purificanti vos à prioribus pollutionibus, despondi vos vt Paranymphus marito Christo, vt posthac exhibeatis vos vt puram virginem. Consistit autem hæc puritas in doctrinæ Christi simplicitate, cultu sincero, & morum innocentia. Qui enim vel doctrinam corrumpit, vel cultum legitimum violat, vel impudicia morum lasciuus est, à Christo sponso ad fornicariam lasciuiam deflectit.

Metuo

Metuo autem ne quo modo sicut serpens Euam decepit calliditate sua, sic corrumpantur sensus vestri à simplicitate, quæ est in Christo.

Exponit quanto in metu sit pro Corinthijs, videlicet quod metuat, ne à salute per Christum parta excidant, seducti à Pseudoapostolis. Est autem hic duplex collatio. Una Eux & Ecclesie: Altera serpentis, hoc est, Diaboli & Pseudoapostolorum. Ut Eua ante lapsum fuit typus Ecclesie: Ita eadem post lapsum figura est excidentium gratia per inobedientiam. ut ergo salus Eux posita fuit in simplicitate verbi Dei eiusque obedientia, & eiusdem lapsus ex corruptela verbi extitit & ex inobedientia: Ita salus Ecclesie Christi in simplicitate Euangelij est sita eiusque fide & obedientia, & interitus in defectione à simplicitate Euangelij. Deinde altera collatio est serpentis & Pseudoapostolorum, quæ ita instituenda est: Quemadmodum serpens ficto zelo pro primis parentibus calliditate sua monstrato fructu Paradisi (qui Eux audito serpente visus fuit aptus ad cibum desiderabilis oculis, & expetibilis ad prudentiam conferendam) decepit Euam: Ita Pseudoapostoli sua calliditate externam speciem rerum, pompam verborum, simulatam sanctimoniam, fictum zelum, sapientiæ opinio-

opinionem prætendentes, nituntur Ecclesiam à simplicitate Euangelij Christi abducere, atque ita æternis mancipare pœnis. Hic obseruetur primum quantum sit beneficium Christi, qui nos peccato perditos & prostratos sub damnatione, suo Euangelio in salutis statum restituit. Deinde quanta sit dignitas & necessitas ministerij verbi, quamq; bene mereantur de Ecclesia sinceri ministri Euangelij, qui voce & vita veram pietatem docent & exprimunt: Et e contra considerandum, quantæ pestes sint Ecclesie falsi doctores, qui homines à simplicitate Euangelij abducunt ad humanas corruptelas, atque ita precipitant in certam damnationem. Porro hæc Pauli sententia insinuationem habet antea signatæ propositionis. videlicet, vt Corinthij caueant, ne sinant se decipi à Pseudoprophetis. Habet etiam apertam rationem propositionis à periculo & certo damno petitam: videlicet, ne sicut Eua excidant gratia & salute.

Nam si is qui venit, alium quidem Christum prædicat, quem non prædicauimus, aut spiritum alium accipitis quem non accepistis, aut Euangelium aliud, quod non accepistis, recte toleraueritis (eum.)

Ratio propositionis est, sumta à perfectione doctrinæ

doctrinae Pauli, Cuius propositio sola loco integri argumenti ponitur. Si Pseudoapostolus aliquis veniens docuerit perfectiorem Christum, impetrauerit vobis alium spiritum sanctum seu efficaciorum, & tradiderit vobis perfectius Euangelium quam ego feci, bene fecistis quod sustinueritis & receperitis eum. Sed nullus potest venire, qui hoc faciat. imo qui à simplicitate Euangelij abhorrent, seductores sunt & impostores. Quare nequaquam eos sustinere deberetis. Hic discamus, quod si praedicatione Pauli fuit sufficiens ad salutem consequendam, seductores sint Papiſtae qui Euangelio non contenti, imo Euangelio spreto doctrinas humanas pro Euangelio obtrudunt. Quare non minus quam sathanas ipse cauendi sunt:

Arbitror enim me nihilo inferiori fuisse eximijs Apostolis.

Pro ipsa minore ponit minoris confirmationem. Paulus non est inferior eximijs Apostolis. Ergo Pseudoapostoli perfectiorem salutis doctrinam asserre non possunt. Verum hanc confirmationem hic veluti digito monstratam, in duodecimo capite persequitur. Nunc enim obiectiones Pseudoapostolorum aduersus eam confutat, ne veluti prauiudicio quodam impediti Corinthij, minus se faciles ad credendum ipsi exhibeant.

Etsi

Etsi autem idiota sum sermone, non tamen scientia.

Refutatio est primæ obiectiōnis contra minorem, in qua asseruit se non inferiorem esse eximijis Apostolis. Obiecerunt Paulo quod sermone esset idiota, ideoque ipsius doctrinam non fuisse absolutam: Respondet per concessionem & correctionem: fateor me esse idiotam sermone, nihilominus tamen scientia non sum idiota, quod paulo post in duodecimo declarat, ubi se in tertium cælum raptum fuisse ait. Idiota grandiloquo & pomposo oratori hic opponitur. Paulus enim ut penitus penetraret in corda hominum rudium suo Euangelio, usus est sermone populari & simplici, ut ita se captui rudium discipulorum accommodaret. quod sane officium est fidelis magistri, qui non tam suam laudem quam instructionem discipulorum querit. Verum Pseudoapostoli crepantes grandia, garrulitate sua auditores in admirationem sui perduxerunt quidem, sed eos nihil solide docuerunt. Unde ut viderentur eximij doctores esse soli, obiecerunt Apostolo imperitiam sermonis, sed falso. Hinc discant pij ministri verbi, non à Pseudoapostolis inanem garrulitatem captare, sed potius ab Apostolo se rudium auditorum captui accommodare, quo ipsorum labor in ædificationem Ecclesie cedat.

Sed

Sed omnino manifestati sumus vobis in omnibus.

Firmissimo testimonio confirmat Apostolus quod dixit. Pronocat enim ad illorum conscientiam, quibus haud ignotum erat, quanta diuinarum rerum scientia polleret, vt qui ipsos ab errore Ethnico sua industria & doctrina abductos, Christo lucrifecerit.

Num peccatum feci, quod me humiliauerim, vt vos exaltaremini? quod gratis Euangelium Dei euangelizauerim vobis?

Criminationes duas Pseudoapostolorum per interrogationem & admirationem proponit. Obiecerunt Apostolo absenti contemptum persona, nempe quod se nimium familiarem omnibus fecerit, ac se vel minimis subiecerit, vt eos exaltaret, id est, in Christi cognitionem perduceret. DEINDE, quod gratis Euangelium praedicaerit, cum alij acciperent stipendium. Utraque criminatione quam sit iniusta ostendit. An is, inquit, qui se humiliat, vt alios exaltet, peccat? An is, qui Euangelium Christi praedicat gratis propter cauenda scandala, est culpandus? Utrumq; sane debitum officium est. Quare qui hinc ansam calumniandi petit, iniquus & malignus sit necesse est. Hoc exemplum Pauli abstinentis a stipendio nequaquam imponit legem ministris

ministris verbi, nisi in simili casu. Nec Papiste hinc recte extruunt supererogationis opera, cum Paulus nihil aliud fecerit quam quod ex officio debuerit. Debent enim omnes ministri Dei scandalis quantum fieri potest occurrere, ne Ecclesie ædificatio per illos impediri videatur.

Alias Ecclesias spoliaui accepto stipendio, ad hoc vt vobis inferuirem.

Macedonicas Ecclesias intelligit, quæ fuerunt cum in pauperes, tum in ministros Euangelij liberaliores. Quod autem dicit sese expoliassè Ecclesias, id ita accipiendum est, quod quicquid conferant pij sua sponte in ministrorum verbi sustentationem, est veluti debitum, quod debeatur iure spiritualis belli. Nam homines sathane subiectos, prædicatione Euangelij & armis spiritualibus liberant præcones verbi, & Christo subiiciunt. His quoque verbis non parum perstringit Corinthiorum ingratitude, qui permiserunt, vt ipse ab alijs acciperet stipendium, & sibi seruiret: quorum exemplum multi hodie imitantur, cum paucissimi Macedonibus similes reperiantur, qui in ministros alijs Ecclesijs seruientes fuerunt liberales.

Et cum præsens essem apud vos, & egerem, non torpore meo quemquam grauauit: Nam quod mihi deerat,

erat,

erat, suppleuerunt fratres, qui venerant ex Macedonia, & me vobis seruauim minime onerosum & seruabo.

Ἐπεξηγασία est. Nam id quod dixit breuius, hic latius repetit, & duo addit: Primum, quod suo torpore & ignauia non fuerit alijs torporis causa, nec ipsis Corinthijs oneri. quo dicto non parum perstringit Pseudoapostolos, qui cum ipsi ignaui essent ventres, liberaliter de alieno vixerunt: Alterum est quod dicat etiam in posterum se effecturum, ne sit Corinthijs oneri, quod itidem Pseudoapostolorum respectu facit, qui possent forte ea, quæ dixerat, eo torquere, quasi Paulus succenseret ipsis, quod stipendia non conferrent, aut saltem prouocaret eos ad maiorem liberalitatem.

Est veritas Christi in me, quod gloriatio hæc non obturabitur mihi in regionibus Achaïæ.

Asseueratio est interposito iuramento, estque sensus. Hæc mea gloriatio, si modo Christi veritas in me est, quod in Achaïæ regionibus non accipiam stipendium, nequaquam obturabitur mihi, hoc est: nequaquam excludetur aut deficiet. Ut enim caueam scandala, ab isto meo iure abstinebo. Pertinet & hoc exemplum ad omnes

m verbi

verbi ministros, non quidem in specie, sed in genere facti.

Propter quid? An quod non diligam vos? Deus nouit: Quod autem facio, etiam facturus sum.

Expositurus causam cur nolit à Corinthijs stipendium accipere, primum destruit fictam causam, quam aduersarij ipsius ipsi obiecerunt. Calumniabantur enim quod Paulus ideo abstineret, quia Corinthios non amaret. Sed hanc calumniam iuramento interposito diluit. Hic nota, quam sit prona malicia hominum ad excogitandas varias calumnias, quibus sepe virtus, ipsa obruitur, ac vitij loco habetur. Deinde quoque exemplum Apostoli docet, quod in causa honesta liceat ad Dei testimonium prouocare, & iuramento confirmare, cum vel desunt testes, vel simplici nostræ narrationi fides non adhibetur.

Vt amputem occasionem eorum, qui cupiunt occasionem, vt in quo gloriantur, inueniantur, quemadmodum & nos.

Iam veram causam exponit cur à stipendio abstinerit, nimirum, vt amputaret occasionem eorum, qui cupiuerunt occasionem. Hanc occasionem explicat cum addit, Ut in quo gloriantur inueniantur, quemadmodum & nos. Gloria-
bantur

bantur autem
quemadmodum
gloriationem
ros, si Paulus
prando ocio
ista ratione
reuera sunt
stipendio, &
docere, facti

Etenim
operari
rant se

Quod occ
videantur re
bat. Dicit em
tales qui dolo
terna tantum
Christi Apol
ternam pe
rijs opinio
pietati ser
formare,
stus finger
esse quam
go, ne hu
decipi.

Et no

bantur autem se esse veros Christi Apostolos, quemadmodum subiecta ratio ostendit: Hanc gloriationem putabant se in solidum consecuturos, si Paulus in accipiendo stipendio, & in captando ocio ipsis similis videretur. Ne igitur ista ratione habeantur pro sinceris ministris, qui reuera sunt Pseudoapostoli, abstinet Apostolus a stipendio, & se non ventris gratia Euangelium docere, facto comprobatur.

Etenim huiusmodi Pseudoapostoli operarij dolosi sunt, qui transfigurant se in Apostolos Christi.

Quod occasionem querant Pseudoapostoli, vt videantur veri Apostoli, ab illorum ingenio probatur. Dicit enim eos esse operarios quidem, sed tales qui dolo malo omnia agant: adeo vt si externa tantum consideres, videantur ipsissimi Christi Apostoli. Hypocrisis enim fingit externam personam, cum interim mens varijs opinionibus obruta iacet, Et affectus impietati seruit. Porro transfigurare seu transformare, nihil aliud est quam externos gestus fingere, vt aliquis foris alius videatur esse quam intus sit in corde. Monemur ergo, ne huiusmodi externis laruis sinamus nos decipi.

Et non mirum est: ipse enim factus
m 2 thanas

thanas transformauit se in angelum lucis: non magnum igitur est si etiam ministri eius transfigurantur, tanquam ministri iusticiæ, quorum finis erit iuxta opera eorum:

A facili & exemplo simul probat, quod Pseudoapostoli se transforment in Apostolos Christi. De sathana manifestum est, qui non solum primos nostros parentes sub specie sanctitatis & amicitie euertit: verumetiam postea omnibus etatibus idololatriam inuexit in perniciem hominum. Si statim fuisset dehortatus homines ab omni religione, fuissent qui cornua eius, vt dici solet, animaduertissent. Nunc autem vt studiosus salutis hominum videatur, tanquam angelus lucis varias religiones instituit. Verum interea fraude & dolo homines occidit. Historia de Gregorio Papa nota est, cui sathan obtulit mortuorum spectra, vt horrendam illam blasphemiam missam pro defunctis institueret, &c. Præterea multa alia in regno Antichristi excogitauit sathan, quibus occulte & ex insidijs adortus est regnum Christi. Nec illi dissimiles sunt eius ministri: volunt vocari sacerdotes Dei, serui seruorum Dei, successores Apostolorum, columna Ecclesiæ, spiritus sancti organa, adeo vt quicquid dicunt pro articulo fidei habeatur. Admoniti igitur hac Pauli sententia, disca-

dicamus recte
& eos qui fal
volunt videri
apostoli. Si
untur se Ap
dochristus e
titur, cum

Rurfus
pientem
pientem
quiddam
non dic
vt per i
nis fidu

Exordido
lationem, &
spicentis est. Si
esse aut glori
sentiat, que
spectu alier
vt hanc in
cum tanta
ducia.

Quanc
secund
riabor.

Hec pro

discamus recte distinguere inter veros ministros, & eos qui falso sibi istum titulum vsurpant, & volunt videri ministri Christi, cum sint Pseudoapostoli. Sunt enim Pseudoapostoli qui mentiuntur se Apostolos esse, cum non sint, vt Pseudochristus est, qui se Christum & messiam mentitur, cum non sit.

Rursus dico (ne quis putet me insipientem esse, alioquin etiam, vt insipientem accipite me, vt paululum quiddam & ego gloriar) quod dico non dico secundum Dominum, sed vt per insipientiam in hac gloriationis fiducia.

Exordiolo viam sibi parat ad sequentem collationem, & prolepsi anticipat obiectionem. Insipientis est seipsum laudare, & vere insipientis esse ait gloriari coram Domino, cum nemo non sentiat, quanta sit sua imbecillitas. Quare respectu aliorum gloriaturum se esse ait, rogatq; vt hanc insipientiam boni consulant, praesertim cum tanta sit sibi gloriationis materia & fiducia.

Quandoquidem multi glorianur secundum carnem, & ego gloriabor.

*Hæc propositio est figurata collatione. multi
m 3 glori-*

gloriantur secundum carnem : Cur idem & mihi non licebit ? Secundum carnem est de rebus externis gloriari, vt de generis nobilitate, bonis fortunæ, animi, & externis.

Libenter enim toleratis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.

Ratio propositionis est ironica. Qui ipsi sapientes sunt, ferunt moderate aliorum infirmitatem & insipientiam. Quare cum vos sapientes sitis, non dubito quin meam insipientiam boni consulatis.

Toleratis enim si quis vos in seruitutem adigit, si quis exedit, si quis accipit, si quis effertur, si quis vos in faciem cædit.

Aetiologia est similiter ironica, habens in se tacitam eamque acerbissimam reprehensionem. Sumitur autem hæc ratio à minori ad maius. Aliorum dominium, voracitatem, rapinas, superbiam, imo & verbera equo animo toleratis. Cur non multo magis vestri Apostoli insipientis sustineretis orationem ?

Iuxta contumeliam loquor, perinde quasi nos infirmi fuerimus, imo in quocunq; audet aliquis (per insipientiam loquor) audeo & ego.

Hoc

Hoc ad e
rioris argu
melia dign
non ferret
netis. Cu
plus etian
nibi liceat
sequitur a
cum Pseua
habeat glo

Hebra
sunt ?
sunt ?

Quod te
ad factum a
ter his ver
Hebrai su
braba su
verum T
vt se in e
que adeo
non hab
sam.

Mini
loque

Hinc

Hoc ad confirmationem consequentia superioris argumenti refero, quasi diceret: contumelia dignum esset, si me vestrum Apostolum non ferretis, cum tanta ab istis ambitiosis sustinetis. Cum tamen ego non minus quam illi, imo plus etiam gloriari possim, si modo paululum mihi liceat insipientis sustinere personam. Iam sequitur collatio ipsa, in qua, quid commune cum Pseudoapostolis habeat, & quam præ illis habeat gloriandi materiam, exponit.

Hebræi sunt? sum & ego: Israelitæ sunt? sum & ego: semen Abrahæ sunt? sum & ego.

Quod ter eandem sententiam repetit, respicit ad fastum ambitiosorum istorum, qui arroganter his verborum formulis gloriari solebant. Hebræi sumus, Israelitæ sumus, Semen Abrahæ sumus, Cur ergo cederemus Paulo? verum Paulus hoc quidem ita illis concedit, ut se in eo non minorem esse illis ostendat, atque adeo significat, quod ex illa gloriatione non habeant isti iustam se contemnendi causam.

Ministri Christi sunt? (insipienter loquor) amplius ego.

Hinc incipit redigere Pseudoapostolos in ordinem,

m 4

dincm,

dinem, suum Apostolatam & labores quos in officio sustinuit extollendo. Sunt quidem (vt ipsi gloriantur) ministri Christi, sed non est eorum ministerium sincerum, nec Apostolatus dignitatem consecuti sunt, neque tantos labores perpessi sunt in ministerio, quantos ego.

Iu laboribus abundantius, in plagis supra modum, à Iudæis quinquies plagas quadragenas accepi vna minus, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, noctem & diem egi in profundo, in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in vrbe, periculis in deserto, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & molestia, in vigilijs sæpe, in fame & siti, in ieiunijs sæpe, in frigore & nuditate.

Hic Catalogus laborum & periculorum Apostoli ostendit, quam excellat Pseudoapostolis Paulus in ministerio. Illi enim molle sectantur ocium, ipse autem omnes difficultates, labores & pericula, vt propagaret regnum Christi, contempsit. Deinde Pauli fidem ministerio nobis commendat, qui in tantis ærumnis non abiecit

in confessione
exemplum
omnibus p
vllas inie
sterium.

Præte
concu
cura e

Præter
Ecclesiari
omnibus
stolus ab
Ecclesiæ
cidit du
sæpe Ecclesiæ
similibus di
Apostolorum
bernatorum
sissimum
rum, si
& dubi
tius cor
rum cui
ipè, hoc

Qui
mot
non

cit confessionem aut ministerium. Tertio, hoc exemplum omnibus ministris verbi, atque adeo omnibus pijs imitandum proponitur, ne propter vllas iniurias abijciant confessionem aut ministerium. De plagis quadragenis lege Deut. 25.

Præter ea quæ extrinsecus accidunt, concursus fit ad me quotidianus, & cura est omnium Ecclesiarum.

Præter ea quæ recensuit, meminit quotidiani Ecclesiarum concursus ad se, & curæ quam pro omnibus Ecclesijs habuit. Hæc distinguit Apostolus ab externis, vt quæ pertinent ad ipsius Ecclesiæ corpus conseruandum. Multæ enim incidunt dubitationes, multæ pauperum querelæ, sæpe Ecclesia ab hostibus impetitur: In hisce & similibus difficultatibus, confugerunt Ecclesiæ ad Apostolum, tanquam ad earum summum gubernatorem. His omnibus respondere laboriosissimum fuit. Hinc discant ministri Ecclesiarum, suum officium esse conscientijs errantibus & dubitantibus mederi, & affici non solum totius corporis, verumetiam singulorum membrorum cura: ἡπιόσασις ἐμὸν, id est, σὺσασις ἐπ' ἐμὲ, hoc est, conuersus ad me.

Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?

m 5

Decla-

Declaratio est eius quod in genere dixit de sua pro Ecclesijs cura. Nemo, inquit, vlllo afficitur incommodo, quin perinde illud habeam ac si mihi ipsi contingeret. Non minus de infirmitate & offendiculo fratrum moueor, quam si ipse infirmus essem, vel scandalo turbarer: Habent hic ministri verbi quem imitentur.

Si gloriari oportet, de ijs quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.

Proponit de alio gloriationis genere, quod etsi admodum eximium est, Tamen illud ex hypothesi aduersariorum, infirmitatis esse dicit. Pseudoapostoli enim inde argumentis sumtis Paulum contemtibilem Corinthijs reddere conati sunt.

Deus pater Domini nostri IESU CHRISTI, qui est benedictus in sæcula, nouit quod non mentiar. In vrbe Damasco præfectus Aretæ regis custodiebat Damascenorum ciuitatem, cupiens me comprehendere. ac per fenestram in sporta fune demissus fui per murum, effugique manus eius.

Ut sibi fides à Corinthijs maior habeatur, Deum suæ narrationis testem adhibet, qui cum omnia

*nia aperte
rest. Narr
qua contig
esset Dama
uersus,
abijt in
Deinde r
sus ipsim
ta regis A
ro hac fi
lentari b
lenissim
vt melius
si simili
eo in Dor
tantum an
temnant om
li factum,
coniciat
pietate f
est, qu
sponte se
rit inte
scientiar
tum zel
Christi b*

nia aperte nouit, sapiens etiam testis esse potest. Narratur & hæc historia à Luca, act. 9. quæ contigit cum secundo Apostolus reuersus esset Damascum. Nam diuinitus in itinere conuersus, & Damasci ab Anania baptizatus abiit in Arabiam predicaturus uerbum Dei. Deinde reuersus Damascum, concitata aduersus ipsum tota vrbe, euasit manus præfecti Aretæ regis Arabiæ, & inde abiit Ierusalem. Porro hæc fuga Pauli nequaquam patrocinator leuitati hominum, qui quauis de causa, vel ob leuissimam iniuriam stationem suam mutant, ut melius suo ocio & ventri consulant: uerum si simili cum Paulo necessitate cogantur, cum eo in Domino gloriari possunt, quod Deus ipsis tantum animi robur tribuerit, quo fortiter contemnant omnia pericula. Monet & hoc Pauli factum, ne quis se ultro in manus hostium conijciat, imo fugiat potius, cum id salua pietate fieri possit. Hinc etiam manifestum est, quod zelus multorum martyrum, qui sponte se hostibus trucidandos tradidere, fuerit intempestiuus, & nequaquam secundum scientiam: uerum hanc infirmitatem & stultum zelum Dominus haud dubie propter fidem Christi boni consuluit.

Caput XII.

Summa

Summa capitis duodecimi.

Reuelationes cælestes, tentationes, & arumnas suas exponens, finemq; suæ gloriationis indicans, autoritatem Apostolicam sibi vindicat Paulus, & Corinthios de suo aduentu commonens, quanta sit sua cura pro ipsis significat.

Ordo & partes capitis duodecimi.

Partes capitis hæ sunt. Prima, expositio raptus sui in tertium cælum. Secunda, indicatio finis tentationum, ne videlicet ob reuelationes efferretur. Tertia, oblectatio in persecutionibus pro Christo. Quarta, indicatio finis suæ gloriationis cum vindicatione autoritatis Apostolicæ. Quinta, mentio aduentus Apostoli ad Corinthios, & sollicitudinis ipsius pro ipsis.

Exegesis XII. capitis, cum observatione doctrinarum.

Gloria.

Gloriari sane non expedit mihi, veniam enim ad visiones & reuelationes Domini.

Quia amplissimam gloriandi materiam ministrare poterant Apostolo visiones & reuelationes, vnde efferrī posset. Apostolus si spiritus imperio caro non castigaretur, præfatur non expedit sibi, quantum quidem ad carnis imbecillitatem attinet. verum quia id cedit in gloriam Dei & edificationem Corinthiorum, promittit se visiones & reuelationes Domini Iesu relaturum, Quo constet à quo sit missus et in qua schola veritatem Euangelij didicerit, Idque in eum finem, vt Corinthij veritati Euangelicæ quam ab ipso didicerant, obtemperent, & non sinant se decipi à Pseudoapostolis.

Noui hominem in Christo ante annos quatuordecim (An in corpore nescio, an extra corpus nescio, Deus nouit) raptum in tertium vsque cælum. Et noui huiusmodi hominem (an in corpore, an extra corpus nescio, Deus nouit) raptum fuisse in Paradisum, & audiuisse ineffabilia verba, quæ non liceat homini loqui.

Reuelationem suam & visionem descripturus,

*no & ant
post comit
missio &
na no in
mire ad
una sum*

rus, loquitur vt de alio, ne sibi inde gloriam,
 sed soli Deo eius rei auctori tribuat. Deinde
 temporis circumstantia ad probandum ipsius
 apostolatium facit. Nam tum diuinitus con-
 uersus & edoctus, apostolatus munere est do-
 natus. Cum autem modum raptus, an in cor-
 pore fuerit vel extra corpus, ignorare se dicat
 Apostolus, nostrum non est scrupulose inqui-
 rere, quod ipsi Apostolo ignotum fuit. Pre-
 terea cum tertium cælum & Paradisum pro
 eodem accipit, & tertium cælum absque om-
 ni dubio sit locus beatorum spirituum, vbi ma-
 iestas diuina se angelis & sanctorum ani-
 mabus illustrius patefacit, & vbi Chri-
 stus cum suo glorioso corpore ab angelis &
 sanctorum animabus colitur, Efficitur, quod
 Paradisus hic non significet locum in quo
 primi parentes à Deo fuerunt collocati. Nam
*in eius
- genit
- in*
 is in terra erat, qui postea in diluuiò vniuer-
 sali destructus est aquarum inundatione,
 & fuit typus eius Paradisi, cuius meminit
 Christus, & Paulus hoc loco. Caterum cum
 hic Apostolus tertius cælum, hoc est, locum
 beatorum, paradisum nominat, significat quod
 in Christum credentes non solum restituendi
 sint statui honoris, in quo primi parentes an-
 te lapsum fuerunt: verumetiam quod multo
 maior sit futura felicitas in cælesti paradi-
 so, quam in terrestri fuisset futura. Porro
 si quis

si quis interrog
 minatur, que
 dum? prece
 quam tres
 colligi potes
 meminit ca
 inde pars
 citur cælum
 pora cælesti
 le fixo: I
 ius hic me
 cundum
 bus consue
 est Iesus
 nisterio &
 dis videret
 pariter in
 dicat Aposto
 nemo mort
 aspiremus
 que num
 videmus
 riam D
 strum
 tor sedet

De h
 vero
 tatit

si quis interroget : Cum hic tertium cælum nominatur, quod nam sit primum, quod secundum? præterea etiam, an sint plures cæli, quam tres? Ad hanc quæstionem responsio colligi potest, hoc modo. Primum, scriptura meminit cæli aërii, in quo aues volitant. Deinde pars illa, quæ aërium cælum ambit, dicitur cælum in quo sunt omnia visibilia corpora cælestia, ut planetae & supra eos stelle fixæ: Iam ultra hoc cælum tertium est, cuius hic meminit Apostolus. Primum & secundum homines mathematicis speculationibus conscendunt. In tertium vnicus ductor est Iesus Christus, qui ibi Paulum in ministerio Euangelij instituit, ne alijs Apostolis videretur inferior, qui cum Domino corporaliter in terra conuersati sunt. Porro cum dicat Apostolus, se ineffabilia audiuisse, quæ nemo mortalium capere potest, Monet ut aspiremus ad istam cælestem scholam, in qua quæ nunc in imagine, & velut in ænigmate videmus, videbimus facie ad faciem gloriam Domini contemplantes. Sit ergo nostrum $\pi\alpha\lambda\iota\tau\epsilon\upsilon\mu\alpha$ in cælis, vbi Christus saluator sedet in gloria patris.

De huiusmodi gloriabor, de meipso vero non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis.

Paulus

Paulus coactus erat calumnijs Pseudoapostolorum ostendere, se non inferiorem esse ceteris Apostolis. Nunc egregie quibus limitibus incluserit sanctam istam gloriationem ostendit: Primum enim materiam gloriationis à se rejicit, & ad Deum autorem refert. Deinde, excludit gloriationem carnis. Tertio, cogitatione suæ infirmitatis frenum sibi imponit, ne extra metam transiliat. Hinc ergo discamus & nos intra quæ septa includi debeat Christiana gloratio. Primum enim cum cogimur beneficia Dei erga nos referre, autorem agnosceamus, & prædicabimus non nos sed Deum ipsum. Deinde excludemus φιλαυτίαν, quæ se ingerere solet, vt vel minimam particulam laudis nobis arrogemus. Tertio, vt frenum imponamus carni nostræ, cogitabimus quanta sit nostræ, vbi nobisipsis relictæ fuerimus, infirmitas. quo magis excitemur in potentie Dei cogitationem, qui nos infirmos suo confirmat robore.

Nam si voluero gloriari, non ero insipiens, veritatem enim dicam: sed supersedeo ne quis mihi imputet quicquam supra id quod videt esse me, aut quod audit ex me.

Præsumptio est. Nam Pseudoapostolis, qui poterant obijcere, eum iam omnia narrasse de quibus

bus gloriari
multa alia
mino glori
quis sibi
Apostola
eam susti
sunt. Hic
de multis
entiam se
tum de us
Corinthio
que Pseu
gloriaban
erant: &
nulla sub

Et ne
pra mo
simul
me c
effet

Dixi
in infirm
ponit, n
primant
num.
sibi inste
ipsum in
bobus qu

bus gloriari poterat, Respondet & affirmat multa alia habere se, de quibus vere & in Domino gloriari posset, Sed se supersedere istis, ne quis sibi maiora ascribat, quam quæ in ipsius Apostolatu conspiciuntur. Contentus enim est eam sustinere personam, quam Deus illi imposuit. Hic consideretur antithesis: Pseudoapostoli de multis gloriabantur, quorum nullam experientiam senserunt Corinthij: Paulus autem tantum de ijs gloriabatur, quorum experientia apud Corinthios erat manifesta. Tacite ergo & oblique Pseudoapostolos perstringit, qui arroganter gloriabantur, & interim vani & mendaces erant: Est enim insipientis prorsus gloriari, vbi nulla subsit veritas.

Et ne excellentia reuelationum supra modum efferar, datus mihi fuit stimulus carni nuncius sathanæ, vt me colaphis cædat, ne supra modum efferar.

Dixit, quod non vellet gloriari de seipso nisi in infirmitatibus suis: Cuius dicti rationem hic ponit, nimirum quod istæ infirmitates ipsum reprimant, ne efferatur ob excellentiam reuelationum. Affirmat ergo istas infirmitates fuisse sibi instar stimuli, qui carni suæ infixus huc illuc ipsum impellere tentaret. Metaphora sumta a bobus qui stimulis impelluntur. Significat ergo

n

hoc



hoc loco stimulus omne tentationum genus, quibus probator reddebatur Apostolus & continebatur in officio. Verum quia Apostolus ipse species istarum tentationum non explicat, neque nostrum est scrupulose eas inquirere. Ineptissimi sunt Monachi, qui ut suæ libidini turpissimæ patrocinium querant, ad libidinem hunc stimulum referunt, qua dicunt Apostolum tentatum fuisse. Nec illi sunt audiendi, qui ut Paulo perfectissimum pietatis & virtutis *τὸ ἐξωθεν* vendicent, stimulum interpretantur grauissimos capitis dolores, quibus Paulum laborasse aiunt. Verum nos retineamus genus, ut stimulus sit quodlibet tentationum genus, quo Apostolus examinabatur, & veluti igni tentationum excoquebatur, ut indies redderetur probator. Porro sententiam hanc Pauli distinctius consideremus, quo vberiore inde depromamus doctrinam. Primum itaque, cum dicit sibi hunc stimulum datum ne efferatur, significat paterna Dei voluntate factum esse, ut isto veluti freno reprimeretur caro, ne lasciuiret per superbiam aut alia vitia. Deinde, cum hunc stimulum interpretatur angelum sathanæ, ut docet tentationum occasiones à sathana obijci in perniciem hominum: Ita monet, ut nos aduersus hostem crudelissimum spiritualibus armis muniamus, ne nos inermes & imparatos opprimat. Tertio, cum ait ipsum se

colaphis

colaphis ca
taphora te
xillas im
ne petul
non dece
tationum
sed Deu
tanquam
salutare
discunt,
quam col
tinentur
li exempt
tur in he
tis indig
Christo m
opus habui
mus de ab
perfectio
totam v

Sup
abs

Men
se Domi
id est,
retur.
tationib

colaphis cedere ne efferatur, Significat hac metaphora tentationes esse veluti colaphos in maxillas impulsos, quibus in ordinem redigimur, ne petulantes aliquid designemus, quod nos non deceat. Obseruentur ergo hic fines tentationum: Sathan quidem tentat vt perdat, sed Deus sua bonitate facit, vt quod sathan tanquam venenum propinauit, hoc cedat in salutare piorum remedium. Cum videlicet inde discunt, se armare aduersus sathanam & tanquam colaphis infixis resiliunt à vitijs, & retinentur in officio. Præterea docet hoc Pauli exemplum, quod nemo adeo plene regeneretur in hac vita, quin semper nouis incrementis indigeat. Si enim Apostolus tantus ab ipso Christo in tertio cælo edoctus, & regeneritus, opus habuit perpetuis incrementis, Quid dicemus de alijs? Pergat igitur vnusquisque ad perfectionem, & nemo desperet, etiamsi adhuc totam vitiorum hydram non ingulauerit.

Super hoc ter dominum rogavi, vt abscederet à me.

Memorat Apostolus se ter, id est, sæpius orasse Dominum, vt abscederet à se angelus sathan, id est, vt à tentationum acerbitate liberaretur. Hinc duo discamus: Vnum, quod tentationibus non sit indulgendum, sed mox arripienda



pienda sunt arma, & confugiendum ad præsidium firmissimum nomen Domini: Alterum, quod solus Dominus possit à tentatione eripere: quod Paulus hac sua inuocatione docet.

Et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea. Nam potentia mea in infirmitate perficitur.

Duo habet hoc responsum. Primum, quod gratia Dei, id est, auxilium diuinum vires, quo minus succumbamus tentationibus suppeditet, præsertim vbi id à Deo ex fide per Christum petierimus. Alterum, est causa cur Paulum noluerit Dominus prorsus à tentatione ista liberare: Quia, inquit, potentia mea in infirmitate perficitur, hoc est, mea potentia qua assum laborantibus & infirmis, magis se conspiciendam exhibet, dum laborantes & infirmi sentiunt se non suis viribus, sed mea solius potentia conseruari & sustentari, quo minus sub tentationum onere succumbant. Atque ita Dei potentia non perficitur in se, quæ perpetuo consummatissima est, sed in sanctis qui eam in suis infirmitatibus sentiunt & agnoscunt.

Libentissime igitur gloriabor potius in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me potentia Christi.

Cur potius de infirmitatibus suis, quam de magnis

magnis reuel
Christus eni
pijs ostendi
spiritus rob
quodam
nis sit gl
irati iudic
nium: qu
indulgent
dem sua cu
monium d

Prop
bus,
bus, i
pro C
sum, tu

Repetitio
nem &
sum, scilicet
mor cruce
sidio, qu
quia dup
nostram
propter
pa nobis
cantibus
tia in r
sit.

magnis reuelationibus gloriari velit, concludit. Christus enim in cruce magis suam hominibus pijs ostendit presentiam & potentiam, dum sui spiritus robore eos inuictos reddit: Obserua quod quodammodo probrosum est mundo, Christi seruis sit gloriosum. Crux enim piorum non est irati iudicis signum, sed paterni amoris testimonium: qui crucis ferula eos reprimat, ne carni indulgentes aduersus Deum lasciuiant, ac tandem sua culpa pereant. Obseruetur & hic testimonium de diuinitate Christi.

Propterea oblector in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo: cum enim impotens sum, tunc potens sum.

Repetitio eiusdem sententiae, per amplificationem & distributionem. cum, inquit, infirmus sum, scilicet mearum virium respectu, & premor cruce, tunc potens sum, scilicet Christi praesidio, qui me ne succumbam confortat. Porro quia duplex genus crucis est. Unum, quod extra nostram singularem culpam nobis imponitur propter veritatem. Alterum, quod nostra culpa nobis accersuimus, sciendum est, quod innocantibus & agentibus paenitentiam obedientia in utroque genere sacrificium Deo gratum sit.

Factus sum insipiens gloriando : vos me coëgistis. Nam ego debueram à vobis commendari. Nulla enim re inferior fui summis Apostolis, tametsi nihil sum.

Excusat gloriationem, & ostendit in quem finem eam instituerit, nimirum vt vendicaret sibi auctoritatem apostolicam apud Corinthios, qui cœperant adherere Pseudoapostolis se spreto. Notandum quod distinguat hic inter suum officium & suam personam. Officium defendit, Nam id ad asserendam Euangelij veritatem faciebat: Personam suam agnoscit nihil esse, tantum abest, vt cum Pseudoapostolis de suis donis gloriari velit. vtrumque pij verbi ministri imitentur, Officium suum strenue tueantur, & humiliter de seipsis sentiant.

Signa enim Apostoli peracta fuerunt in vobis, in omni tolerantia, in signis, & prodigijs, & virtutibus.

Probat Paulus se non fuisse inferiorem cæteris Apostolis, idque à proprijs apostolatus indicijs, & enumerat quatuor: tolerantiam, signa, prodigia, & virtutes. Tolerantia est fortitudo animi, quæ facit ne in rebus asperis frangamur animo, & tædio laboris abijciamus confessionem,

ffionem, si
facient mi
perniciem.
nistris con
sequuntur
quorum t
genera di
do scribitu
mo fuit fi
bedientia
modo nos
lutem, q
ijs, qui
contestan
rijs virtu
tibus se
D. minus
quibuscum
dendum
bus bon
est, Ap
veritas
Miracu
extraori
animos
tur aute
qua ita
citent ac
quod fe

fessionem, sicuti multi olim fecerunt, & hodie
 faciunt multi in suarum animarum certam
 perniciem. Hæc tolerantia omnibus verbi mi-
 nistris communis esse debet. Verum tria quæ
 sequuntur propria sunt apostolatus insignia,
 quorum tertium Apostolus ad Hebræos in duo
 genera diuidit. Ita enim ad Hebræos secun-
 do scribitur: Nam si per angelos dictus ser-
 mo fuit firmus, & omnis transgressio & ino-
 bedientia accepit iustam retributionem, Quo-
 modo nos effugiemus tantam negligentem sa-
 lutem, quæ cæpta enarrari per Dominum, ab
 ijs, qui audiuerunt in nobis confirmata est,
 contestante Deo signisque & prodigijs, & va-
 rijs virtutibus, & spiritus sancti distributio-
 nibus secundum ipsius voluntatem. Quia
 Dominus suam doctrinam miraculis, veluti
 quibusdam solennibus obsignationibus, ad me-
 dendum infirmitati humanæ, ac vacillanti-
 bus hominum animis confirmare dignatus
 est, Apostolus ea numerat, quibus potissimum
 veritas Euangelij hominibus consignata est.
 Miraculum autem in genere factum Dei est
 extraordinarium & inusitatum, hominum
 animos in admirationem adducens. Ponun-
 tur autem hic primo loco σημεῖα, id est signa,
 quæ ita dicuntur, quod mentes hominum ex-
 citent ad considerandum aliquid amplius, quam
 quod foris apparet. CHRISTVS sanat

sola voce surdum & mutum, Hoc signum excitat spectatorum mentes ad aliquid altius cogitandum, nempe quod Christus sit ornatus diuina potentia, & quod sit verus Messias, tametsi hoc externe non apparebat. Deinde, Portenta ponuntur, quæ ita dicuntur quia nouum aliquid & inusitatum continent. vt nouum & inusitatum fuit, hominem mortuum excitari sola voce. Græci σημεῖα & τέρατα ita distinguunt, vt τέρατα, id est portenta, sint præter naturam: σημεῖα vero præter consuetudinem. Sanatio febricitantis non fit præter naturam. Nam per naturam potest sanari febricitans, sed quod socrus Petri febricitans sola Christi voce sit restituta sanitati, præter consuetudinem fuit. Ideo eius sanatio σημεῖον, id est signum fuit, non τέρας, id est portentum. Mortuum hominem vitæ restituere, contra naturam est. Nam per naturam nequaquam vitæ mortuus restitui potest. Quare cum Christus Lazarum iam in sepulchro fetentem excitat, τέρας, id est portentum fuit. Addit tertio loco Apostolus virtutes seu potentias, quibus epistola ad Hebræos spiritus sancti distributiones adiicit. Sunt autem virtutes seu potentie, quibus Dominus efficax in pijs suam virtutem peculiarem ostendit, quod sane Diabolus suis præstigijs nequaquam imitari potest. Distributionibus spiritus sancti tanquam authentico sigillo obsignauit Dominus suum Euangelium,

gelium, no
etiam sape
ces Aposto
nus. Ha
perpetuo
vltus per
alius est
tio doctri
signa ho
illa olim
confirme
non quia

Nam
res
pore
nate

Ab est
fuisse in
quo die
præbue
sibi con
conscien
rent ac
se mer
adhære

Ec
vo:

gelium, non solum in die Pentecostes, verum-
etiam saepenumero in apostolica Ecclesia ad pre-
ces Apostolorum imponentium hominibus ma-
nus. Hæc miracula sigilla veritatis Dei nobis
perpetuo in conspectu esse debent. Nam eorum
usus perpetuus durabit in Ecclesia, qui nullus
alius est legitimus & verus, quam obsigna-
tio doctrinæ cælestis. Et quanquam huiusmodi
signa hodie non eduntur: Tamen perpetuo ad
illa olim edita miracula respiciendum est, quæ
confirmato per orbem Euangelio cessare debent,
non quidem usu sed factò.

Nam quid est in quo fuistis inferio-
res cæteris Ecclesijs, nisi quod tor-
pore meo vos non grauavi, condo-
nate mihi hanc iniuriam.

Ab effectu sui apostolatus probat se alijs non
fuisse inferiorem, & ironice excipit nihil esse in
quo dici possit inferior, nisi quod torpore suo non
præbuerit ipsis torpendi occasionem. quod dum
sibi condonari petit, stimulo acutissimo pungit
conscientias Corinthiorum, qui cum nihil habe-
rent aduersus suum Apostolum optime sane de
se meritum, ingrati tamen eum contemserunt
adhærentes Pseudoapostolis.

Ecce tertio paratus sum venire ad
vos, & non torpore grauabo vos

n 5

non



non enim vestra quæro, sed vos, non enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes liberis.

Significat promptitudinem animi sui proficiscendi ad Corinthios, & finem addit per collationem, quem finem confirmat exemplo à iure naturæ petito. Parentum est thesauros filijs reponere, Ego vos in Christo genui per Euangelium, Ergo meum est vobis thesaurizare. Non igitur vestra quæro, vt abundem sicuti Pseudoapostoli faciunt, sed vos quæro, vt spiritualibus diuitijs abundetis. Obseruetur hic discrimen inter verum pastorem & mercenarium, Ille principaliter quærit salutem ouium: Hic oues ipsas, vt illarum lana, lacte & carnibus abundet, idque sub prætextu pij & sancti pastoris.

Ego vero libentissime expendam, & expendar pro animabus vestris, etiam si amplius vos diligens, minus diligar.

Se vt patrem filijs thesaurizare dixit: Nunc illam paternam cogitatio amplificat per comparisonem. Parentes & se & sua bona expendunt pro liberis ex summa dilectione, qua eos complectuntur, etiam si filij interdum vicem dilectionis non rependant. Sic & ego erga
vos

vo sum affe
ferendum e
meti vos
Hoc Pauli
in hac sum

Sed et
cum e

Concessi
eorundem
doapostoli
sona non
pro sua
rum facu
solicitem
nosyna cri
setis loci ip
ostendunt
firmat
taphora
ce dicitu

Nun
quos
Rog
trem
Titu
lauit

vos sum affectus. Paratus sum enim ad quiduis ferendum & patiendum pro salute vestra, tametsi vos parum grati erga me inueniamini. Hoc Pauli exemplum imitentur ministri verbi, in hac summa mundi ingratitude.

Sed esto: ipse non grauauit vos, sed cum essem callidus dolo vos cœpi.

Concessio est Pseudoapostolorum & rursus eorundem criminatio ficta. Concedebant Pseudoapostoli, quod ipse Paulus per se in sua persona non grauaret Corinthios, verum interim pro sua astutia & dolo subornatis alijs eorum facultatibus insidiaretur. Unde eum adeo sollicitum fuisse in extorquenda à Corinthijs Eleemosyna criminabantur. Hunc esse sensum presentis loci ipsa antithesis, & confirmatio sequens ostendunt, atque adeo ipse Chrysostomus confirmat, qui hic etiam κατενέγκουσα posuit metaphoram sumpta à torpedine pisce, qui νάγκη Græce dicitur. Vide Hieroglyphica Pierij.

Nunquid per quenquam eorum quos misi ad vos circumueni vos? Rogauit Titum & cum eo misi fratrem, nunquid vos circumuenit Titus? nonne eodem spiritu ambulauimus? nonne eisdem vestigijs?

Remouit

Remouet a se suspicionem fraudis. Si enim Paulus fraude aliqua facultatibus Corinthiorum insidiatus fuisset, hoc haud dubie per Titum fecisset. Sed hoc non esse factum Corinthiorum tacito testimonio confirmat. Quare fictam criminationem Pseudoapostolorum fuisse, manifestum est.

Rursus, arbitramini quod nos vobis excusemus? in Christo loquimur. Sed omnia charissimi pro vestri ædificatione.

Quia aduersarij Pauli hæc ita accipere poterant, ac si Paulus reuera reus hanc caluam excusationem asferret, nullo fundamento innitentem, iureiurando confirmat se veritatem dicere, & omnia in ædificationem Corinthiorum fecisse.

Nam metuo ne quo modo cum venero non quales velim reperiam vos, & ego reperiar vobis qualem nolitis.

Aetiologia est ab affectu Apostoli erga Corinthios, quasi diceret: Hæc omnia à me dicta esse scitote, quibus vendicauit mihi auctoritatem Apostolicam, & amouit à me suspicionem fraudis, vt vos simplicitati doctrinæ Euangelij adhæreatis, & non sinatis vos à Pseudoapostolis decipi. Quod si feceritis, & vos multis sceleribus implicabimini,

mini, & ea
causam.

Ne que
nes, in
nes, fr
iterur
ciat D
multo
runt, i
tate &
quam

Declar
ponit enim
qualem re
apostolis au
rerat, quia
terpretatione
ciatione,
mus. H
ipsis Cori
postolis
ministri

Su

mini, & ego ad vos veniens habebō lūgendi
causam.

Ne quo modo sint lites, æmulatio-
nes, iræ, contentiones, obtrectatio-
nes, susurri, rumores, seditiones, ne
iterum vbi venero humilem me fa-
ciat Deus meus apud vos, & lugeam
multos eorum qui antea peccaue-
runt, nec resipuerunt super impuri-
tate & scortatione & petulantia
quam perpetrarunt.

*Declaratio est eorum quæ in genere dixit. Ex-
ponit enim quales metuat se eos inuenturum, &
qualem vicissim ipsi eum reperturi sint, si Pseudo-
apostolis auscultauerint, se spreto. vitia quæ enu-
merat, quia satis nota sunt, non tam indigent in-
terpretatione nostra quam seria eorum renun-
ciatione, si modo de Christo vere gloriari veli-
mus. Humilitatem exponit Paulus luctum pro
ipsis Corinthijs, qui tot vitijs seducti à Pseudoa-
postolis laborabant, vt hunc affectum Apostoli
ministri verbi imitari conentur.*

Caput XIII.

Summa capitis decimi tertii.

VT

VT denunciat ferocientibus seueriorem vindictam, nisi resipiscant priusquam ad eos ipse venerit: Ita vt vnusquisque seipsum exploret an sit in Christo, & vt omnes renunciatis vitijs virtuti studeant monens, salutatione & voto claudit Epistolam.

Ordo & partes capitis decimitertij.

Hoc caput epilogum continet totius Epistolæ, nisi quod expresse Eleemosynæ non meminit. Primum enim aduentus sui mentionem facit. Deinde contumacibus vindictam comminatur. Tertio, Apostolus sui authoritatem tuetur. Quarto, dehortatur à vitijs, & hortatur ad virtutem. Quinto, vt Corinthij se mutuo salutent suo nomine petit, eisque fausta precatur.

Exegesis XIII. capitis, cum observatione doctrinarum.

Hic tertius erit aduentus meus ad vos, in ore duorum aut trium testimonij stabilietur omne verbum.

Tertium

Tertium po
contra contum
contaminato
conuicti sua
iuxta legem
uerius Ap
esse german
quidam tri
monio inter
mio sit ad
dinem. D
siastica non
tem Ecclési
quando va
potius qua
proficisci an


Prædixi
essent
bo ijs,
quis
sus ne

Comm
modum p
ram cum
id rursus
runt, &
denuncio
te, ac gl

Tertium pollicetur suum aduentum, in quo se contra contumaces & rebelles varijsque vitijs contaminatos acturum comminatur: vt qui conuicti fuerint sub duobus aut tribus testibus, iuxta legem, quæ est Deuteron. decimo nono seuerius Apostolica potestate puniantur. Hunc esse germanum sensum huius loci existimo, etsi quidam triplicem aduentum pro triplici testimonio interpretantur, vt lex ipsa ex Deuteronomio sit adducta non proprie, sed per similitudinem. Discant hinc rectores disciplinae Ecclesiasticae non sine veracibus testimonijs potestatem Ecclesiae exercere, ne vel ipsi arguantur aliquando vanitatis, vel qui castigantur ex odio potius quam ex emendationis studio seueritatem proficisci arbitrentur.

Prædixi & prædico vt præsens cum essem iterum, ita & absens nunc scribo ijs, qui ante peccauerunt, & reliquis omnibus, quod si venero rursus non parciam.

Comminationis huius sensus est. Quemadmodum prædixi in priori epistola, quod etiam coram cum secundo apud vos essem denunciaui id rursus nunc scribo ijs, qui antea peccauerunt, & reliquis omnibus qui vitijs indulgent denuncio, quod vbi venero mea vtar potestate, ac gladium spiritus in eos stringam, qui
alicuius



alicuius sceleris conuicti fuerint. Neque cuiquam parcam. Hoc seueritatis exemplum ministri verbi pie & prudenter in ædificationem imitentur.

Quandoquidem experimentum quaeritis in me Christi loquentis, qui vobis non infirmus est, sed est potens in vobis.

Ratio comminationis per occupationem. Nam vt suam potentiam Christi esse testatur apud eos satis declarata: Ita comminatur fore cum Corinthij huius potentia experimentum quaerere videantur, vt vbi ad ipsos venerit, sint experturi quid quantumque valeat potentia Christi per ipsum. Notetur, quod vt ministri verbi sunt legati Christi: Ita eiusdem potentia sunt armati cum ad puniendum, tum ad saluandum.

Nam etsi crucifixus fuit ex infirmitate, viuit tamen ex potentia Dei. Nam & nos infirmi sumus cum eo, sed viuemus cum ipso ex potentia Dei apud vos.

Dixit Christum potentem fuisse in Corinthijs, nunc idem repetit, vt attexat argumentum à comparatis. Confert enim ipsum Dominum & eius ministros inter se. Christus inquit, fuit crucifixus ex infirmitate, & forma serui assumpta
exinani-

exinaniuit seipsum vsque ad mortem crucis, verum potentia Dei mortem superauit triumphator: Ita in ministris Christi non est tantum spectanda infirmitas, quæ externe apparet, verum etiam potentia Dei, qua Christus eos armauit ad destruendum quicquid se effert aduersus cognitionem Dei & Euangelium Iesu Christi. Hinc discamus oculis fidei aspicere sublimitatem potestatis Ecclesiasticæ: quæ non ex hominum infirmitate est æstimanda, sed ex potentia Dei est ponderanda.

Vos ipsos tentate an sitis in fide, vos ipsos probate. An non cognoscitis vos ipsos, quod Iesus Christus in vobis est? nisi sicubi reprobi sitis.

Ad testimonium Corinthiorum, prouocat. Dixerat virtutem Christi in suo ministerio efficacem esse, id nunc illorum exemplo confirmat. Concludi autem potest hæc ratio huiusmodi dilemmate. Aut sentitis Christum in vobis per fidem inhabitare, Aut estis omnino reprobi, Eligite vtrumlibet. Si Christus in vobis habitat, fuit meum ministerium efficax virtute Christi. Si vero non habitat in vobis, profecto reprobi estis. Verum quia tales censerî non vultis, fateamini oportet meum ministerium virtute Christi fuisse armatum. Obseruetur hic oppositio immediate contrariorum, nempe fidelis & reprobi. Si enim
 0 quis

quis fidelis est, reprobus iure dici nequit, & contra qui reprobus est, nequaquam fidelis pronunciabitur, sine contrariorum confusione. Sed quomodo Corinthij se poterant tentare & examinare an essent in fide? Duplex probandi regula est. Una interior, Altera exterior. Interior est spiritus sanctus qui fert testimonium spiritui nostro quod filij Dei sumus. Nam dum spiritus sanctus fidem efficit in nobis ad praedicationem verbi, veramque paenitentiam operatur per agnitionem Iesu Christi, atque in corde novos motus congruentes legi Dei excitat, dicitur perhibere testimonium spiritui nostro. ● Exterior regula est vita innocens, & pium sanctumque propositum, adeoque bona conscientia & perpetua quaedam paenitentia. Prior regula & interior quia latet, testimonio indiget exterioris. Nam qui exteriori caret, non est quod de interiori gloriatur.

At spero vos cognituros esse, quod nos non simus reprobi.

Suam innocentiam testatur adducto Corinthiorum testimonio, qui ex vita et doctrina ipsius poterant cognoscere qualisnam esset, ut enim ipsi nobis noti sumus ex cordis affectione. Ita alijs ex operum effectione innotescimus.

Opto autem apud Deum, ne quid mali faciatis, non quo nos probati
appa-

appareamus, sed vt vos quod honestum est faciatis. nos vero veluti reprobis simus.

Quia externi honesti mores & abstinentia ab omni iniuria testantur de hominum interna pietate, Optat Paulus vt à malo abstineant. Ut autem hoc non interpretarentur Pseudoapostoli, ac si id ideo optaret Paulus, vt inde probaretur ipsius ministerium quam fuerit efficax, Dicit se id non optare sua gratia, sed illorum potius salutis causa, interea non morans si Pseudoapostolorum iudicio reprobis videatur. Fieri enim solet, vt qui vere pijs sunt, à Pseudoapostolis habeantur pro reprobis. Hoc Pauli exemplum imitentur verbi ministri.

Non enim possumus quicquam aduersus veritatem, sed pro veritate.

Ratio dicti à proprio potestatis Apostolicæ. Potestas quam nos Apostoli à Christo habemus, non ad illustrandam nostram gloriam, sed ad veritatem Christi confirmandam pertinet. Nam vt signa apostolatus nostri tantum ad Euangelij certitudinem referenda sunt: Ita nos eius potestatis prædicatores sumus, & non autores. Verum qui aduersus veritatem Euangelij aliquid tentant, & qui se extollere per alienam volunt potestatem, non virtute Christi recte vtuntur,
 0 2 *sed sa-*

sed sathanae potius auscultant. Notetur quousq;
se extendat potestas Ecclesiastica: Et quod non
hominibus alligata sit sed ministerio, quod per
homines infirmos et impotentes exercet Christus.

Gaudemus enim cum nos infirmi
fuerimus, vos vero potentes sitis,

Aetiologia est, quod sui apostolatus potesta-
tem ad veritatem Dei referat, & non ad suam
propriam virtutem declarandam. Apostolus
gaudet de Corinthiorum potentia, quam ex co-
gnitione Christi consecuti erant, & interim agno-
scit suam infirmitatem. Igitur non se spectat,
sed veritatem Dei, ut ea apud Corinthios per-
maneant. Imitemur & hoc Pauli exemplum
quilibet in sua vocatione.

Hoc vero etiam optamus, vestram
scilicet integritatem.

Uno verbo hic exprimit quid quærat in tota
hac Epistola, nimirum ut sint integri, hoc est,
ut recte sentiant, quæ sentiunt, recte velint, &
quæ volunt recte agant. In his enim sita est
integritas & perfectio Christiana in hac vita.
Est autem κατάγεισις restitutio alicuius rei luxa-
tae & corruptæ in integrum, ut suis partibus
ordine & loco suo collocatis res integra & in-
columis sit.

Propter hoc hæc absens scribo, ne
præfens

præsens feueritate vtar secundum
potestatem quam dedit mihi Domi-
nus in ædificationem non in destru-
ctionem.

*Hæc comminationem pœnæ habent, nisi resi-
piscant Corinthij, quasi diceret: non libenter vel-
lem vti mea potestate vos castigando. Idcirco hæc
scribo, vt vos emendetis & restituamini in in-
tegrum, ne postquam ad vos venero cogar vti
mea feueritate. Obseruetur quod iurisdictio Ec-
clesiastica illa seuerior pertineat ad ædificationem
cum totius corporis Ecclesiæ, tum eorum qui
corripiuntur.*

Quod superest fratres valete, perfi-
ciamini, cōsolationem habete, idem
sentite, in pace agite, & Deus chari-
tatis & pacis erit vobiscum.

*Valedictio cum exhortatione & promissione.
Exhortatio summatim continet quicquid supra
disputatum est in tota epistola, nimirum vt in-
crementa assumant pietatis, mutuo se consolen-
tur quod charitatis est, sint concordēs in doctrina
& ament pacem & tranquillitatem, quibus vir-
tutibus regnum Christi constat in hac vita. Pro-
missio est, Et erit Deus pacis & charitatis vo-
biscum, quasi diceret, Deus cum amet pacem &
charitatem aderit iuxta suam promissionem pa-
cificis & mutuam charitatem amantibus.*

Salu-

Salutate vos inuicem osculo sancto.

Apud multas gentes symbolum mutui amoris fuit osculum. Unde Græcis φιλημα ab amore dicitur. Sanctum opponitur impudico & proditorio. Vide quæ notauimus de osculo ad Rom. ultimo: & in priore ad Corinthios.

Gratia Domini nostri Iesu Christi,
& charitas Dei, & communicatio spiritus sancti sit cum omnibus vobis,
A M E N.

Hæc fausta precatio continet summam doctrinæ Euangelicæ, & expresse trinitatem personarum agnoscit, Deinde etiam personarum singularum actiones in salutis negotio monstrat. Summa doctrinæ est, quod gratia Christi saluati sumus. Opponitur enim gratia iræ Dei & damnationi. Trinitas personarum pater, filius, & spiritus sanctus exprimitur, qui est vnus in essentia Deus & trinus in personis. Actiones personarum proprie in salutis negotio ita distinguuntur. Pater amat Iohan. 3. Filius nos sua gratia complectitur, regens peccata nostra & imputans nobis suam obedientiam. Hæc amplissima beneficia nobis communicantur & obsignantur quando ad verbi prædicationem in nobis fides formatur, & cor noua luce accenditur:


Quod fit operatione spiritus sancti.


F I N I S.


108


XIII.
osculo sancto
obolum mura
quod ab omni
impudico & ma
e osculo ad Regi
nos.
tri Iesu Chri
mmunicatio
omnibus roba

iur sumam de
trinitatem perso
am personam su
negocio monstra
cia Christi saluti
nae Dei & dam
pater, filius, &
qui est unus in
essentia. Affirm
is negocio ita dicit
m. 3. Filius noster
eccata nostra &
am. Haec
cantur & ob
tionem in
lucce accendit
ritus sancti
S.









175.

